# THUCYDIDIS

DE

# BELLO PELOPONNESIACO

## LIBRI OCTO.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM,

EX VETERUM NOTATIONIBUS, RECENTIORUM OBSERVATIONIBUS RECENSUIT, ARGUMENTIS ET ADNOTATIONE PERPETUA ILLUSTRAVIT, INDICES ET TABULAS CHRONOLOGICAS

ADIECIT

ATQUE DE VITA AUCTORIS PRAEFATUS EST

**FRANCISCUS GOELLER**

DR. PHILOS. PROF. GYMN. COLON. AD RHEN. CATHOL.

## VOL. I.

LIBRI I — IV.

CUM TABULIS AERI INCISIS SEX.

***EDITIO SECUNDA,***

AUCTIOR ET EMENDATIOR.

---

LIPSIAE

IN LIBRARIA CAROLI CNOBLOCH

MDCCCXXXVI.

GUILIELMO ERNESTO WEBERO

VIMARIENSI

DIRECTORI ET PROFESSORI LYCEI BREMANI

D.

EDITOR.

# PRAEFATIO.

Quid in altera editione gravissimi rerum scriptoris propositum habuerim, paucis accipe. Novam vitam auctoris composui, in qua locum quendam Marcellini non integrum narrationi Pamphilae apud A. Gellium et auctoritati Pausaniae, diligentissimi scriptoris, posthabendum ratus, a Kruegero non solum in levioribus, sed in ipsa summa, natali anno et obitu Thucydidis ac rebus inde pendentibus recessi. Pag. 5. coniecturam proposui, Hegesipylam post mortem Miltiadis prioris mariti nupsisse civi alicui Halimusio. Hunc avum Thucydidis et ipsum nomen Thucydidis gessisse probabile fit ex iis, quae ad Thuc. 7, 69. super verbis *πατρόθεν ἐπονομάζων* adnotavi. Praeterea dignum est, quod animum advertas, quod Thucydides, Milesiae filius et ipse Cimoni (cuius filio Lacedaemonio adde p. 4. alterum, Thessalum, ex Plutarchi Alcib. c. 22. et al.), affinis fuit, atque aliquis suspicetur, hunc et historicum non solo nomine cognatos fuisse. Porro dixeram p. 6. de aetate, qua Atheniensibus ad loquendum in concione publice prodire licuerit. Schoemanni de Comitt. Athen. p. 105. sententia est, neminem propter aetatem, dum inter viros receptus esset, verba facere vetitum esse, atque ex rebus Alcibiadis argumenta petit, qui aliquot ante trigesimum annis demagogus fuerit et iam Ol. 88, 3. (426.) ad rempublicam accessisse videatur, quo tempore Alcibiades vix sive vicesimum quartum, sive vicesimum expleverit. Addit Xenophontis locum, ubi Glauco Aristonis filius nondum viginti annos natus ad rempublicam accedit, et saepius in comitiis ad dicendum surgit. Quod autem

Aristophanis Scholiastes ad Nub. v. 530. legem fuisse narret, μὴ εἰςελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα, ὡς δέ τινες τριάκοντα, utcunque haec accipiantur, sive de scena, sive de comitiis, Schoemannus falsa esse perhibet, non enim novum esse aut sine exemplo, leges ab his Graeculis fingi, quae nunquam fuerunt. Contra Arnoldi opinio est, eam legem fuisse superioris aetatis, quam licet Athenienses non iam tempore belli Peloponnesiaci sequuti sint, luculentum tamen specimen esse morum et institutorum aliis in partibus Graeciae usque obtinentium (in adn. ad Thuc. 5, 43. Vol. 2. p. 296.). — De Archino quae p. 14. B. disserui, ea supplenda sunt ex Westermanni Quaestt. Demosth. 2. p. 34, 20. — P. 28. §. 11. extr. memorare debebam, haud paulo rectius Anonymum in Vit. Thuc. §. 1. scripsisse, Miltiadem et Thucydidem περὶ Κοίλην sepultos esse. Denique p. 57. adn. 6. oblitus eram iis, qui de orationibus Thucydidis egerunt, adiicere Kruegerum ad Dionys. Historiogr. p. XXIX. et Wigand. über das religiöse Princip in der gesch. Darstellung des Thuc. (Berol. 1829. 4.) p. 2. sq.

Marcellini et Anonymi Vitae Thucydidis emendatiores nunc prodeunt, et ubi necesse visum, adnotatione illustratae. Indicem librorum scriptorum post incrementa subsidiorum criticorum, quae hoc proximo decennio accesserunt, supplevi, libris scriptis ad classem quoque suam, a Poppone constitutam, relatis. Nihil antiquius duxi, quam ipsa verba auctoris quam poteram emendatissima et per aptam interpunctionem ad intelligentiam faciliora exhibere. In commentariis, quos totos denuo elaboravi, multa quae superior editio non habuerat, adieci, multa vel minus utilia visa, vel falsa reperta resecui, denique omnia rectius in ordinem red-

egi, ut certo quidque loco reperiretur. In explicatione rerum egregiis scriptis, quae recentissima aetas tulit, usus, ubi satis visum, ad eos libros remisi, ubi rei gravitas postulabat, ipse res uberius et fusius tractare suscepi. Ad explicandos situs locorum et regionum cum utilissimas itinerum descriptiones peregrinatorum Gallorum, Germanorum et imprimis Anglorum, tum praecellentem hoc nomine editionem Arnoldi ita adhibui, ut partem locorum etiam tabulis ante oculos ponerem *). Rationem temporum Dodwellianam correxi partim ex libris eorum, qui hunc locum vel data opera pertractarunt, vel aliud agendo obiter tetigerunt, partim verba ipsa scriptoris ad veram rationem revocando. Etiam in historicis hanc operis legem constitui, ut ne quid eorum, quae illustrando scriptori inservire possunt, omitterem. Saepe etiam ad libros historicos eo consilio relegavi, ut esset unde legentes citius rerum nexum et ordinem discerent. Hic quoque singula quaedam accuratius persequutus sum, velut foedera per Graecos inde a Persicis bellis usque ad Peloponnesiacum inita, ut quae res ad intelligentiam tum rerum in *πεντηκονταετίᾳ* narratarum, tum orationum plurimum conferre videretur. Distinguo equidem *τὸ ξυμμαχικόν* Graecorum, qui contra Persas arma tulerunt (Thuc. 1, 102.

---

*) Vol. 1. p. 293. vers. 7. ab ult. ex tabula Pheae huc pertinente scribe *Penei*, pro Alphei. Collatis inter se Thucydide 2, 25., Xenophonte H. Gr. 6, 2, 31. et Strabone 8. p. 327. A. Alm. apparet, apud Geographum recte, ut in marg. Casaub. est, legi: *εἶτ' ἄκρα Φειά· ἦν δὲ καὶ πολίχνη — εἶτ' ἄλλη ἄκρα εὐθὺς ἐπὶ πολὺ προέχουσα ἐπὶ τὴν δύσιν, καθάπερ ὁ Χελωνάτας* etc., ubi Palmerius minus recte legi vult *εἶτ' ἄλλη ἄκρα Ἰχθὺς ἐπιπολὺ προέχουσα* etc. Repugnat Thucydidis narratio, ut monstratum est in adnotatione p. 294.

coll. adn. ad 1, 67.) — τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ τὸν Μῆδον σπονδάς (Thuc. 3, 68. coll. 2, 71. 3, 58.) — Atheniensium et Spartanorum σπονδὰς πεντακτεῖς (Thuc. 1, 112. coll. adn. ad 1, 108.) — eorundem σπονδὰς τριακοντούτεις (Thuc. 1, 115.), eas scriptor mere aut σπονδάς aut τὰς ξυνθήκας appellat 1, 35. 40. 78. 140. 144. 145. Adde 1, 67. 4, 21. 7, 18.). Inducias tricennales Andocides de Pac. §. 6. intelligens scribit πέμψαντες εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις δέκα ἄνδρας περὶ εἰρήνης, ὧν ἦν Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. Conf. Aeschin. de Fals. Leg. c. 51. et Wesseling. ad Diod. 12, 7. Ruhnk. Hist. cr. Oratt. Gr. p. LXIX. Leogoram pro Andocide maiore nominat Pseudoplutarch. de 10 oratt. p. 182. Duos alios legatos Charetem et Calliam Diod. 12, 7. nominat. Formula induciarum, in columnam inscripta, durabat in Pausaniae (quem v. libr. 5, 23, 3.) usque aetatem iuxta signum Iovis Olympiae. Idem Pausan. ταύτας (inducias tricennales) ἐποιήσαντο, ait, Ἀθηναῖοι παραστησάμενοι τὸ δεύτερον Εὔβοιαν, ἔτει τρίτῳ τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος ἐνίκα στάδιον. Wesseling. ex Diodoro supplet τῆς Ὀλυμπιάδος τρίτης πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, quae sibi necessaria videri dicit, quod alioqui temporis notatio dubia esset. Namque ter Crisonem, et hac Ol. 83. et duabus sequentibus Olympiadibus victorem abiisse. Primo capite harum induciarum sancitum est, eius pacis communionem ad Argivorum civitatem nihil pertinere; privatim tamen illis ut cum Atheniensibus amicitiam iungere liceret. (Pausan. 5, 23, 3.) Reliqua v. in adn. ad Thuc. 1, 115.*) Superest, ut aliquid

*) Non aliter quam in libro de Doribus Od. Muellerum cognoscas sentire in Prolegg. zu einer wiss. Mythol. p. 410 sqq. coll. p. 31.

addam de induciis, quae sunt apud Thuc. 4, 118, ubi quod p. 654. scriptis adieci verba: „Non iam dubito — perspicue dicit Pausanias etc.“ iis non ante in eadem adnotatione dicta mihi nunc improbari significare volebam, sed hoc monstrare, pactum illud et inprimis verba *καὶ οἷα ξυνέθεντο πρὸς Ἀθηναίους* etiam ad Methonam pertinuisse, et Spartanos Troezenem per inducias tricennales, at Methonam serius cum Atheniensibus pactos recuperasse. Hoc statuere paene necessarium videtur, quum scriptor, si unam Troezenem Spartanis redditam esse dicere voluisset, non *τὰ ἐν Τροιζῆνι* (*in terra Troezenia*), sed *Τροιζῆνα* dicturus fuisset.

In rebus Grammaticis perpetuo ad libros, quos omnium in studio Graecae linguae versantium, etiam apud exteros, manibus teri constat, remisi, praeterquam ubi vel quaestio critica, vel usus scriptoris peculiaris, vel novitas rei in illis libris grammaticis non tractatae, vel locus aliorum subtiliori cura expositus rem non sola citatione transigere, sed copiosius tradere iussit. Indicem grammaticum ab indice verborum separavi, utrumque multo auctiorem dedi, et quod fuerunt, qui se optare significarent, Dukeri indicem rerum adieci itidem multo locupletiorem ac praesenti formae operis Thucydidei in scribendis nominibus accommodatum. Non desunt in hoc scriptore, de quibus tot fere, quot capita, sensus: eos omnes percensere et plena taedii tum scribenti tum legentibus res erat, nec praescriptus operis modulus ferebat. Est tamen, ubi me id non fecisse propemodum poenitet, velut libr. 3, 31. ita demum *σφίσιν* ex verbis auctoris eiiciendum esse appariturum erat, si omnium interpretum sententiis rite disceptatis nullam satis idoneam explicationem exire patefactum esset. Eo loco Peloponnesii quadraginta

navibus in auxilium Mytilenae missi in cursu maritimo accipiunt urbem captam esse. Teutiaplus Eleus Alcidae nauarcho suadet, ut classem Mytilenam adveheret, spem enim esse fore, ut hostem subito adventu opprimerent. At ille Alcidae non persuadet. Quo facto exules Ioniae et Lesbi consilium dant, ut Ioniam ad deficiendum ab Atheniensibus sollicitaret. Ne hoc quidem probatum est. Interpretationem Peppo, si recte intellexi, hanc olim dedit: *spem vero esse fore, ut Ionia ab Atheniensibus deficiat; se* (Iones et Lesbios) *enim non invitos, non necessitate coactos, sed ultro ad classem Lacedaemoniorum venisse, ubi et Atheniensibus hos maximos reditus ex Ionia eriperent, et sibi ipsis* (αὐτοῖς σφίσιν, Ionibus atque Lesbiis) *terra occupata opes pararent, quas in bellum impenderent.* In hac versione hoc inexplicabile est, qui nexus sit sententiae per *ubi* annexae cum praecedentibus. Nam neque cum verbis ἐλπίδα εἶναι cohaerere potest, quia sic diceretur, spem esse, Ioniam Atheniensibus ereptum iri, si Ioniam iis eripuerint, id quod absurdum est. Neque cum verbis οὐδενὶ (οὐδὲν) — ἀφῖχθαι illa sententia iungi potest, quoniam si Iones et Lesbii ultro, non necessitate coacti venerunt, non ideo magis id necessitate factum est, etiamsi Athenienses Ionia non priventur. Krueg. ad Dionys. p. 352. verba ἐλπίδα δ' εἶναι· οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι pro parenthesi habet; ad sequentia autem coniunctionem ὅπως e priori membro repetendam statuit, hanc autem cum verbis σφίσι δαπάνη γίγνηται construit, ut verba intermedia τὴν πρόσοδον ταύτην — ἣν ὑφέλωσι καὶ ἅμα ἣν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς conditionem indicent, sub qua illud (δαπάνην γίγνεσθαι) fieri possit. Proinde totum locum ita convertit: *suadebant, ut Io-*

*nicorum aliquam urbem occuparent vel Cymen Aeolicam, quo Lacedaemonii ex urbe prodeuntes Ioniam ad deficiendum compellant (quod effectum iri spem esse, quum nullis Atheniensium sociis invitis advenerint); ex quo, si his reditibus, qui maximi essent Atheniensium, eos spoliarent, simulque si classem iidem ipsos* (Iones) *observantem et obsidentem compararent, pecunias perderent.* Itaque ἐφορμῶσιν ab ἐφορμεῖν derivat et pro coniunctivo accipit. Idem, quoniam hoc postremum de perdenda pecunia ad posteriorem tantum conditionem: *(si classem Athenienses compararent)*, non item ad priorem conditionem: *(si Lacedaemonii Athenienses reditibus ex Ionia privarent)* aptum sit, ad hoc membrum ex verbis δαπάνη γίγνηται supplet: καὶ βλάβη (γίγνηται) τοῖς Ἀθηναίοις. At neque hoc supplemento opus est, quum δαπάνη γίγνηται non significet pecuniam perdendam, sed simpliciter, *ut Athenienses ipsi de suo sumtus facere cogantur*, quippe privati sociorum tributis, nec σφίσιν ulla arte ad Athenienses referri potest. Aptior interpretationi Kruegeri fuerit scriptura extans in uno alterove libro: ἢν ἐφορμῶσι σφίσιν, αὐτοῖς δαπάνη γίγνηται. Sed ea est paucorum, eorumque malorum librorum scriptura. Neque ὅπως facile a legentibus tam longinque arcessitur. Sic de Kruegeri interpretatione Schoem. iudicavit. Venio ad Arnoldum: is quidem legit ἐφορμοῦσιν, quae scriptura reperitur in Scholiis, et mirum esset, si nusquam reperiretur, quum tam pronum sit, in eam sensum loci investigando incidere. Idem optionem dat, utrum αὐτοῖς an αὐτούς, utrum σφίσιν ante, an post δαπάνη legas. Si αὐτοῖς et σφίσιν ante δαπάνη, praeferas, hanc ait constructionem esse ... ἀλ

δαπάνη γίγνηται αὐτοῖς (Atheniensibus) ἐφορμοῦσι σφίσι (Ionibus et Peloponnesiis), et verba πείσειν τε οἴεσθαι etc. facit apodosin esse, ita interpretans: and should they cut off this main source of the Athenian revenue, and also should the Athenians be put to the expence of maintaining a fleet, to watch them on the coast of Ionia, than they thought that they should also prevail upon Pissuthnes to join them in the war. Alteram positionem pronominis σφίσι, quae est post δαπάνη, quamque optimi libri habent, si admittas, sensum hunc dicit esse: should they, the Peloponnesians, (quos Iones a se non discernunt) have to incur an expence by keeping up a fleet to watch for any opportunity of annoying the enemy on the coast of Asia, then they thought etc. Negat, ait, orator Lacedaemonios debuisse timere sumtus: nam si sumtus facere cogerentur, societatem Pissuthnae et amicitiam opesque Persarum omnes sumtus compensaturas esse. His ita respondet Popp. in Commentt. 2. p. 564., Arnoldum audacter ἐφορμῶσιν in ἐφορμοῦσιν mutare; deinde Ioniae occupationem eiusque effectum, qui verbis καὶ τὴν πρόσοδον — ὑφέλωσι indicatur, non recte ita commemorari, quasi secundaria et ideo tantum utilia essent, quod Pissuthnen ad societatem cum Peloponnesiis ineundam adducerent. „In priori, addit, Arnoldi explicatione hoc insuper plane absurdum est, quod Pissuthnen, si Athenienses pecuniam ad obsidendos classe Peloponnesios impendere adacti fuerint, ad foedus cum his iungendum paratum fore promittitur. Denique particula τε post πείσειν in omnibus libris addita docet, πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην ὥστε ξυμπολεμεῖν prorsus per se constare." Itaque hoc quoque interpretationi Arnoldi adversatur, quod parti-

cula τε post πείσειν posita apodosin, haec postrema verba esse non sinit. Atque contra alteram Arnoldi explicationem hoc praeterea monuerim, non potuisse fieri, ut Peloponnesii Athenienses mari praepotentes obsiderent, et in Ioniae oris obsiderent. Qui enim in Ionia? quanam terra Athenienses privatos proxime praecedens sententia καὶ τὴν πρόσοδον — ἣν ἐφέλωσιν indicet? Ἔφορμος igitur tantum Atheniensium cogitari potest. Porro Bloomfieldius legit et ipse ἐφορμοῦσιν et praeterea cum Heilmanno ac Corae emendat αὐτοῦ pro αὐτοῖς, quo quid proficiatur? Bloomf. et Haack. aposiopesin esse statuunt post γίγνηται, ut in verbis 3, 3. καὶ ἣν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα, ac Bloomf. in versione sua addit well! Viderat enim, propter τε post πείσειν apodosin in verbis πείσειν etc. inesse non posse. Contra quem Arn. recte dixit, suppressionem talem apodosis, qualem Bloomf. et Haack. volunt, locum non habere posse, nisi ubi duo inter se contraria ponuntur, et ubi, quia quod ex altero membro consequitur, apparet, sufficit indicare, quid ex uno duorum membrorum consequatur. Hic igitur quum duo contraria non ponantur, negat aposiopesin recte statui. Addit Popp. in Commentt. 2. p. 565.: „apodosis ubi omittitur, intelligi oportet, quid omissum sit, unde id repetendum sit, denique quae causa scriptorem impulerit, ut hanc omissionem sibi permitteret. Nam in talibus anantapodotis aut scriptores ob interiectorum enunciatorum longitudinem a coepta scriptura deflectunt, ut 2, 21., aut ubi duae sententiae apertae inter se oppositae sunt, prior apodosis nonnunquam a Graecis reticetur. Ex cuius omissionis exemplis notissima sunt ea, in quibus apud formulam dicendi εἰ (ἢν) μὲν — εἰ δὲ μή, prioris membri apodosis suppressa est, ut

3, 3. Quae omnia non cadunt in hunc locum.“ Locus tamen 2, 21. valde dubius est, sed hoc nihil ad rem, de qua nunc quaerimus. Nam Schoem. Obss. p. 10. totum locum ita convertit: *Alii vero nonnulli ex Ionia exules atque Lesbii, qui Alcidam comitabantur, quandoquidem illud periculum formidaret, aliquam Ioniae urbem, aut Cymen Aeolicam occupare iubebant, ut ex urbe proficiscentes Ioniam ad defectionem pellicerent (id autem sperari posse, nemine enim invito se in has regiones venisse), atque reditus illos, qui maximi essent, ut Atheniensibus eriperent, simulque sibi ipsis, illos bello persequentibus, pecunia ad sumtus tolerandos suppeteret.* Etenim ἤν et εἰ ait saepe non conditionem, sed consilium indicare, docens id p. 8. his exemplis: Aristoph. Ach. 1044. (1031 Dind.)

ἴθ᾽, ἀντιβολῶ σ᾽, ἤν πως κομίσωμαι τὼ βόε et Ran. 175:

ἀνάμεινον, ἐὰν ξυμβῶ τί σοι*). Et εἰ similiter usurpatum addit per ὅπως explicari ab Eustathio ad Hom. Od. ζ, 144. et conferri iubet Matth. Gr. p. 1022. §. 526. Cum Schoemanno facit Blume Script. Scholast. p. 20. 21 sqq. At locis Comici et illis, quos Matth. affert, nihil probatur, partim quia ἤν pro ὅπως scriptor certe ibi ponere non potuit, ubi sensus difficultatem pareret; partim quia haec exempla ne demonstrant quidem, εἰ vel ἤν pro ὅπως usurpata esse, nam omnibus illis locis magis ob (num) significare videntur, quam ὅπως. „Non puto, aiunt Arn. et Popp. (in Commentt. 2. p. 572.), duos locos Aristophanis Schoemanni interpretationem particulae ἤν apud Thu-

*) Ita nunc [illegible] legitur in probis editionibus.

eundem tueri, quum praesertim hic ipsum ὅπως praecedat, quocum ἦν alternare posse non est demonstratum; cui praeterea prosa oratio in simili notione plerumque πως vel ἄρα addit." Gerhard. in libellis philolog. 2. p. 125. contra librorum fidem legit οὐδὲν γὰρ ἀκουσίοις ἀφῖχθαι, *Spartanos non invitis Ionibus in has regiones venisse.* Quod ut dici posse concedatur, tamen Schoem. Obss. p. 5. ait hanc coniecturam reiiciendam esse prae scriptura in plurimis optimisque libris reperta: οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι, quemadmodum etiam Vallam legisse, versione eius fidem fieri: *spem vero esse, nullis se invitis venturos*, quamquam convertere debebat: *nemine* (ex Ionibus) *invito sese* (i. e. ipsos, qui loquuntur, una cum Alcida, quem alloquuntur) *in has regiones venisse*. God. Hermannus totam hanc partem periodi inde a verbis οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι usque ad δαπάνη γίγνηται refert ad verba ἐλπίδα δ' εἶναι, duas enim afferri rationes, propter quas sperari possit fore, ut Iones ab Atheniensibus deficiant, primum quod non ingratum Ionibus illud sit, propter quod ipsi, exules cum Alcida, advenerint (weil sie nicht wegen einer ungern geschehenen Sache gekommen seien), dein si hos reditus Atheniensibus eriperent, hi autem, dum ipsos aggrederentur, impensas facere cogerentur, quum deficientibus Ioniae tributis omnes belli sumtus de suo illos erogare oporteret. At hanc sententiarum coniunctionem sibi plane perversam reique ipsi contrariam videri profitetur Schoem. p. 6. „Etenim, ait, non si eripuerint Atheniensibus hos reditus, ipsosque impensas facere coegerint, facilius Ionia descivisset, sed contra, si ad defectionem Ioniam compulerint, hos reditus Atheniensibus eripient: neque prius hi reditus eripi possunt, quam

Ionia defecerit.“ Cum Hermanno tamen in hac parte loci explicandi Gerhardus facit. Denique Schneideri Saxonis rationem ita exposuit Popp. in Commentt. 2. p. 572 sq.: „Superest ratio Schneideri, quem secutus Hieron. Muell. totum locum sic transtulit: damit sie Ionien zum Abfall bewögen, (dazu aber sei Hoffnung, denn niemandem sei ihre Ankunft unwillkommen,) und diese Einkünfte, die grössten der Athener, ihnen entzögen, zugleich aber selbst, zögen sie gegen jene, den Kostenaufwand hätten. Sed ut ne dubitationes de δαπάνη γίγνηται ab Hermanno et Arnoldo motas et dicta de ἐφορμᾶν recoquamus, primum ἤν ante ὑφέλωσιν omnibus libris stabilitum in tali loco expungere (quod facit auctor huius explicationis), audacius est. Deinde ἐφορμῶσι si cum Muellero ab ἐφορμᾶν ducimus, non satis bonum sensum praebet, quum Lacedaemonios Ioniae reditibus non tam ad irruendum in Athenienses, impetum in eos faciendum, quam ad bellum ducendum, diutius et acrius continuandum uti posse declarandum sit. Sin autem ἐφορμῶσιν ab ἐφορμεῖν repetimus, vix tantae a Lacedaemoniis iam tum opes maritimae sperari potuerunt, ut ipsi classes Atticas obsiderent, sed hoc verbum longe melius Atheniensibus convenit, quos saepe Λακεδαιμονίοις ἐφορμεῖν, quamquam ob impensas aegre ἐφορμεῖν videmus.“

Moleste tuli, quod non omnium, qui nuperrime in hoc scriptore operam posuerunt, doctos labores in usum huius editionis convertere potui. Popponis Commentariorum Volumen 3., in quo librum 4. et 5. tractat, sero ad me perlatum est, neque Bloomfieldii utroque opere nisi ex parte uti licuit, et Dobrei Adversaria mihi tantum iis, quae Arnoldus inde protulit, innotuerunt. Vale. Scribebam Colopiae ad Rhenum d. 12. Ianuar. 1836.

# DE

# VITA ET SCRIPTIS

# THUCYDIDIS.

# I. VITA THUCYDIDIS.

## 1. DE STIRPE THUCYDIDIS.

Thucydides Atheniensis, natus in pago Halimusio tribus Leontiae, patre Oloro, matre (si fides Marcellino §. 2.) Hegesipyla. Certe Olorus scribitur patris nomen, non Orolus, apud historicum 4, 104. in omnibus libris, neque aliter efferunt Dionys. Hal., Pausan., Plutarch., Aristides, Phot., Tzetzes, Suid., Schol. Dionis Chrysost.[1]) et Anonym. Vit. Thuc. §. 10. Neque nomen Olori inter reges Thraciae, unde in familiam Thucydidis venisse perhibetur[2]), infrequens est[3]). Quin etiam ex emendatione Grauerti probabilissima nunc ubique apud Marcellinum quoque Ὄλορος legitur[4]). Cicero Brut. 10. Thucydidem *summo loco natum* dicit, propterea, ni fallor, quod paternum genus ad Miltiadis stirpem, et per hanc ad Aeacidas referebat[5]). Stemmata haec sunt:

A.

Familia Cypseli,

quae Corinthi tyrannide potita est, secundum Herodotum 5, 92, 2. lapithaea erat, a Caeneo originem ducens. Hinc Od. Muell. Dor. 1. p. 87, 3. affinitatem priscam Cypselidarum et Philaidarum sive Aeacidarum[6]) sic repetit[7]):

1) apud Huds. ad Marcellin. §. 17.
2) Plut. V. Cim. 4. Marcellin. Suid. v. Θουκ.
3) Herodot. 6, 39. 41.
4) V. adnot. ad §. 16.
5) Plut. l. c. Schol. Pind. Nem. 2, 19. Herodot. 6, 35. Pausan. 2, 29, 4. Pherecydes et Hellanic. ap. Marcellin. §. 2 — 17. Anonym. V. Thuc. §. 1. Vid. Sturz. ad Pherec. p. 84.
6) quae obtinebat etiam secundum Herodotum 6, 128., ubi qui nominatur Hippoclides, Tisandri filius, is e posteris Philaei erat.
7) Orchomen. p. 465.

B.

Herodot. 6, 38—41. Plut. V. Cim. 4.

Olorus
rex Thraciae
Hegesipyla
nups. Miltiadi II.
Cimon.
Lacedaemonius. (Thuc. 1, 45. Plut. V. Pericl. 29.)

C.

Herodot. 6, 38. 39.

Uxor

1. Cypseli
Miltiades I.
οἰκιστὴς Χεῤῥονήσου

2. Stesagorae I.
Cimon Coalemus
Stesagoras II. Miltiades II.
Metiochus ex matre ignota. Cimon ex Hegesipyla. Lacedaemonius. Elpinice ex matre ignota[8]), nups. Calliae[9]).

8) Attica tamen, nisi fallit Marcellin. §. 11. Vid. Rutgers. V. L. 2, 19. p. 37—44.
9) Plut. V. Cim. 4.

D.
Hegesipyla,
filia Olori, regis Thraciae,
Uxor

1. Miltiadis II. — Civis alicuius Halimusii (?)
| Olorus
| Thucydides,
historicus.

Haec postrema si admittas, intelligi potest, cur Miltiades Cimonque pagi Laciadarum, diversi autem pagi (Halimuntis) Thucydides esse potuerit.

Filius Thucydidi erat Timotheus, testibus Polemone, aequali Ptolemaei Epiphanis, apud Marcellin. §. 17. et Suida, itemque filia, siquidem erant, qui octavum librum Thucydidis filiam scripsisse dicerent[10]).

## 2. ALII THUCYDIDAE.

Addito patris nomine Thucydides 4, 104. distinguitur ab aliis viris eiusdem nominis. At initio historiae tantum verba *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος* sunt, patris nomine omisso. Etenim solennem illam nuncupationem, qua patris nomen adiicitur, Haack. ad forum potius et publica munera quam ad privatas historicorum scriptiones pertinuisse observavit, quare ubique nomen scriptoris sine patris nomine exhiberi, praeterquam illo loco, ubi de se ut classis duce, non ut historico scriptor loquens patris significatione usus est. Nec magis nomine patris addito Herodotus orsus est[1]).

Ex viris autem cognominibus duos ipse historicus memorat, alterum Milesiae filium, Periclis in administranda republica aemulum (1, 117), alterum Pharsalium (8, 92.), Menonis filium[2]). Tertii Thucydidis, Acherdusii, poetae mentionem iniicit Androtion apud Marcellinum eodem loco, quem Huds. non putat alium fuisse, quam quem Schol. Aristoph. Ach. 703. Vesp. 941. Gargettium appellat[3]).

10) apud Marcellin. §. 43.
1) Schaef. ad Dionys. H. de C. V. p. 323.
2) teste Polemone apud Marcellin. §. 28.
3) At Acherdus tribus Hippothoontidis, Gargettus tribus Aegeidis fuisse putatur, et Thucydidis nomen frequentissimum in Attica fuisse videtur. Statim apud Athenaeum 6. p. 234. C. Stephanus, Thucydidis filius est. v. Boeckh C. I. 1. p. VIII. not. 2. Nec poetarum in Attica proventus ita parvus erat.

Auctor historiae belli Peloponnesiaci interdum cum Milesiae filio confunditur, velut ab Anonymo auctore Vit. Thuc. §. 6., ubi narrat, a Thucydide Pyrilampem nescio quem defensum esse, quum a Pericle in Areopago caedis amati pueri accusatus esset, et Thucydidem, quum vicisset, ducem belli creatum esse et populo praefuisse, sed ob nimiam pecuniae cupiditatem mox reum factum atque ostracismo in decennium expulsum patria in Aeginam secessisse. Atqui non Olori, sed Milesiae filius ostracismo eliminatus est. Neque in historicum cadere videtur aut talis facinoris defensio, aut inimicitia cum viro, quem tam eximiis laudibus praedicavit. Itaque historicus, iuvenis magnitudinem summi in republica viri magis suspexisse, quam impudenter cum eo litigasse putandus est. Neque Thucydidem, Olori filium, aut reipublicae administrandae operam dedisse, aut populi optimatumve ducem fuisse, aut ullum ante ductum bellicum munus obisse probari potest, quum Milesiae filium optimatum ducem et in foro Periclis adversarium fuisse constet [4]. Itaque in filio Milesiae neque aetas, neque cum Pericle nota simultas, neque fama obstat, quo minus Pyrilampis adversus Periclem defensor fuerit.

Praeterea probabile est, Pyrilampem etiam tum iuvenem ad occidendum amatum puerum libidine abreptum esse. Is autem quum iam Ol. 89, 2. (423.) adultum filium, Demum nomine, habuisse referatur [5], accusatio eius fieri debuit tali tempore, quo Thucydides historicus, natus, ut opinor, Ol. 77, 2. (471.) non multum viginti vitae annos expletos habuerit, qua aetate num causarum patronus extare potuerit, aut publice contra Periclem loquens prodire voluerit, valde mihi dubium videtur [6].

Quod autem Thucydides exul in Aeginam concessisse, ibique pecunias foeneratus esse dicitur [7], eum non Olori filium esse potuisse vidit Krueg. Vit. Thuc. p. 48., quia illius aetate Aeginam coloni Atheniensium sortitione facta tenebant, ut proinde exules Attici ea insula exclusi essent. Rectius putari ait Milesiae filium in illam insulam exulem traiecisse.

4) Plut. V. Pericl. 11. Vid. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 63, qui docet, Thucydidem Milesiae filium cum Cimone affinitate iunctum fuisse.

5) ab Aristophane Vesp. 98.

6) Kruegero, auctori huius argumenti (Vit. Thuc. p. 43.), quia Thucydidem Ol. $\frac{80}{81}$ ($45\frac{7}{6}$) natum esse facit, aptius etiam hoc argumento uti licuit. Idem paulo obscurius de Pyrilampis, quos Plato memorat, loquutus est. Etenim Pyrilampes quidam memoratur in Gorg. p. 481. A. Hunc dialogum Ol. 93, 4. (405.) habitum esse, Krueg. colligit ex p. 473. E. Neque proinde hunc Pyrilampem eum fuisse, quem Pericles accusavit, quum praesertim Pyrilampes iste amatus a Callicle puer sit, quo cum Callicle in Gorgia Socrates sermones confert. „Et Pyrilampae, addit, quos Plat. in Parmen. p. 126. B. et Charmid. p. 158. A. memorat, vel non differunt a Pyrilampe, patre Demi, vel etiam aetate superiores sunt.“

7) Marcellin. §. 24. Anonym. §. 7.

Item quod incertus ille scriptor Vitae Thucydidis §. 7. Thucydidem historicum duce Xenocrito Sybarin ante exilium migrasse, (novae, ut videtur, coloniae Thuriis condendae adscriptum) narrat, patet, Thucydidem cum Herodoto confundi. Quamquam aliter sentit Krueg. scribens p. 81., id improbabile esse, quia Anonymus hanc narrationem iungat cum alia, quae ad Herodotum nihil pertineat. Etenim eundem virum, quem dicit in Italiam migrasse, Anonymus ostracismo ciectum esse narraverat; at hoc ipsum mihi comprobare videtur, confusos ab eo Herodotum et Thucydidem esse. Nam qui scriptor Thucydidem historicum cum Milesiae filio confundere potuit, item potuit cum Herodoto, errorem errore cumulans, confundere. Constat autem, Athenienses Ol. 84, 1. (444.) Lampone et Xenocrito ducibus hanc coloniam deduxisse, in qua partem habuere inter alios Herodotus, Lysias, etiamtum puer, cum Polemarcho, fratre natu maiore, et Hippodamus, clarus Periclis architectus[8]). Olorum Thucydidis patrem, ab Herodoto incitatum, et ipsum nomen inter hos colonos dedisse, nihil nisi Kruegeri (p. 80.) coniectura est, nullo certo indicio stabilita.

Denique Timaeus apud Marcellinum §. 25. non solum Thucydidem in Italia exulem egisse, sed apud eundem §. 33. cum aliis scriptoribus tradit in Italia mortuum esse. Alii fidem huic narrationi prorsus abnegant, Popp. 1, 1. p. 27. hoc rursus ex vita Herodoti huc tractum esse arbitratur. Equidem libentius crediderim, non Timaeum hoc postremum de morte Thucydidis in Italia tradidisse, sed Grammaticos ex Timaei scriptis, qui tale quid scripsisse minime putandus est, falso retulisse, reputans socordiam illorum, et videns Herodotum etiam ab aliis cum Thucydide confundi, velut rursus a Suida in v. ὁμαιχμία, ubi quae verba adscripsit sub nomine Herodoti, ea Thucydidis 1, 18. sunt.

Neque vero cum aliis scriptoribus raro permutatio Thucydidis facta est tum a librariis, tum a Grammaticis lexicographisque veteribus, velut nomen Thucydidis legitur pro Ephori apud Harpocrationem v. ἀρχαίως[9]); aliquoties Thucydides locum occupavit Thugenidis poetae[10]). Thucydidis nomen male legitur pro Pherecydis apud Suidam in ἱστορῆσαι[11]), et pro Demosthenis apud Senecam Controv. 4, 24.[12]). Contra Thucydidis memoria

8) v. Od. Muell. s. v. Attica in Erschii et Gruberi Encyclop. Vol. 6. p. 240, 13.
9) v. Marx. ad Ephor. p. 90. sq.
10) v. Porson. Indice ad Photium s. v. Thugenides, Phavorin. et Zonar. in λειβήθριον, ubi vid. Tittm. Polluc. Onomast. 6, 38. coll. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 111. Piers. ad Moer. p. 333. sq.
11) Creuz. ad Fragmm. Hist. Ant. Gr. p. 17.
12) v. Marx. ad Ephor. p. 91.

facta est pro Andocidis apud Moer. p. 332.[13]), et apud Suidam, Zonaram, Etym. M. p. 336, 26. Priscian. 18. p. 1180. Putsch. Apostol. 8. Prov. 20., Phavorin., Anecdd. Bachm. 1. p. 218, 10. in v. Ἐμποδών, ut mihi patere videtur ex Harpocr. s. ead. v. Et fortasse Hellanici mentio pro Thucydidis facta est a Stephano Byz. v. Παρπάρων[14]). Certe Thucydidis et Philochori nomina permutantur a Schol. Arist. Nub. 213. [15]), a Schol. Arist. Pac. 463. [16]). Ac Thucydidis et Xenophontis nomina confunduntur[17]); Niciae epistola apud Thucydidem 7, 11. sqq. ipsi Thucydidi tribuitur a Demetrio De Elocut. §. 237. p. 91. Schn. Post haec non mirum videbitur, si nonnunquam tanquam ex Thucydidis historia verba a veteribus Grammaticis citantur, quae apud eum frustra quaeras[18]).

Praeterea Thucydides epigrammatis in Euripidis, ut fertur,

13) v. adnot. ad Thuc. 2, 13. 6, 46.
14) v. Krueg. Vit. Thuc. p. 58. init.
15) v. adnot. ad Thuc. 1, 114.
16) v. adnot. ad Thuc. 5, 17.
17) ut monui in adnot. ad Thuc. 4, 121.
18) v. Duk. Praef. ad Thucyd. p. XXVI. Beck. Velut senarius adfertur tanquam Thucydidis ab Harpocr. s. v. ἀεί, sic verba ex Sophocle, ut videtur, desumta Thucydidi tribuuntur a Suida in ἀνέσπακε, Θουκυδίδης ἀνεύρηκεν, εἴληφεν, ubi testimonium addit ex Menandro. (Conf. Suid. in ἀνασπᾷ, ἀντὶ τοῦ καταλύει ἢ ἀναιρεῖ, Θουκυδίδης.) Nomen Thucydidis hic interpolatum esse, Popp. 2, 1. p. 90. colligit ex Bekk. Anecdd. 1. p. 399., ubi tota haec glossa excepto nomine Thucydidis legitur. Abr. pro Θουκυδίδης scribit Σοφοκλῆς, quum Soph. Ai. 302. dixerit ἀνασπᾶν λόγους eo sensu, quem Suidae explicatio requirit. Vid. Lob. p. 266. Meinek. ad Menandr. p. 153. Suidas in ἀνασπᾷ addit, Pherecratem dixisse ἀνασπᾶν pro ἀντλεῖν ὕδωρ. Thuc. 4, 97. habet haec ipsa verba ἀνασπᾶν ὕδωρ. — His adde adn. ad Thuc. 2, 15. super v. Καλλιρόη. — Thom. M. in ἀκρατία (coll. Poppone 1, 1. p. 243. Piers. ad Moer. p. 29. Lob. ad Phryn. p. 524.) — Marcellin. §. 52. de vocibus ἁμαρτάς, ἐπιλύγξαι, παγχάλεπος (coll. Poppone p. 241.) — Lecapen. p. 55. in v. ἀπαγορεύειν, p. 57. in v. ἀμείβειν, p. 67. in v. κρατῶ, p. 74. in ποιοῦμαι λόγον. — Etym. M. Leidenf. apud Koen. ad Greg. Cor. p. 503. Schaef. (coll. fortasse Thuc. 3, 49. extr.) — Anecdd. Bekk. 1. p. 469. Bachm. 1. p. 170, 7. in ἀφεῖται. — Zonar. Etym. M. in δεκαδεντήρια, Harpocr. Hesych. in δεκαδεύειν (coll. Poppone 2, 1. p. 91.) — Zonar. in διαλέγου. — Suid. in διαλέγουσαν et λέγω, Phavorin. in διαλέγουσαν (coll. Thuc. 2, 8.) — Zonar. et Suid. in διάφορα (coll. Casaub. ad Theophr. Charact. 10. et Interpp. ad Hesych.) — Phavorin. in δοκῶ. — Suid. in ἐδήουν (coll. Duk. Praef. p. XXVI. Beck.) — Anecdd. Bekk 1. p. 93. in ἐξαναλάβω — A. Schol. Veneto ad Hom. Il. 2, 382. Thucydides in Πολιτείαις citatur, fortasse confusus cum Aristotele vel Heraclide Pontico. — Schol. ad Thuc. 1, 73. de v. καταβόησις. — Suid. in ὄσπριον et χέδροπες. — Dionys. Hal. p. 793 sq. Reisk. de v. περιλογισμός (coll. Kruegero ad ipsum p. 224. — Thom. M. p. 779. in ῥᾴων. — Dionys. Hal. p. 799. de v. ταραχός (coll. Kruegero p. 230. et Poppone 2, 1. p. 87., qui hoc vocabulum docent esse apud Xenophontem, non item apud Thucydidem.) — Anecdd. Bachm. 1. p. 418, 15. in χοῦς et 1. p. 416, 26. in χρῆμα..

cenotaphio positi auctor a nonnullis appellatur. Id legitur in Anthol. Gr. 1. p. 102. Iac. (Palat. 7, 45.) et ab Athenaeo 5, 3. atque Eustathio ad Il. β'. p. 284. Rom. auctori Thucydidi tribuitur:

*Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει*
*γῆ Μακεδών· ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.*
*Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ Μούσαις*
*τέρψας ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.*

Sunt, qui hic quoque eum errorem obtinere putent, quo pro Thugenide nomen Thucydidis irrepserit, vel ideo historici nomen tanquam auctoris his versiculis praefixum esse, quod similis quaedam sententia in oratione Periclis 2, 41. legatur [19]). Et ne uni quidem omnes, sed alii Timotheo, alii nescio cui Theophilo hoc epigramma tribuunt [20]). Thucydidis poetae hoc epigramma esse, opinio est Kruegeri Vit. Thuc. p. 62., negantis vel ideo historici esse, quia quo tempore Euripides obibat historicus usque exul agebat, „nisi quis statuat, ait, cenotaphium Euripidis aliquanto post mortem eius erectum esse, id quod improbabile esse puto.“ Historico autem ut nobiliori addit tributum esse, poeta cognomine minus inclarescente.

## 3. NATALIS ANNUS THUCYDIDIS.

Pamphila Graeca, quae Neronis temporibus in Aegypto vixit [1]), de aetate Thucydidis haec memoriae prodidit, referente A. Gellio N. A. 15, 23. *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historici scriptores in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc libro undecimo Pamphilae.* Itaque, ni fallit haec auctoritas, Herodotus et Thucydides distabant spatio tredecim annorum. Bellum autem Peloponnesiacum initium habuit Ol. 87, 2., archonte Pythodoro, aestate anni 431. sive U. C. 323. [2]) Unde efficitur, annum natalem Thucydidis fuisse Ol. 77, 2. (471.) Eusebius Thucydidem floruisse dicit Ol. 87, 3. (430.) Suidas: *ἤκμαζε κατὰ τὴν πζ'.* (87.) *Ὀλυμπιάδα.* Cicero Brut. 11. *Thucydides paulo aetate posterior, quam Themistocles,* qui aliquot annis post a. 465. obiit. Aphthonius in Pro-

19) Krueg. Vit. Thuc. p. 38 sq.
20) Dorv. ad Charit. p. 272. Lips. Thom. M. in Vit. Eurip., ibique Barnes. Vol. 1. p. 34. Lips.
1) Krueg. Vit. Thuc. p. 7., qui quod de fide Pamphilae derogat, non cogitavit, hominem vel rudem in literis, sed cui libri nunc deperditi suppeterent, recte annum alicuius scriptoris natalem prodere potuisse.
2) A. Gell. N. A. 17, 21.

gymn. apud Beckium ed. Thucyd. Vol. 2. p. 740. ὡς δὲ (Θουκυδίδης) εἰς ἄνδρας ἀφίκετο, ἐζήτει καιρὸν εἰς ἐπίδειξιν ὧν καλῶς προησκήσατο. Καὶ τάχυ παρέσχεν ἡ τύχη τὸν πόλεμον, καὶ τὰ πεπραγμένα πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν οἰκείαν αὐτὸς ἐποιήσατο τέχνην καὶ φυλακὴ γέγονεν ὧν ὁ πόλεμος ἤγαγεν. Schol. ad Aristidem pro Quatuor vv. p. 121, 18. συμφοιτητὴς ἦν Περικλέους ὁ Θουκυδίδης, ὡς ἔγνωμεν. διὸ καὶ ἐφίλει αὐτόν. Haec omnia cum Pamphila consentiunt: convenit etiam quod Pericles et Thucydides vulgo discipuli Anaxagorae habebantur [3]). Philostratus quidem Vit. Soph. 1, 9. p. 422. sq. Periclem et Thucydidem aequales dicit, seniorem autem aliquanto Periclem [4]). Minus commode hoc efficitur [5]), et superiora testimonia minus inter sese conveniunt, si statuas cum Kruegero p. 8 sqq., Thucydidem initio belli Pelop. aetatis annum ferme quintum et vicesimum egisse. Sequi se dicit Marcellinum §. 34., qui Thucydidem scribit παύσασθαι τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, unde tamen nec sequitur, ipsos quinquaginta annos Thucydidem bello exeunte expletos habuisse, et ipse Marcellinus §. 29. Thucydidis aequales fuisse dicit Platonem Comicum, Agathonem Tragicum, Niceratum Epicum, Choerilum, Melannipidem, quod cum aetate, Thucydidi per Pamphilam tributa, convenit [6]). Quod enim Krueg. p. 61. perhibet, Marcellinum dicere poetas modo dictos non Thucydidi historico, sed Thucydidi poetae aequales fuisse, id hoc uno nititur, quod perspici non possit, cur aetas scriptoris historici cum aetate poetae componatur. Quasi haec difficultas gravior sit, quam illa, quod Marcellinus eum, cuius aetatem cum poetis illis componit, mox (§. 30.) δαιμονίως θαυμασθῆναι dicit, quod minime in poetam ignobilem Thucydidem, maxime in scriptorem rerum Graecarum florentissimum Thucydidem cadit. Adde quod Marcellin. Praxiphanem, unde haec hausit, hanc temporis notitiam dedisse ait in libro περὶ ἱστορίας, non in illo, in quo de poetis Praxiphanes egerat, inducens Platonem et Isocratem colloquentes [7]), atque vel in opere de poetis scripto opportunitas comparandae aetatis scriptoris historici evenire poterat, sicut in opere de historicis scripto occasio esse poterat nominandorum poetarum. Verum etiam mentio Archelai, regis Macedoniae, eo loco facta Kruegero probare videtur, Marcellinum loqui de aequalibus Thucydidis poetae. „Archelaus, ait,

3) Pericles certe multus cum Anaxagora versabatur. v. Kutzen. de Pericle p. 137. not. c.

4) Ubi non necesse est, cum Kruegero (Vit. Thuc. p. 10. not. 1.) statuere, Milesiae filium cum historico confusum esse. Pericles obiit a. 429., quum Thuc. annum agebat quadragesimum alterum.

5) Conf. Kutzen. de Pericl. p. 136. not. a.

6) v. Naek. Choeril. p. 30 sq.

7) v. Diogen. Laert. Plat. 8.

tam multos poetas in aulam convocavit; historicum regi innotuisse nusquam apparet, ut non intelligi possit, quomodo Praxiphanes in memoria rerum Archelai de fama historici loqui potuerit. At de Thucydide poeta forsan sic mentionem iniecerit: prius eum ignotum fuisse, ideoque ab Archelao ad se non invitatum esse[8])." At mentio Archelai regis mihi potius comprobare videtur, locum Marcellini de Thucydide historico accipiendum esse, quia verum est, Thucydidem historicum in ora hominum venisse post ipsam eius regis obitus aetatem, ut infra docebitur, atque hoc ipsum e Praxiphane Marcellinus quoque referre putandus est. Quemadmodum autem Krueg. dicit, nimis abrupte a Thucydide poeta transitum verbis *συνεχρόνισε δέ* fieri ad Thucydidem historicum, si statuatur, in sequentibus historici aequales nominari, sic nos dicimus, nimis etiam abrupte transitum a poeta verbis *οἱ μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖ* etc. fieri, si statuatur, in praecedentibus aequales poetae nominari.

His expositis in eam sententiam inclino, ut non Pamphilae fidem denegandam, sed verba Marcellini §. 34. corrigenda esse putem in hunc modum: *παύσασθαι δὲ τὸν βίον ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γενόμενον* (nam hoc quoque additamentum opus esse videtur), nec tamen statuo, Thucydidem exeunte bello ipsum sexagesimum annum egisse, sed tantum, ultra sexaginta annos natum obiisse, quod vel propterea magis probandum, quia supra quinquaginta annos vixisse non tam rarum est, ut aetatis valde provectae nota sit: sic tamen sonant verba: *ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη (γενόμενος) βίον ἐπαύσατο.*

Tum Thucydides 5, 26. de se ipso haec profitetur: *ἀεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε, προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν, ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν. ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ, αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ προσέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι.* Secundum Pamphilam finito bello Thucydides natus erat sexaginta septem annos, quum ineunte bello quadraginta ageret. Quocum verba ista Thucydidis pulchre conveniunt. Quid enim impedit, quo minus qui ineunte bello quadraginta, septem et sexaginta exeunte natus esset, se diceret *τῇ ἡλικίᾳ αἰσθανόμενον διὰ παντὸς τοῦ πολέμου ἐπιβιῶναι* i. e. er habe den ganzen Krieg erlebt, und sei durch sein Alter fähig geblieben, denselben zu beobachten? At Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 90. adnot., opinione ductus, nomen *ἡλικία* aetatem robustam et florentem significare debere, et Marcellinum §. 34. secutus, qui Thucydidem vita excessisse ultra quinquaginta annos natum dicat, statuit scriptorem bello extremo circiter quinquaginta annos natum fuisse, quasi quinquagenario florens aetas tribui possit, et

8) Krueg. Vit. Thuc. p. 61.

quasi ex eo, quod ultra quinquaginta annos vixit, sequatur, cum in ipso fine belli quinquagesimum annum sive expletum habuisse, sive attigisse 9). Quare postea in Vit. Thuc. p. 9. alio modo vocem ἡλικία interpretari coepit: *vermöge seines Alters* hat er die Ereignisse richtig aufzufassen vermocht. Recte! sed addit: „proinde neque ineunte bello rudem adolescentem, neque extremo decrepitum senem fuisse statuere licet. Rudem iuvenem se non fuisse, vix erat cur scriptor affirmaret, quum ipse in superioribus narraverit, se statim ineunte bello propositum habuisse, id describere, et quum iam octavo belli anno dux fuerit; tanto magis se non decrepitum senem extremo bello fuisse declarare debebat, quum hoc ipsum munus bellicum, iam Ol. 89, 1. (424.) administratum, facile suspicionem movere posset, Thucydidem exeunte bello iam nimis provecta aetate fuisse. Haec suspicio ne oriretur, cavere si non totum 10), certe maxima ex parte horum verborum consilium est. Qui si sensus loci est, vix tibi persuadeas, Thucydidem in fine belli Pelop. iam sexaginta septem annos natum fuisse. Quamvis enim vir id aetatis incolumis usque mentis esse possit, vix tamen dicet, robustae se mentis esse *per aetatem*, sed potius, robustum usque se esse, *quanquam aetate adeo provectum*. Non igitur *αἰσθανόμενος τῇ ἡλικίᾳ* Thucydidi dicere licebat, si dicto supra tempore senex annorum sexaginta septem erat, sed fortasse *αἰσθανόμενος τῇ γνώμῃ* sive *τῇ διανοίᾳ*." Num vero aetas quaecunque ad aliquid valida minus digna est, quae ἡλικία vocetur? Num hoc vocabulum uni iuventuti debetur vel aetati virili, an aetatem quamcunque rei cuicunque efficiendae aptam significat? Mihi quidem verborum *αἰσθανόμενος τῇ ἡλικίᾳ* idem sensus esse videtur, ac si scripsisset: *αἰσθανόμενος τῷ ἀριθμῷ ἐνιαυτῶν τῷ ἔτι αἰσθάνεσθαι δυναμένῳ*. Quod quis est, qui viro sexaginta septem annorum non tribuat? An id aetatis vir senex decrepitus habendus est? 11)

9) Letronn. s. v. Xenophon (in Biogr. Universelle de Michaud): „Aucun auteur ancien n'a donné l'époque de la mort de Thucydides; on pourrait la conclure de l'année 471, fixée pour sa naissance d'après Pamphila, si l'on savait combien d'années il a vécu. Son biographe, Marcellin, lui donne, il est vrai, *environ cinquante années de vie*; mais cela est impossible: ou l'auteur se trompe grossièrement, ou son texte est altéré. Dans l'un et l'autre cas, il n'y a rien à en conclure."

10) Totum hoc scriptoris consilium fuisse putans Schol. scripsit: *ἀντὶ τοῦ ἀκμάζων, διὰ τὸ μὴ παρηβηκέναι τὴν ἡλικίαν παρακολουθῶν πᾶσι*. Kr.

11) Didot. Praef. Vol. 1. p. IV. ad not. 2. haec verba ita intelligit: „malgré mon âge avancé j'ai conservé mes forces intellectuelles." At *ἡλικία* vix dici per se potest aetas admodum provecta, ita tamen talis aetas recte dicetur, si ad aliquid valida esse dicenda erit. Nam *ἡλικία* originem habet ab *ἡλίκος*, wie stark, so stark als sive dass etc.

Denique cum ratione Pamphilae conveniunt ea, quae ex vita auctoris infra exponentur.

## 4. MAGISTRI THUCYDIDIS.

### A.
### ANTIPHON.

Dicitur Thucydides magistro usus esse Antiphonte Rhamnusio, quem ipse praeclara collaudatione 8, 68. praedicat [1]). De hoc magisterio Krueg. Vit. Thuc. p. 34. ita disputat: „si quis fontem huius narrationis aperit, satis luculenter apparet, rem primo suspicione conceptam paulatim pro re certa exploratatque venditari coepisse. Scriptorum testium antiquissimus est Caecilius Calactinus [2]). Est enim apud scriptorem de X. Rhett. s. v. *Ἀντιφῶν*: *Καικίλιος ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ (Ἀντιφῶντος) συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως διδάσκαλον τεκμαίρεται γεγονέναι ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ᾽ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν* [3]). Quid aliud opus erat, ut tam vana suspicio tanquam res certa propagaretur, nisi ut aliquis aetatis posterioris scriptor sic fere scriberet: Caecilius ait Antiphontem magistrum Thucydidis fuisse? Hoc ipsum (quanquam Thucydidem non discipulum, sed magistrum Antiphontis fuisse dicens) Photius cod. 259. p. 486, 4. Bekk. fecit, neque is, ut videtur, primus, qui *Καικίλιος*, ait, *Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν γεγονέναι φησὶ τὸν ῥήτορα.* Qua ratione quum semel falsa res invaluisset, posteriores scriptores non haesitarunt rem prodere sub nomine Caecilii traditam, cuius iam aetate Quintiliani non parva auctoritas esset. Photius autem ideo Thucydidem magistrum Antiphontis facit, inversa ratione quam actas et locus horum virorum postulabat [4]), quia apud auctorem Vit. X. Rhett. vulgaris lectio est *μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι,* eamque etiam Photius ibi invenisse putandus est, atque apud Photium series orationis *μαθητὴν* scribi postulat. At *διδάσκαλον* nonnulli libri Pseudoplutarchi exhibent, idque praeferendum esse affirmat Ruhnk. Dissert. de Antiph. p. 795.“ Errorem Caecilio tribuendum esse, Gottl. ad Plat. Menex. c. 3.

1) Hoc uno consensu testantur Hermog. *π. ἰδ.* 2. p. 496. *Θουκυδίδην Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων.* Adde Schol. Aristid. pr. Quatuor vv. p. 131, 1. Iebb. Marcellin. §. 22. Anonym. V. Thuc. §. 2. Suid. in *Ἀντιφῶν* et *Θουκ.* Schol. Thuc. 4. extr., 8, 68. Themist. Euphr. Or. 26. Ioh. Siceliotes et Tzetzes apud Ruhnk. de Antiph. (in Reisk. Oratt. Gr. Vol. 7. p. 804.)

2) De hoc v. Krueg. Vit. Thuc. p. 34. adnot.

3) De cupiditate Grammaticorum, magnis viris magnos magistros exquirendi conf. Naek. Choeril. p. 21 sqq. Kr.

4) Nam Antiphon Thucydide maior erat paene decem annis, utpote natus Ol. $75\frac{1}{2}$ ($4\frac{80}{79}$), et Thucydidem Grauert. iudicat altiori loco fuisse, quam ut magisterio fungeretur.

iudicat; Grauert. Obss. critt. ad Marcellin. in Nieb. Museo Rhenan. anni 1. fasc. 3. p. 181. [praeeunte Wyttenbachio. v. Westerm. diss. de auctore et auctor. lib. qui inscr. vitae decem oratorum p. 8. 25.] apud Pseudoplutarchum legi vult *καθηγητὴν* pro *μαθητήν*, ut qua voce posterioris aetatis scriptores frequenter de magistris utantur, probante Krueg. p. 34. adn. 2.

„Cicer. Brut. 12., idem p. 34 sq. pergit, eloquentiam Antiphontis memorans et eodem loco Thucydidis usus, unde Caecilio suspicio nata est, testem Thucydidem facit, quem non solum testem locupletem, sed etiam discipulum rhetoris declaraturus fuisset, si magistrum Thucydidis Antiphontem fuisse cognitum habuisset. Neque magis id Aristidi cognitum fuisse videtur, ut qui Thucydidem Antiphontemque amicos appellet in orat. pr. Quatuor vv. p. 131. lebb. *Θουκυδίδης τῶν Ἀντιφῶντος ἑταίρων ἐστίν.*" Thucydidem tamen consuetudinem viri, qualis Antiphon fuit, expetivisse et credibile esse Krueg. existimat et eodem testimonio Aristidis utitur.

B.

LAMPRUS.

Apud Platonem Menex. p. 236. A. haec verba sunt: *ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως καὶ οὗτος οἷός τ' ἂν εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.* Haec verba iam veteres, et ex recentioribus multi ad Thucydidem retulerunt: quod si recte factum esset, Thucydidis in musica magistrum Lamprum, in arte oratoria Antiphontem haberemus. At Krueg. magna cum probabilitate non ad Thucydidem hunc locum, sed ad Archinum refert[5]). Quare ne Lamprus quidem inter magistros historici ponendus est.

C.

ANAXAGORAS.

In philosophicis Thucydides magistrum habuisse dicitur Anaxagoram Clazomenium[6]) et probabile esse docere vult Wyttenb. in Praef. ad Ecll. Hist., neque improbat Krueg. Vit. Thuc. p. 37. sq., quum Anaxagoras ipsa in iuvenili aetate Thucydidis Athenis vixerit et tam gravem philosophum ab historico audiri neglectum esse credibile non sit. Ex illa autem consuetudine ductum esse putat locum historici 2, 28., ubi solis defectum nisi interlunio fieri posse negatur, nam eadem de re Periclem ab Anaxagora institutum fuisse, Ciceronem de Rep. 1, 16. testari[7]). Indidem repetit explicationem mirabilis phaenomeni 3,

5) Conf. Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 258.
6) Antyllus apud Marcellin. in §. 22. Tzetz. in cod. Pal. apud Popp. 1, 1. p. 321. Vid. Schaubach. De Anaxagora p. 1—56.
7) Add. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2, p. 473. init.

89., „nisi lubricum, ait, esset, tam incertis vestigiis ductum de rebus, quas etiam alio modo explicare liceat, coniecturam facere."

D.
GORGIAS LEONTINUS.

His magistris Thucydidis Philostr. Vit. Soph. 1, 9. p. 422 sq. et Suidas Gorgiam Leontinum addunt: *Γοργίας τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο, Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην νέον ὄντα, Θουκυδίδην δὲ καὶ Περικλέα ἤδη γηράσκοντα.* „Non haesites, Krueg. p. 10. adnot. 1. ait, filium Milesiae significari putare, nisi alius locus probabile redderet, certe ipsum Philostratum, si non auctorem eius de historico cogitasse. Nam epist. 13. p. 919. *λέγεται δέ*, ait, *καὶ Ἀσπασία ἡ Μιλησία τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι. Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοοῦνται τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρὺν παρ' αὐτοῦ κεκτημένοι, μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον ὁ μὲν ὑπ' εὐγλωττίας, ὁ δὲ ὑπὸ ῥώμης.*" Gorgias Leontinus princeps fuit legationis, a popularibus ad Athenienses missae[8]. Inde autem quod Thucydides eum ne memoravit quidem, ubi huius legationis mentionem fecit, Popp. 2. Commentt. p. 841 sq. colligit, magistrum historici Siculum non fuisse[9]. Idque tanto credibilius, quum Gorgiam in remotissimis et temporibus et locis modo plane fabuloso veteres tum magisterium facere, tum oratorem prodire faciant[10].

## 5. THUCYDIDIS VITA ANTE EXILIUM.

Secundo anno belli Pel. i. e. Ol. 87, 2. (430.) Athenis pestilentia correptus est, ut ipse refert 2, 48. Quando ad rempublicam accesserit, et num quibus ante ductum bellicum muneribus publicis functus sit, in tam diversis veterum testimoniis incertum manet. Nam Schol. Arist. Vesp. 941. republica eum prorsus, antequam dux classis factus est, abstinuisse dicit: (*Θουκυδίδης*) *ὃς οὐδὲ πάντη γνώριμος ἐγένετο, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Κωμικοῖς, διὰ τὸ ἐπ' ὀλίγον στρατείας* (fort. scrib. *στρατηγίας*) *ἀξιωθέντα μετὰ Κλέωνος ἐπὶ Θρᾴκης φυγῇ καταδικασθῆναι.* Itemque Marcellin. §. 23. tradit, Thucydidem nunquam aut ad rempublicam accessisse, aut suggestum conscendisse, sed tantum belli ducem creatum esse. Contra Dionys. Hal. p. 770. Thucydidem plus semel belli ducem fuisse et reliquos quoque honores obtinuisse dicit[1]. Quum vero Dionysii consilium fuerit,

8) v. adnot. ad Thuc. 3, 86.
9) Vid. Westerm. De Epitaph. Demosth. p. 11 sq. Popp.
10) Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 449. 450. Foss. De Gorg. (Hal. 1828.) p. 22.
1) Conf. Cicer. Brut. 11. Kr., qui quod Suidam etiam addit

Thucydidem exhibere ut ingrati erga populares animi virum, facile eum induci potuisse putat Krueg. Vit. Thuc. p. 43., ut quod fortasse ipse crederet, et crederet modo, ut rem extra dubitationem positam proponeret, nisi confundendo Milesiae filium cum historico lapsus est. Nihilominus eidem p. 44. improbabile visum, Thucydidem ductu bellico publicam vitam auspicatum esse, praesertim eo tempore, quo Strategi munus officiorum genere usque tam et grave et obnoxium esset. Quum autem in Thracia et opibus polleret et gratia valeret, credere licet, illum potissimum in illis regionibus classi praefectum esse. Octavo igitur anno belli Pelop. dux Atheniensium classis in regionibus Thraciae factus est. Stationem navium habuit ad Thasum, quum Brasidas dux Lacedaemoniorum Amphipolim, spatio dimidiae diei Thaso navigantibus distantem oppugnare aggressus est. In eo tempore ab Amphipolitanis auxilio vocatus statim adproperavit, sed ante adventum urbs ab hoste capta est. Eionem tamen, quam, si classis Thaso non advenisset, postera nocte Spartani aggressuri erant, adventu suo servavit. Narravit haec ipse 4, 104. Hic malus rerum eventus quum a civibus Thucydidi crimini verteretur, argueretarque sive desidiae, sive ignaviae, sive proditionis[2]), auctore, si fides Marcellino §. 26. 46., Cleone populi duce patrium solum vertere coactus est.

Neque certius habetur, Thucydides timore Atheniensium in voluntarium exilium abierit, an lege et iudicio exilii damnatus sit[3]). Quum autem amissae per proditionem vel negligentiam urbis poena maxima esset[4]), neque Atheniensium esset, claris

propter verba: ἦν πολὺς — ἀκριβείᾳ πραγμάτων καὶ στρατηγίαις καὶ συμβουλίαις καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν, corruptus hic locus esse videtur et alio, quam ad munera publica Thucydidis trahendus. Vid. adnot. ad Marcellin. §. 1.

2) Varia enim veteres tradunt. Marcellin. §. 23. τὸ πρῶτον ἀτύχημα ὡς ἁμάρτημα μεταλαβόντες φυγαδεύουσιν αὐτόν. §. 55. ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα. Anonym. §. 3. αἰτίαν ἔσχε προδοσίας ἐκ βραδυτῆτός τε καὶ ὀλιγωρίας. Conf. Heilm. Krit. Gedank. apud Danovium in Opp. p. 114 sq.

3) Damnatum esse significant Cicer. De Orat. 2, 13. Plin. H. N. 7, 31. et apertissime omnium Schol. Aristoph. Vesp. 941. διὰ τὸ ἐπ' ὀλίγον στρατηγίας ἀξιωθέντα — φυγῇ καταδικασθῆναι. Ambigue Marcellin. §. 23. φυγαδεύεται — φυγαδεύουσιν αὐτόν. §. 46. ἐφυγαδεύθη. Anonymi locus §. 7., quo Krueg. usus est, nihil huc pertinet; is enim de ostracismo loquitur, confundens Milesiae filium. Sed idem §. 4. nihil habet nisi haec: γενόμενος δὲ φυγὰς ὁ Θουκυδίδης —

4) Duces, qui urbem amiserant, per εἰσαγγελίαν accusare licebat proditionis. Demosth. lept. 79. p. 481. μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰσήγγελλον οὗτοι, καὶ εἰ ἑάλω, τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπολώλει χρόνον. Psephisma autem Cannoni ap. Xenoph. H. Gr. 1, 7, 21., iubebat, quicunque contra civitatem Atheniensium deliquisset, vinctum coram populo dicere, et damnatum occidi at-

viris parcere, iram in eos mitigare, poenas moderari, Kruegeri Vit. Thuc. p. 46. sententia est, Thucydidem in voluntarium exilium abiisse, negat probabile esse, exulem bona sua servasse, certe non quae in Attica possideret, nisi forte horum pars ei cura amicorum propinquorumque clam servata sit.

## 6. THUCYDIDIS EXILIUM ET ITINERA.

Otio, quod ei per exilium contigerat, ita usus esse videtur, ut de bello, quod statim ineunte eo conscribendum sibi proposuerat [1]), et Athenienses et Peloponnesios percontaretur, atque omnes res in eo gestas orationesque habitas quam accuratissime cognoscere studeret. Quare multa eum tum Atheniensibus, tum Lacedaemoniis aliisque largitum esse scribit Marcellinus §. 19. sqq., ut res in hoc bello gestas dictaque comperta haberet [2]). Scholiastes ad Thuc. 5, 26. scriptorem ait per viginti annos exulem egisse et plerumque in Peloponneso versatum esse: *ὅτι ὁ συγγραφεὺς εἴκοσιν ἔτη ἔφυγε τὴν πατρίδα καὶ περὶ Πελοπόννησον διέτριβε.* Haec concinunt cum verbis Thucydidis, ad quae Schol. illa adnotavit: *Ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν καὶ γενομένῳ παρ᾿ ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς Πελοποννησίοις διὰ τὴν φυγὴν καθ᾿ ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι. Plus temporis facile* rebus Peloponnesiorum sese adfuisse testatur, quam Atheniensium, unde eum Krueg. p. 49. colligit, aliquamdiu in Peloponneso vel regionibus adiacentibus, vel ubi Peloponnesii bellum gerebant, commoratum esse. Hoc quodammodo indicari ait etiam locis 1, 9. *λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι* etc. et 20. *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔτι καὶ νῦν ὄντα καὶ οὐ χρόνῳ ἀμνηστούμενα καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται*, ubi deinde de duplici regum Spartanorum suffragio et locho Pitanate vulgare iudicium erroris arguit, non aliter quam quasi melius edoctus per commorationem in Lacedaemone continuatam. Adde quod descriptio rerum Sicularum, qualem dedit, non ab alio sic dari potuit, quam qui ipse terram Siculam oculis pedibusque usurpasset. Inprimis Syracusarum, agrique urbis tam accuratam, perspicuamque etiam in rebus minutioribus cognitionem exhibet, ut vix credere liceat, eum has res ex alienis fontibus hausisse [3]).

que in barathrum proiici, bona publicari, decimamque Minervae sacrari. Kr. p. 46.

1) Thuc. 1, 1.

2) Hoc studium investigandi ipse profitetur 1, 20. 21. 22. 23. 5, 20. 26.

3) Krueg. Vit. Thuc. p. 50. ad Dionys. Hal. Hist. p. 91. adn. Dahlm. Herodot. p. 215. Didot. Praef. Vol. 1. p. LXVIII. adn. 2.

Digressio quoque de hominibus Siciliam incolentibus profecta esse Kruegero videtur investigationibus, quas ipse in insula instituerat; nisi quis Niebuh. H. R. 1 p. 41. 131. ed. pr. sequi malit iudicantis, Thucydidem vetustissima historiae suae et inprimis Sicula duxisse ex scriptis Antiochi, veteris rerum Italiae Siciliaeque scriptoris[4]). Quodsi vero Siciliam adiit, consentaneum est, eum etiam in Italia fuisse, quod confirmatur testimonio Timaei ap. Marcellinum §. 25., qui eum tradit exulem in Italia egisse.

Est apud Marcellinum §. 19. sqq., Thucydidem uxorem duxisse Thressam ex urbe Scaptesula ditissimam, quae metallorum fodinas ibi possideret. De hac possessione ipse loquitur 4, 105. In quam quomodo venerit, non uno modo viri docti iudicant. Nam alii putant, ea metalla dotis nomine per uxorem ei obtigisse[5]), alii iure hereditatis ab maioribus accepta habuisse[6]), est etiam, qui beneficio Cimonis in eum collata existimet[7]). Hereditate accepta ab Hegesipyla illa, regina Thraciae, uxore Miltiadis II., ad quam originem eum retulisse coniecimus, ad Thucydidem pervenire non potuerunt, quia Scaptesula, ubi ea metalla fuisse dicuntur, urbs non Thracia, sed Thasia fuit certo eo tempore, quo Miltiades II. Hegesipylam duxit[8]). „Adde, ait Krueg., quod, si uxor Miltiadi tam largam dotem attulisset, non in carcere mortuus esset, quod solvendo multam sibi impositam impar fuit[9]). Mos etiam, filiabus viros emendi a Thracibus tam alienus fuit, ut filias viris venderent[10]).“ Totam hanc rationem sola suspicione niti putat, talemque efferri a Marcellino: *μέγιστον τεκμήριον* (Thucydidem sc. originem duxisse ab Hegesipyla, Olori regis filia) *νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης κτήματα καὶ (τὰ ἐν Σκαπτησύλῃ) μέταλλα (τὰ) χρυσᾶ.* Verum etiam alteram rationem, quod Thucydides illa metalla dotis nomine per uxorem acceperit, Krueg. improbat. Quod enim Boeckh. dicat, Hegesipylae, uxoris Thucydidis, maiores fortasse, pridem in possessione eorum metallorum fuisse, id incertum iudicat. Quum enim Thasii Atheniensibus metallis Scaptesulae cedere cogerentur[11]), non credere licet, Athenienses

4) De hac re nonnulla protuli, legens vestigia Antiochi reliquiarum, in libello De sit. et Orig. Syracus. p. VIII sqq.
5) Marcellin. §. 19. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 335.
6) Marcellin. §. 14. Plut. V. Cim. 4.
7) Krueg. Vit. Thuc. p. 40 sqq.
8) v. Herodot. 6, 46.
9) Bona paterna quoque Miltiadis in Chersoneso tum in manibus hostium erant et demum per victoriam ad Eurymedontem relatam recuperata sunt. v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 57, 61.
10) v. Interpp. ad Xenoph. Annab. 7, 2, 38. Kr.
11) Ol. 78, $\frac{3}{4}$. (465.) Thasii desciverunt ab Atheniensibus et triennio post i. e. Ol. 79, $\frac{1}{4}$ (463.) denuo subiecti sunt. Thuc. 1, 100. 101.

iura privatorum attendisse, sed totum metallorum civitati suae vindicasse. Sic probabile fit, ea metalla, sicut Lauria, privatis, civibus Atticis et ἰσοτέλεσιν a republica venditione in perpetuam possessionem (Erbpacht) addicta esse, non ad tempus locata, emtores pretium semel pro metalli possessione pendisse, ac perpetuo vectigal certae cuiusdam partis metalli ex caminis provenientis [12]). Reiecta igitur hac quoque explicatione Krueg. statuit, Cimonem, qui has possessiones in potestatem Atheniensium redegisset, ea occasione, qua officia reipublicae a se praestita ipse compensaret, uti non neglexisse, et partem lucri metallorum Thasiorum in eam cognationem familiae suae contulisse, unde Thucydides originem haberet [13]).

Matrimonium vero si non ante bellum Pelop., certe primis eius annis initum esse, probabile fit vel eo, quod tum Thucydides iam aetate satis provectus erat, atque Popp. 1, 1. p. 26. inde colligit, quod, quum Brasidas in Thraciam veniebat, Thucydides inter eius incolas iam plurimum valebat auctoritate, eique ius erat, auri metalla ibi exercendi. At hoc argumentum ita tantum probari posset, si certum esset, Thucydidem per uxorem metalli fodinas illas acceptas habuisse.

## 7. THUCYDIDES QUANDO SIT AB EXILIO REVOCATUS, QUAERITUR.

Post cladem ad Aegospotamos Urbemque a Lysandro captam Lacedaemonii hanc inter alias conditionem tulerunt: *ἐφ' ᾧτε τοὺς φυγάδας κατάξαντας (Ἀθηναίους) τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι*, ut est apud Xenophontem H. Gr. 2, 2, 20. Itaque quo tempore Lysander *κατέπλει εἰς τὸν Πειραιᾶ*, eodem tempore *καὶ οἱ φυγάδες κατῆεσαν*, ut est apud eundem 2, 2, 23. [1]). Hoc factum est d. 16. Munychionis Ol. 93, 4. (vere anni 404.) [2]) Nec tamen probabile est, omnes exules tum rediisse, sed tantum eos, quos Quadringenti non revocaverant Alcibiadis causa, ne hic et ipse cum reliquis rediret, ut est apud Thucydidem 8, 70. Quanquam non ita multo post [3]) Alcibiades et alii exules revocati sunt per exercitum Atheniensium, qui Sami erat [4]); at neutiquam univer-

Debellavit Thasios Cimon. v. Plut. V. Cim. 14. init. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 334. adn. 50.

12) Boeckh. C. I. Vol. I. p. 288. a.

13) Conf. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 57, 61. Forsan hereditate a Cimone acceperit; at Cimon filium Lacedaemonium habuit.

1) Adde Andocid. De Myster. p. 94. Plut. V. Lysandr. 14.

2) Plut. V. Lys. 15.

3) Ol. 92, 1. (411.)

4) Thuc. 8, 97.

sis exulibus reditus concessus est[5]), sicut ne per pacem quidem Lysandri. Ut autem illi redirent, qui Lacedaemoniorum partibus missis saepius Spartam legationibus studuissent[6]), Lysandrum voluisse probabile est, ut qui exules restitui non Atheniensibus permitteret, sed teste Xenophonte pro conditione pacis ab eis peteret. Inter hos autem exules, qui per Lysandrum revocarentur; Thucydidem non fuisse, constat testimonio Pausaniae 1. 23, 11., qui peculiari Oenobii cuiusdam rogatione Thucydidem in integrum restitutum esse tradit: *Οἰνοβίῳ δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν· ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδην.* Qui putarent, per pacem Lysandri universos exules revocatos esse, non eos solos, quos revocari Lacedaemoniorum, qui eos revocari postularent, intererat, varias vias excogitarunt, ut explicarent, cur ad revocandum Thucydidem peculiari Oenobii rogatione opus esset. Ac Krueg. quidem Vit. Thuc. p. 53. leviter addubitat fidem Pausaniae, quum Zopyrus, aequalis, (si fides sit Marcellino §. 33.) Thucydidis, de revocatione per Oenobium facta nihil scivisse videatur. At Zopyrum aequalem Thucydidis fuisse, ex loco Marcellini, corrupto illo, non patet[7]). „Suspiceris, addit, cum Dodwello Annal. Thucyd. p. 647. Beck., Pausaniam rogationem Oenobii falso ad filium Olori retulisse, quum apud scriptorem, ex quo hoc petiit, modo nomen Thucydidis fuisset, qui intelligendus erat filius Milesiae fuisse.“ Hoc tamen merito reiiciens Krueg. existimat, Oenobium rogasse universos exules revocandos, Pausaniam vero errantem ita loqui, quasi rogatio in gratiam unius Thucydidis facta sit. At ex narratione Xenophontis constat, petitione Lacedaemoniorum post pugnam apud Aegospotamos exules revocatos esse, non rogatione civis Affini. „Forsan, pergit, exulibus dies dictus fuerit, intra quem redire tenerentur, Thucydides autem in rebus civitatis tam dubiis haesitaverit Athenas intra diem dictum reverti, ut proinde postea opus fuerit peculiari psephismate ad eum restituendum.“ Denique p. 55. in hanc sententiam defertur: „Si quis consideret, Thucydidem, ut probabile est, non a populo exilii damnatum esse, sed legitimam poenam voluntario exilio subterfugisse, patet, pacis conditionem, qua exulibus reditus concessus est, non ipsi quoque reditum procurasse[8]).“ Veram rationem, cur peculiari in gratiam Thucydidis populiscito opus esset, hanc fuisse puto, et non universos exules per Lysandrum restitutos esse, ut supra

5) Ut patet ex Thuc. 8, 70. et 8, 97. Scriptor dicit: *ἐψηφίσαντο καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ ἄλλους μετ' αὐτοῦ κατιέναι.*

6) v. adnot. ad Thuc. 8, 89. super verbo *ἔπεμπον.*

7) v. adnot. ad h. l.

8) Conf. narrationem de Callixeno ap. Xenophont. H. Gr. 1, 7, 40. Kr.

dixi, et quod exules factionum studiosi (die politischen Verbannten), et ne hi quidem omnes, sed ii tantum, quos revocari Spartanorum intererat, non vero qui proditores sive essent sive haberentur, sicut ne ii quidem, qui fuga legem et iudicium evasissent, lege amnestiae inclusi erant.

Marcellinus §. 32. Didymum et Zopyrum scribit narrasse, *τοὺς Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ*, addens Philochorum et Demetrium in libro de Archontibus idem narrasse. At hoc factum esse non post cladem Siculam, sed post pacem Lysandri modo vidimus, et de hac ipsa pace scriptores locutos esse, quos Marcellinus testes adhibuit, probabile est, quod Kruegero Vit. Thuc. p. 52 sq. etiam hinc apparere videtur, quod cum hac narratione de revocatis exulibus narratio de reversione Thucydidis iuncta sit. Hunc enim non statim post cladem Siculam evenisse, illis scriptoribus ex ipsius Thucydidis historia cognitum esse debuit. Ac quum Thucydides de reversione exulum, per Athenienses statim post cladem Siciliensem concessa sileat, sileantque etiam ceteri scriptores, Meier. De Bon. Damn. 228 sq. sibi improbabile videri profitetur, exules eo tempore reversos esse, addens etiam Pisistratidarum mentionem fabulosam esse. Quam equidem non a Grammaticis confictam, sed ex priori revocatione exulum, quae fiebat, quum bellum Persicum primum immineret [9]), huc translatam puto; tunc enim profecto Atheniensibus erat, cur a Pisistratidis timerent. Hi enim non minime Persicum bellum concitaverant, quare in clausula, quum ceteros exules redire sinerent, Pisistratidas reversione excluserunt.

## 8. NUM THUCYDIDIS GENUS AD PISISTRATIDAS PERTINUERIT, QUAERITUR.

Marcellinus §. 18. ex Hermippo tradit, Thucydidem *ab Pisistratidis tyrannis* originem duxisse, adversus quam quae aliunde de stirpe Thucydidis novimus. Ac quum Didymum, Zopyrum, Philochorum et Demetrium Marcellin. §. 32. scribat testari, Athenienses exulibus reversionem dedisse praeter Pisistratidas, Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 248. hoc loco utendum ratus, ut comprobaretur, cur peculiari Oenobii rogatione ad revocandum Thucydidem opus esset, propterea dicit ita factum esse, quod scriptor Pisistratides fuerit. Marcellini ea de re testimonia putabat firmari per Scholiastam Thuc. 1, 20. *ταῦτα λέγει ὁ συγγραφεὺς ὡς καὶ αὐτὸς ὢν τοῦ γένους τῶν Πεισιστρατιδῶν καὶ διαβάλλει τοὺς περὶ Ἁρμόδιον.* Haec testimonia

9) v. Meier. De Bon. Damn. p. 228. adn. 245.

nihil valere videns Grauert. p. 179. alia via conatus est demonstrare, Thucydidem vel consanguineum vel affinem Pisistratidarum fuisse, usus Plut. Vita Sol. 10. Herodot. 6, 35. et Pherecyde apud Marcellinum §. 3. Qui, si quidquam, certe non probavit, Thucydidem *a Pisistratidis tyrannis* originem traxisse, sed tantum *e Philaidis* eundemque *gentilem Pisistratidarum* fuisse, quanquam ne hoc quidem probavit. Etenim Plutarch. narrat, a Philaeo, Aiacis filio, (a quo Philaeo secundum Herodotum 6, 35. et Pherecydem apud Marcellinum §. 3. etiam Cimon et Thucydides stirpem repetebant,) *pagum* Philaidarum appellatum esse, et in hoc pago Pisistratum fuisse. Iam Grauert. et Krueg. Vit. Thuc. p. 6. statuunt, per Philaidas *gentem* significari, idque Krueg. hinc maxime effici putat, quod teste Plutarcho Vit. Cimon. 4. Philaeus sedem fixerit in Melite[1]) et ad portam Melitidem etiam posteriori aetate sepulchra familiae Cimonis fuerint, quanquam Cimon erat in pago Laciadarum. Num vero his probatur, etiam Pisistratum, origine Nelidam sive Nestoridam, e *gente* Philaidarum fuisse? „Qui fieri potuit, ait ipse Krueg. p. 6 sq., ut Pisistratus gente idem Nelides et Philaides esset? An forte a matre Philaides erat? At a materna cognatione gentes non appellabantur. An cogitandum de adoptione? At nullum eius rei vestigium extat." Itaque ipse improbabile esse fatetur, Philaidas et Pisistratum propinquos fuisse. Etenim etiam pagus Philaidarum erat, quum in inscriptionibus haud paucis[2]) Philaidae commemorentur, ubi de significatione gentis non cogitandum est, et qui nunc appellatur vicus Philiati iudicio Stuarti [3]) veteri pago Philaidarum respondeat. Ceterum etiam gentem Philaidarum fuisse [4]), Krueg. comprobat ex Etym. M. p. 793, 44. s. v. *Φιλαεῖδαι, γένος Ἀθήνησι*, et teste Metrodoro apud Diogen. Laert. 10, 1. Epicurus, pago Gargettius, gente Philaides erat [5]).

Verum ponamus, Thucydidem gentilem fuisse Pisistratidarum, nonne hoc gentili tyrannorum Athenienses usi erant belli duce? nonne ei naves et insulas terrasque custodiendas permiserant? An forte post exilium Thucydidis quidquam evenit, quo Atheniensibus novus Pisistratidarum terror iniiceretur? Si nihil, quid prius duce Athenienses uterentur, postea autem amnestia excluderent? In hac exclusione Pisistratidarum ita tan-

1) In pago Braurone habitasse primum dicitur ab Od. Muellero s. v. Attica ap. Erschium et Grub. p. 221., unde haustum, nescio.

2) apud Boeckh. C. I. Vol. I. p. 152. 157. 347. Kr.

3) Etiam Od. Muell. l. c. p. 221. sic iudicat et situm eius pagi ponit in Hymetto monte in vicinia pagi Brauronis.

4) Qui factum sit, ut gentium et pagorum non ita raro eadem nomina sint, exponit Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 30.

5) Adde Tabul. Genealog. §. 1. huius Vitae nr. 1. Conf. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 211, 13.

tum sana mens inesse putanda est, si Pisistratidae non gentiles, sed tyranni Hippias et Hipparchus ac progenies tyrannorum cogitantur. Itaque Thucydidem necesse est non solum gentilem, sed ex progenie tyrannorum fuisse. Ex qua progenie num eo tempore quisquam superstes fuerit, haud equidem scio. Verum non multum refert, quia non videntur eo usque tempore tyranni illi Atheniensibus terrori fuisse tanto, ut clausula peculiari ab aliis civibus separarent.

## 9. DE ANNO REVERSIONIS THUCYDIDIS.

Thucydides ipse 5, 26.[1]) restitutionis suae temporis notitiam dedit, scribens *καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν.* In exilium Thucydides abisse vulgo putatur Ol. 89, 1., principio anni 423, unde sequeretur, eum revocatum esse Ol. 94, 1., principio anni 403, eodem itaque tempore, quo Thrasybulus occupato Piraeo Triginta Tyrannos impugnavit. Thrasybuli tamen opera scriptorem restitutum esse, minus probabile videtur, quum ille eo tempore aliis rebus studuisse cogitandus sit, quam revocandis exulibus. Neque statim post expugnatas per Lysandrum Athenas i. e. vere anni 404. Thucydidis reversionem factam esse, et supra dixi et hinc patet, quod Thucydides eo tempore nondum annos viginti expleverat, sed tantum undeviginti annos et duos tresve menses. Plin. H. N. 7, 31. *Thucydidem imperatorem,* ait, *Athenienses in exilium egere; rerum conditorem revocavere eloquentiam mirati, cuius virtutem damnaverant.* At Thucydidem scriptorem demum post Archelaum innotuisse, infra videbimus, neque ante vitae auctoris exitum historiam eius publici iuris factam esse. Neque magis credere licet, Thucydidem studio Triginta Tyrannorum Athenas arcessitum esse, ut virum imperio paucorum faventem, unde suam potestatem fortiter fultum iri sperarent, (quae est opinio Kruegeri Vit. Thuc. p. 55., qui addit, in promtu esse suspicari, propter hoc ipsum postea Thucydidem per dolum occisum esse). Haec ratio nullo firmo argumento nititur, si quidem Thucydidem nusquam apparet imperio paucorum favisse, neque ab elato eius patriaeque amanti animo exspectari potuit, ut Triginta Tyrannorum amicus vel esset vel haberetur [2]). Nihil restat, nisi ut Thucydidis reversionem decretam esse statuamus demum post liberatas Athenas. „Sed dicat aliquis, ait Krueg. p. 56., sic in communi criminum abolitione et rerum ante actarum oblivione non peculiari Oenobii psephismate opus fuisse, quemadmodum etiam Callixenum exulem, quo auctore belli duces, apud Arginusas victores, damnati

1) Conf. Plin. H. N. 7, 31.
2) v. omino Kutzen De Pericle p. 137. not. d.

erant, eo tempore ausum esse reverti [3]). At hic fortasse propterea ausus est, quod Thrasybuli partibus operam et studium praestiterat. Quanquam enim rerum ante actarum oblivio universos cives complectebatur, exceptis iis, qui ipsi in numero Triginta Tyrannorum fuerant [4]), tamen valde dubium videtur, num etiam qui proditionis reus esset satis secure tum reverti potuerit. Utut est, cogitare licet, Thucydidi tutius visum esse in patriam reverti demum post reversionem populiscito sancitam." Proinde exilium eius longius fuisse existimandum est et demum post Ol. 94, 2. i. e. post Iunium anni 403. finitum esse. Eo enim mense Euclides Archon magistratum iniit, postquam inter cives Urbis et Piraei convenerat *τοῖς νόμοις τοῖς ἀρχαίοις χρῆσθαι καὶ ἀρχὰς καθισταμένους πολιτεύεσθαι* [5]). Sic vero exilium Thucydidis quinque sex mensibus longius viginti annis exit, si, ut vulgo, statuas, eum Ol. 89, 1. sive principio anni 423. exulasse. At quum scriptor dicat, se *post imperium ad Amphipolim gestum* per viginti annos exulem fuisse, puto eum exacto demum imperio, et proinde fortasse compluribus mensibus serius, quam principio anni 423 in exilium abisse: nam magistratus Attici demum post obita munera *ὑπεύθυνοι* fiebant [6]). Thucydidi autem imperium abrogatum esse, nusquam reperitur.

## 10. DE OBITU THUCYDIDIS.

Pausanias 1, 23, 11. narrat Thucydidem in reditu ab exilio dolo interfectum esse: *ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας· καί οἱ δολοφονηθέντι, ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων.* In Thracia autem interfectum esse memorarunt Cratippus, quem aequalem Thucydidis dicit fuisse Dionys. Hal. p. 847., testis proinde maxime idoneus, apud Marcellinum §. 33. et Plut. Vit. Cimon. 4., qui addit, eum Scaptesulae diem supremum obiisse. Quod Letronn. statuit, Thucydidem Athenas redisse, sed postea rei familiaris curandae causa in Thraciam reversum, et quum iterum Athenas rediturus proficisceretur, interfectum esse, id vetant verba Pausaniae, qui ubi de revocato Thucydide loquitur, continuo addit, interfectum esse *ὡς κατῄει.* Zopyrus apud Marcellin. §. 32., (nisi nomen corruptum est,) post reditum Thucydidem occisum esse dixit, itidemque Didymus: *Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν* [1]). Quae narratio nescio an Marcellino debeatur, qui

3) v. Xenoph. H. Gr. 1, 7, 40.
4) Andocid. De Myst. 90. p. 12. Kr.
5) Xenoph. H. Gr. 2, 4, 42. 43.
6) v. Meier. et Schoem. Der Att. Proz. p. 216 sqq.
1) Conf. Anonym. §. 10. Krueg. p. 60. idem statuit; mirum enim

apud Didymum non legisset nisi verba ἀπὸ φυγῆς i. e. *post exilium*, et falso hoc interpretaretur: *postquam exilio Athenas rediit*. Quippe poterat post exilium occidi et tamen in Thracia, rogatione scilicet perlata, qua in integrum restitueretur. Sed magis etiam ab his abeuntia super caede historici memorantur, siquidem Apollodorus apud Steph. Byz. v. Παρπάρων [2]) eum narravit occisum esse Parparone in Aeolia, quod adversus diserta testimonia aliorum, fide dignorum, in his Cratippi, aequalis Thucydidis, ita cum Pausaniae narratione conciliare studet Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 250., ut dicat, probabile esse, scriptorem in patriam rediturum Asiae oras, ubi res a se descriptae describendaeve magnam partem gestae erant, sibi perlustrandas duxisse. Ita non esse, quod Ciceronem et Plutarchum erroris insimulemus, referentes Thucydidem libros suos in Thracia composuisse. Felicius hanc difficultatem idem in Vit. Thuc. p. 57 sq. expediit: „Heyn. ad Apollod. 1. p. 406. ed. sec., ait, ab Apollodoro alium quam filium Olori significari suspicatur. Tametsi, si Steph. Byz., qui testimonium Apollodori servavit, alium quam scriptorem a se saepe memoratum significare voluisset, credibile est, id cum additamento facto moniturum fuisse. De historico autem si narrata accipias, tam improbabiliter sonant, ut facile animum inducere possis ad credendum, vera esse. Parparon, ait Steph., ab aliis Perine appellabatur. Atqui adversus Lesbum sita erat Perperene sive Perperena [3]). Dubitare vix licet, quin hoc aliud nomen fuerit pro Parparone. Perperenae autem Hellanicus vita excessisse fertur [4]). Quid si confusione facile facta Thucydidem loco Hellanici nominatum esse putemus? Diversa est suspicio Seidleri. In Thracia adversus Thasum, in vicinia proinde Scaptesulae Perne sita erat [5]). Si forte Apollodorus narrasset, ibi Thucydidem diem supremum obiisse, Steph. facile Pernen et Perinen confundendo induci poterat, ut putaret, Thucydidem Parparone obiisse, quem locum ab aliis, (iure nec ne, in medio positum relinquo,) Perinen putaret appellatum esse.“

Omnium autem maxime mirari subit, quod Timaeus et alii [6]) apud Marcellinum §. 33. tradunt, Thucydidem in Italia obiisse. Atqui Timaeus aliquando Athenis vivebat, ubi certe rem qualis

fuisse, si revocatus ab exilio redire Athenas noluisset. Videlicet hoc eum voluisse, Pausanias dicit.

2) Παρπάρων χώρα ἐν Ἀσίᾳ, ἔνθα ἱστοροῦσι Θουκυδίδην ἀποθανεῖν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν δευτέρῳ· τινὲς δὲ Περίνην τοῦτο καλοῦσιν.

3) Strab. 13. p. 121. Tauchn. (p. 904. A. Alm.) Plin. H. N. 5, 31. Suid. in Ἑλλάνικος. Kr.

4) Suid. l. c. ἐτελεύτησεν ἐν Περπερήνῃ κατ᾽ ἀντικρὺ Λέσβου.

5) Steph. Byz. Πέρνη πόλις Θρᾴκης ἀντικρὺ Θάσου. Kr.

6) Hi procul dubio auctore Timaeo. Kr. p. 57.

esset cognoscere ei licuit. „Nec Timaeus, ait Krueg. Vit. Thuc. p. 51 sq., incertae fidei scriptor erat, nisi ubi aut conviciandi libidine a vero abducebatur, aut quaestio obscuritate laborabat.“ Timaeo igitur addit p. 58 sq. notum esse debuisse, utrum historicus ipse Athenis sepultus fuerit, an modo cenotaphium eius in illa urbe extiterit. Et tantum ita ei scribere licuit, Thucydidem in Italia mortuum esse, si ei exploratum erat, cenotaphium Thucydidis Athenis fuisse. Itaque ponit, Thucydidem vere aliquantum temporis Thuriis vixisse[8]), fortasse exulem, quamdiu Scaptesula in potestate Atheniensium fuerit, et cenotaphium eius ibi fuisse, quanquam ibi non mortuus sit. Urbes enim Graecas avidas fuisse gloriae reliquiarum magnorum virorum apud se conditorum, et Thurinis cum quadam specie veritatis fingere licuisse, Thucydidem apud se sepultum esse, cum aliquamdiu apud se vixisset et fortasse ipse Thucydides, cogitans sedem vitae ibi figere, tumulum sibi in illa urbe erigendum curasset. At cenotaphium Thucydidis in Italia statuere, non sinunt verba Marcellini, qui Timaeum refert narrasse, *αὐτὸν* (Thucydidem) *ἐν Ἰταλίᾳ κεῖσθαι.* Denique alio loco (p. 59.) Krueg. ita disputat: „Timaeus se saepe passus est reprehendendi libidine abripi, ut aliis obloqueretur, quanquam hac in re eum erroris arguere lubricum est. Quare licebit suspicari, eum de alio aliquo Thucydide locutum esse, fortasse de filio Milesiae, quem probabile est in exilio obiisse. Hoc leviter probari putes eo, quod Plutarchus alias Timaei uti solitus testimoniis, Thucydidem dicit Scaptesulae mortuum esse, non memorans rem a Timaeo memoriae proditam.“ At Thucydides, Milesiae filius, non in exilio obiit, sed paulo post illud rediisse videtur et dux fuisse in bello ab Atheniensibus contra Samios gesto[9]). Mihi quidem persuasum est, nec Thucydidem in Italia vita excessisse, nec Timaeum id dixisse, sed Grammaticos id falso ex Timaeo retulisse, qui de Herodoto vel alio quocunque scriptore narrasset, quod de Thucydide eum narrasse fecerunt, res Herodoti, ut fieri solet, in Thucydidem transferentes.

Certe Pausaniae narratio firmatur iis, quae Marcellin. §. 31. habet: *οἱ μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖ λέγουσιν ἀποθανεῖν, ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν· καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς· ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι· τοῦ κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ* (mortis extra patriam) *τετελευ-*

7) Plut. de Exil. 14. Polyb. 12, 27, 6.
8) Conf. Didot. Vol. I. Praef. p. LXVIII. adn. 2. Dahlm. Herodot. p. 215. Gött. Gel. Anz. 1822. 2. p. 1047.
9) v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 63. Od. Muell. Vit. Phidiae p. 32. not. k. p. 35. adn.

τηκότων καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων [10]). Sic μνῆμα Thucydidis apud Pausaniam κενοτάφιον fuisse existimandum sit cum Marcellino h. l. et §. 55. Et tamen fieri potuit, ut ossa eius ab amicis et sociis itineris in Atticam transportarentur et in sepulchro familiae conderentur, quae est opinio Anonymi Vit. Thuc. scriptoris §. 10. et Verbis disertis testantur Plut. V. Cim. 4., qui et ipse Athenis fuit, et Antyllus ap. Marcellin. §. 55., quanquam hic falso addit, clam eo scriptoris ossa deportata esse, quia non licuisset eum palam sepeliri ut proditionis causa in exilium actum. Atqui scimus, eum legitima rogatione revocatum. Quod si ita est, μνῆμα Thucydidis apud Pausaniam usitatiori sensu accipiendum est, secus ac μνῆμα κενὸν Euripidis apud eundem 1, 2, 2.

Contra illud ἴκριον Krueg. Vit. Thuc. p. 58. dubitationem movet propterea, quod a Marcellino additum sit, signum fuisse cenotaphii in terra Attica usu receptum et mortis extra patriam in exilio. „Nam, ait, in exilio Thucydidem obiisse credere non licet, cum ipse dicat, se per viginti annos exulem fuisse. Ita apertum est eum non loqui potuisse nisi ab exilio iam revocatum. Quod ita factum esse testantur Zopyrus, Plinius, Pausanias.“ At ἴκριον equidem puto usitatum fuisse de iis qui in itinere maritimo obiissent, id quod in Thucydidem cadit, quem Pausanias narrat interiisse, ὡς κατῄει. Ipsa Marcellini narratio probanda est, at interpretatio signi ab eo facta improbanda.

Ceterum omnes fere scriptores, qui de obitu Thucydidis mentionem iniiciunt, in hoc conspirant, ut dicant eum violenta morte periise [11]). Morbo eum obiisse unus dicit Anonym. §. 9. et simile quid legitur apud Marcellinum §. 44.

## 11. DE SEPULCHRO THUCYDIDIS.

Sepulchrum Thucydidis Athenis spectabant Pausanias (1, 23, 11.) et Plut. V. Cim. 4. inter sepulchra familiae Cimonis [1]) apud portam Melitidem. Marcellinus et Anonymus memorant, haec sepulchra fuisse in Coele, quod non propterea cum Kruegero p. 69. reiecerim, quia improbabile sit, Cimonis familiae sepulchra fuisse in alieno pago, et non potius in pago Laciadarum, qui erat pagus Miltiadis et Cimonis [2]). Nam si in suo quemque pago sepeliri oportebat, quid erat, cur non et ipse Thucydides in suo sepeliretur, Halimusio? Et tamen dicitur in

10) v. adnot. ad h. l.
11) Zopyrus et Didymus apud Marcellinum §. 32. Plut. V. Cim. 4. Pausan. 1, 23, 11.
1) Adde Marcellinum §. 17. 55. Anonym. §. 10. Plutarchus addit, Thucydidem sepultum fuisse iuxta Elpinicen, Cimonis sororem.
2) Plut. V. Cim. 4. Pausan. 1, 37, 1.

sepulchris Cimonis humatus fuisse [3]. „Quippe demi, ait Od. Muell. s. v. Attica ap. Ersch. et Grub. Vol. 6. p. 227., non erant communia seclusa et accurate separata: si ita fuisset, non Miltiadem Philaidam reperiremus inter Laciadas, non Epicurum item Philaidam in pago Gargettio fuisse, quum etiam pagus Philaidae esset; et Socrates ut gente, ita demo Daedalides esse deberet, non Alopecensis.“ Itaque ne in pago quidem quemque suo sepulchra habere lex erat. Imo Marcellini et Anonymi narrationes de Coele ideo improbaverim, quod auctor haud paulo locupletior Herodotus 6, 103. Cimonem Coalemum [4], Miltiadis II. patrem dicit sepultum esse *πρὸ τοῦ ἄστεος Πέρην τῆς Διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ.* Quem errorem Marcellini et Anonymi Krueg. p. 69. et ipse arguit. Melite, pars urbis, spectans inter septentriones et orientem Ceramico contermina erat [5], et forum attingebat [6]. Forum autem pars Ceramici [7]. Ex Melite, parte urbis, via patebat per portam Melitidem, sed non in Coelen, quae est opinio Od. Muelleri s. v. Attica p. 126. 241. Sic enim sepulchra Cimonia, quae iacebant ante portam Melitidem, non *trans*, sed *ad* viam *Διὰ Κοίλης* appellatam iacuisse statuendum esset contra testimonium Herodoti. Imo portam Melitidem in Ceramicum duxisse patet ex Aelian. V. H. 12, 40., qui eadem sepulchra Cimonia, de quibus Herodot., Plutarch., Marcellin. et Anonym., in Ceramico ponit. Unde apparet, Coelen fuisse ab austro portae Melitidis. Herodotus enim propter verbum *πέρην* et seriem orationis cogitandus est, quum haec scribebat, ita in Urbe mente positus fuisse, ut inter ipsum et Ceramicum portamque Melitidem via *Διὰ Κοίλης* appellata pateret. Quod si admittamus, omnes scriptores, qui sepulchra Cimonia memorant, praeter Marcellinum et Anonymum Herodoti locum minus accurate interpretatos, inter se concinent.

## 12. UBI ET QUANDO THUCYDIDES HISTORIAM CONSCRIPSERIT, QUAERITUR.

### A.
### UTRUM THUCYDIDES HISTORIAM IN EXILIO AN ATHENIS CONSCRIPSERIT.

Plut. De Exil. 14. et Marcellin. §. 25. 47. scribunt, Thucydidem historiam Scaptesulae in Thracia composuisse. Ciceronis

3) Hoc errore abductus Krueg. p. 69. (conf. p. 86. 95.) portam viamque sacram, ad quas pagus Laciadarum situs erat, admovet ad portam Melitidem, cum ex Plut. V. Syll. 14. constet, portam sacram, per quam via sacra Eleusinem ducebat, prope portam Piraicam fuisse.

4) Plut. V. Cim. 19. sepulchra Cimonis ab Cimone iuniore, Miltiadis II. filio appellata esse dixit. Sed nihil refert.

5) v. Demosth. c. Conon. p. 1258, 20. Reisk.

6) Plat. Parmenid. init.

7) Krueg. Vit. Thuc. p. 87.

de Orat. 2, 13. haec verba sunt: *hos libros tum scripsisse dicitur, quum a republica remotus, atque id, quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus est.* Thucydidem in exilio historiam composuisse patet etiam ex Plin. H. N. 7, 31. Denique Libanius Epist. 1078. p. 513. Chr. Wolf. scribit: *τούτοις* (Demostheni et Platoni) *οὖν διαλέγου καὶ τὸν πόλεμον, ὃν ὑπέσχου, σύγγραφε, καί σου τὰ παρόντα οὐχ ἅψεται, βλέποντος εἰς ἆθλον οὕτω μέγαν. Τοῦτο καὶ Θουκυδίδῃ τὴν φυγὴν ἐποίησεν ἐλαφράν.* Contra haec aliquis afferat, exilium demum anno belli octavo incepisse, Thucydidem autem ipsum prooemii cap. 1. profiteri, se *ἄρξασθαι ξυγγράψαι πολέμου εὐθὺς καθισταμένου.* „At recte, ait Popp. 1. Commentt. p. 17., cum Scholiasta Thucydidis 1, 13. distinguas *τὴν λέξιν τῆς ἱστορίας* ab ipso argumento. Thucydides quamvis multo serius libros suos digereret et expoliret, tamen ut statim ineunte bello commentarios faceret, necesse erat."

Verum Thucydidem in exilio historiam conscripsisse, neget aliquis etiam propter ea, quae Krueg. Vit. Thuc. p. 60. protulit, colligens Thucydidem in patriam rediisse ex 1, 93., ubi auctor de muro Piraei loquens, *ᾠκοδόμησαν*, ait, *τῇ ἐκείνου (Θεμιστοκλέους) γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ.* „Vix, ait, his verbis scriptor usus sit, nisi ipse fundamenta diruti muri spectasset." Quidni? nonne Thucydides, ut tot alia, hoc ab aliis nescire potuit, et ita loqui, ut qui speraret, se mox ipsum illa diruta opera visurum? Ex verbis quoque 5, 26. *καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι* Krueg. colligit, Thucydidem eo tempore, quo haec scribebat, non iam extra patriam fuisse; convertit enim: dass ich ausserhalb meines Vaterlandes gelebt habe. Non enim aliter converti licere, quia probabile sit, eum non vere exilii damnatum esse; ita tantum, si exilii damnatus fuisset, verbum *φεύγειν* accipere licere de Thucydide revocato, sed non reverso. At *φεύγειν* mihi videtur non significare *extra patriam vivere,* sed *in exilio esse,* sive quis exilii damnatus fuerit, sive in voluntarium exilium abierit.

Quod autem gravissimum opponatur sententiae de opere in exilio conscripto, Scaptesulae Thucydidem neges propter Athenienses vivere potuisse. Marcellin., qui §. 24.[1]) Thucydidem confundens cum Milesiae filio exulem in Aeginam traiicere facit, §. 25. 46. narrat, eum Aegina in Thraciam profectum Scaptesulae degisse. Porro alii eum Scaptesulae historiam composuisse, diemque supremum obiisse consentiunt. Perpetuo igitur ibi eum vixisse statuunt. At Scaptesula eo tempore in potestate Athe-

1) Conf. Anonym. §. 7. *φεύγων δὲ, ἐν Αἰγίνῃ διέτριβε, κἀκεῖ λέγεται τὰς ἱστορίας αὐτὸν συντάξασθαι.*

niensium erat, sicut Thasus insula ex adverso iacens. Thuc. quidem 4, 108. refert, post captam per Brasidam Amphipolim socios valde inclinasse ad defectionem et eo consilio cum Brasida transegisse, idem narrat 4, 107., Myrcinum, Galepsum atque Oesymen Brasidae se subiecisse, sed de Scaptesula nihil eiusmodi. Minime igitur probabile est, Thucydidem aut possessionem metallorum suorum Thasiorum servasse [2]), aut secure in his regionibus commorari potuisse; minime igitur Scaptesulae Thucydidem exulem egisse aliquis existimet [3]). Defecit quidem Thasus ab Atheniensibus Ol. 92, 1. (412.) [4]). Tum probabile est, etiam Scaptesulam, locum antiquae Thasiorum ditionis, una defecisse, siquidem etiam serius ora Thaso opposita continentis communem cum insula sortem nacta est. Ex eo inde tempore Thasus et adiacens ora continentis Harmostae Spartano parebat, quo intervallo Thucydidem usum Scaptesulae egisse credibile est. At post pugnam ad Cyzicum, in qua Spartani Ol. 92, 3. (410.) victi sunt, Harmosta Spartanorum eiecto rursus haud scio in quam longum tempus insula in Atheniensium potestate fuit [5]). De posterioribus temporibus historici tacent: acquiescemus ergo in testimoniis veterum, qui Scaptesulae Thucydidem et egisse, partimque ibi mortuum esse narrarunt [6]). Certe in exilio historiam conscripsit, id quod fama vulgo invaluisse, et Cicero significat, et constat ex iis, quae Pausaniae auctoritate in loco de obitu Thucydidis dixi.

## B.

## NUM THUCYDIDES HISTORIAM CONSCRIPSERIT BELLO FINITO, AN DUM BELLUM GEREBATUR, QUAERITUR.

Si audias Dionysium Halicarnassensem p. 867. per totos viginti septem belli annos in illis octo libris, quos solos reliquit, immutandis elaboravit, sursum deorsum volutans singulas elocutionis particulas limavit. Statuit igitur, historicum continuo post rerum eventus descriptionem eorum aggressum esse, statueruntque etiam alii, qui contenderent, prooemium, ut in quo res memorentur, quae inter bellum evenerunt et ipse finis belli, post totum opus adiectum esse [7]). Alii verbis Thucydidis usi sunt,

2) Quae est opinio Meieri De Bon. Damn. p. 179. et quodammodo confirmat Marcellin. §. 19 sqq.
3) Krueg. Vit. Thuc. p. 47. 48.
4) Thuc. 8, 64.
5) V. Mans. Spart. 2. p. 306. not. f.
6) Boeckh. C. I. Vol. I. p. 219. a. pariter ex ipso exilio Thucydidis colligere paratus est, Scaptesulam ea aetate non iam in Atheniensium ditione fuisse.
7) v. Anonym. Vit. Thuc. §. 8.

quibus profitetur, se ἄρξασθαι ξυγγράψαι πολέμου εὐθὺς καθισταμένου. Verba autem ista ne hoc quidem comprobant, auctorem exulem bellum, dum gerebatur, conscripsisse et descriptionem eventuum statim post eventus perfectam esse. „Rerum investigatio, ait Krueg. Vit. Thuc. p. 70., primum historici negotium esse debebat. Res colligebat in futurum usum, ut sensit etiam Marcellinus §. 47., et sic scriptor vere dicere poterat, se bellum statim ineunte bello conscribere coepisse. Neque fieri potest, ut aliter dixerit. Prius enim quam discrimen certaminis aderat, ac totum mente comprehendi poterat, certe descriptionem eius aggredi nolebat. Accedit, quod historicus finito demum bello rerum pervestigationem per partes quidem absolvere et emendatam proponere poterat. Lucianus, qui in componendo de arte historica libello Thucydidem ubique ante oculos habebat, suadet §. 47 sq., ut demum rebus omnibus vel maxima saltem parte earum indagata scriptor deinceps res oratione ornata componat, digerat atque ex artis praeceptis expoliat. Ita Thucydidem quoque egisse, auctor est Marcellin. §. 47., nisi quod rerum exornatam elaborationem non ultra exilium auctoris extendit.“ Ac demum post finem belli opus conscriptum et in eum cultum, quo nunc habemus, expolitum esse, Krueg. p. 71. ex his locis colligit: In prooemio (c. 13. 18.) finis belli memoratur. At, dixerit aliquis, auctor prooemium post opus absolutum adiecit. Argumento aliquis utatur aoristis ξυνέγραψα — προέγραψα (1, 1. 23.), quum auctor, si prooemium prius scripsisset, dicere deberet ξυγγράψω — προγράψω. At non aliter c. 22. οὕτως εἴρηται et 5, 26. γέγραφε legitur [8]). Non aliter Thucydides in medio conspectu rerum πεντηκονταετίας [9]) scripsit: ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε etc. Eodem pertinet formula in fine anni cuiusque repetita: ὃν Θουκ. ἔγραψε.

At Thucydidem cogitet aliquis prooemium post elaboratos septem priores libros scripsisse, hos autem iam in Thracia elaborasse. Hoc quoque difficultatibus laborare, Krueg. p. 72. docet: non enim cogitari licere, Thucydidem de Pisistratidis tam prolixe locuturum fuisse, si iam digressionem, quae est de illis

8) Conf. Popp. 1, 1. p. 28. 157., ubi Aoristus, ait, non significat, absoluta demum historia prooemium scriptum esse, nam ita omnino non extaret, quum illa nunquam ad finem perducta sit, sed ut perfectum in epistolis latinorum eos respicit, qui libros suos lecturi sunt. Adde eundem 1. Commentt. p. 15. Krueg. p. 71. adn. 4.

9) Thuc. 1, 97., ubi Schol. adnotavit: οὐχ ὅτι ἤδη ἔγραψεν, ἀλλ' ὅτι ὅμως γέγραπται, εἰ καὶ μήπω εἴρηται i. e. nicht als ob es schon im Vorhergehenden dargestellt worden, sondern weil es der Leser jetzt, indem er liest, vor sich hat, wiewohl es zur Zeit, da der Schriftsteller dieses ἔγραψα schreibt, noch nicht gesagt ist. Conf. Popp. 1. Commentt. p. 503.

in sexto libro, scriptam praemisisset. Porro muros Athenarum deiectos iam 1, 93. commemorat. Rursus dixerit aliquis, primum librum, qui non est nisi prooemium totius operis[10]), conscriptum esse post sex, qui sequuntur, libros absolutos. Verum hi, qui deinceps sequuntur libri tales locos continent, quibus cogamur, elaboratos hos et ipsos post finitum bellum ponere, velut 2, 13. τοῦ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, quibus verbis indicatur, murum non amplius erectum stetisse, quum auctor haec scribebat. Deinde 2, 65., ubi Periclis ingenium describit, statim comparandi causa de consiliis et Actionibus posterioris aetatis demagogorum, de clade Siciliensi, de belli decursu, de auxilio per Cyrum Spartanis praestito, denique de expugnatis Athenis loquitur. Atque 5, 20. 26. multis verbis meminit finis belli. „Constat igitur, ait Krueg., historicum ὑπομνήματα rerum gestarum habuisse, fortasse etiam singula, ut multas ora tiones, iam prius elaborasse, totum autem opus demum post bellum componere ita aggressum esse, ut a primo libro initium faceret.“

## C.
## QUAMDIU AUCTOR VITAM ULTRA BELLUM PELOPONNESIACUM PRODUXERIT, QUAERITUR.

Ad hanc quaestionem iam supra in loco de obitu Thucydidis responsum est: hic perquiramus vestigia, ad hanc quaestionem ducentia, si quae forte in ipso eius opere lateant. Popponis 1, 1. p. 28. sententia est, scriptorem multis annis post exitum belli in vivis fuisse. Quin Dodw. putat, apud Marcellinum §. 34. legendum esse π' (i. e. octoginta) pro πεντήκοντα in verbis παύσασθαι (Thucydidem) τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη. Sic vero cum Grauerto quaeras, cur Lucian. de longaev. 22. non Thucydidem quoque, sicut Hellanicum, in longaevis enumeraverit. Certe annum 396 non fieri potest ut Thucydides attigerit, nam 3, 116. in enumerandis Aetnae eruptionibus illam non enumerat, quae auctore Diod. 14, 59. et Orosio 2, 18. evenit Ol. 96, 1. (396.), et tamen dicit, tres *priores* eruptiones a se numeratas evenisse, ex quo Graeci in Sicilia habitaverint, neque ullam aliam praeter illas. Porro si historicus Olympiadibus tribus, (quae est Dodwelli opinio,) bello superstes fuisset, verisimile est, eum historiam ad finem perducturum fuisse. „Ita enim, Krueg. Vit. Thuc. p. 66. ait, non credibile est Thucydidem in elimando opere desudasse, ut Isocrates in Panegyrico, atque etiam improbabilius est, eum sponte sua opus mancum et imperfectum reliquisse, imo in eo perficiendo

10) v. Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 33.

morte interceptus est." Ita sentit etiam Letronn. s. v. Xenophon (in Biogr. Univers. de Michaud), addens, si, ut Dodw. vult, Thucydides a. 391 obiisset, quo tempore Xenophon Scillunte in Elide versabatur, non explicari posse, qui factum sit, ut unus Xenophon historiam Thucydidis cognitam haberet, utque occulte in manus eius veniret. „Thucydidi, ait, post reversionem ab exilio satis otii fuisset ad opus ita perficiendum et divulgandum, ut non deleri posset aut a quoquam tanquam suum vindicari. Conficta enim a Dodwello res est, ad Xenophontem librum Thucydidis ab uxore et liberis perlatum esse, quum ad eum Scilluntem redirent. Prorsus abiicienda esset Diogenis Laertii de Xenophonte, Thucydidis, historiae editore, narratio, si Thucydides demum anno 391 mortuus esset; sin hoc falsum est, narratio illa Diogenis Laertii bene coit cum morte Thucydidis non multo post expugnatas per Lysandrum Athenas consecuta."

Adde quod probari potest, Thucydidem ne annum quidem 400 vita attigisse. Marcellinus enim §. 30. ex Praxiphane, qui de Acropoli scripsit, refert, Thucydidem demum post Archelai, Perdiccae filii, Macedoniae regis, cuius et ipse scriptor 2, 100. mentionem facit, obitum in ora hominum venisse. Ille rex diem supremum obiit Ol. 95, 1. (400.) [11]. Cum hoc coniungenda est alia narratio, quod demum Xenophon post mortem auctoris opus publici iuris fecit, teste Diogene Laertio 2, 59. λέγεται δὲ ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα ὑφελέσθαι δυνάμενος αὐτὸς (Ξενοφῶν) εἰς δόξαν ἤγαγεν. Probabile est, Xenophontis in manus historiam Thucydidis anno 402 venisse, quo tempore Xenophon usque Athenis versabatur, neque dum ad Cyri exercitum profectus erat, id quod factum est versus a. 400. Hanc traditionem Krueg. quoque Vit. Thuc. p. 81. pro vera habet propter artum nexum, quo historia Graeca Xenophontis cum Thucydideo opere iuncta est. „Quodsi, ait, Xenophon historiam Thucydidis a se editam videri voluit, consentaneum est, ut magis perfectionem operis, quam diversitatem auctorum respiciens opus continuo ibi continuaret, ubi a Thucydide inveniebat desitum esse, non magis hic quam in ullo alio operum suorum auctorem se profitens. Quin etiam fortasse hoc ipso consilio, ut opus continuaretur, heredes Thucydidis Xenophonti id tradiderunt [12]. Probabile est, hoc paulo post mortem auctoris

11) Diod. 14, 37. coll. Boeckhio C. I. 2. p. 341.

12) „Rien n'empêche de croire que l'ouvrage de Thucydides, non terminé, lui fut confié par l'auteur lui même, en mourant, ou par ses héritiers. Ainsi le dire de Diogène de Laërte, loin d'être invraisemblable, se coordonne au contraire parfaitement avec les circonstances de la vie des deux historiens et avec l'état d'imperfection où était restée l'histoire de la guerre du Peloponnèse. Il n'y a donc plus aucun motif

evenisse, et quum Xenophon usque Athenis erat, unde statim hoc explicatur, qui factum sit, ut opus Thucydidis aliquamdiu occultum lateret. Etenim paulo post Xenophon, et proinde prius quam consilium opus absolvendi et explendi exsequi poterat, in Asiam profectus est, unde demum tempore pugnae ad Coroneam pugnatae in Graeciam reversus est. Ita liqueret, eum demum post illam pugnam, quum iam Scillunte ageret [13]), opus Thucydidis edidisse, fortasse una cum duobus prioribus libris suis Historiae Graecae. Hos enim aliquanto prius conscriptos esse, quam ceteros eius operis libros, postrema verba libri secundi indicant [14]). Ad horum operum coniunctionem credibile est, Xenophontem tanto libentius animum induxisse, si cum opere Thucydidis etiam ὑπομνήματα eius accepisset, quae auctor ipse ad continuandum opus paraverat."

Sin minus placet, Xenophontem opus Thucydidis una cum Historia Graeca edidisse, hoc certe poni potest, editum esse ab eo intra annum 403 et annum 400, quo ad exercitum Cyri profectus est, quae est sententia Letronnii. Cum utraque ratione convenit, quod Praxiphanes Thucydidem scripserat demum post Archelai obitum claruisse. Certe hoc exploratum est, Thucydidem ante Ol. 95, 1. (400.) obiisse. Locum enim, quo Thucydides Archelai mentionem iniicit, non significare regnum huius regis iam transactum, Krueg. Vit. Thuc. p. 63. docuit. „Octo qui supersunt libros, ait p. 68., percommode in decursu unius anni [intra Athenas expugnatas per Lysandrum et liberatas per Thrasybulum] ei elaborare licuit, materia iam, ut videtur maximam partem parata et diligenter perpensa. Quare ponere licet, opus a Thucydide vel versus finem Ol. 94., vel circa mediam hanc Olympiadem (40½) perfectum esse [15]). Denique auctorem paulo post finitum bellum morte oppressum esse, etiam eo firmatur, quod nusquam quaequam res posterior belli fine memoratur, quanquam subinde opportunitas aderat, e rebus, quae serius

d'enlever à Xenophon l'honneur d'avoir été le premier éditeur de Thucydides." Letr.

13) i. e. anno 391.

14) Conf. adnot. ad Marcellin. §. 45.

15) „Si l'on rapproche maintenant ce fait incontestable des paroles de Thucydides dans le cinquième livre, qu'il a écrit l'histoire de la guerre du Peloponnèse jusqu' à la prise d'Athènes dans une durée de vingt-sept ans (5, 26.), on sera naturellement conduit à dire, que Thucydides, revenu de l'exil en 403, après l'expiration de la 27e année de la guerre, continua de rédiger son histoire, dont tous les matériaux avaient été rassemblés et la rédaction commencée pendant les vingt années de son banissement: de plus, que cette redaction était déjà fort avancée lorsqu'il a écrit ces paroles. Dès lors l'auteur, marchant avec confiance au but, et se croyant sûr de l'atteindre, puisque l'achèvement de l'ouvrage ne pouvait lui demander plus d'un an ou deux, a dû s'exprimer comme il l'a fait." Letr.

acciderent, aliquam memorandi [16]). Itaque postremus aetate eventus omnium, quos Thucydidis historia continet, Athenae sunt per Lysandrum captae Ol. 93, 4. (404.)

## 13. DE OCTAVO LIBRO THUCYDIDIS.

Hinc facile colligitur, verissimam videri rationem eorum, qui Thucydidem in scribendo et continuando opere morte interceptum esse statuunt, ut Popp. 1, 1. p. 29. Sese enim voluisse narrationem usque ad finem belli exsequi, ipse scriptor testatur 5, 26. et alibi. Ultimum librum Thucydidis esse, vix iam a quoquam dubitatur [1]). Fuerunt tamen inter veteres, sed illi, ut videtur, Dionysio Hal. posteriores [2]), qui Thucydidis octavum librum esse negarent. Horum alii filiam eius auctorem esse dicebant, alii Xenophontem, alii Theopompum [3]). Hos duos posteriores propterea, ut videtur, nominaverunt, quia cognitum erat, eos opus Thucydidis continuasse. De Xenophonte inprimis ut cogitarent, eo factum esse apparet, quia historia eius Graeca ipsi Thucydideae historiae annectitur per formulam *μετὰ ταῦτα*. Nullo autem idoneò argumento aut Xenophonti aut Theopompo aut filiae Thucydidis octavum librum tribui, abunde comprobaverunt Popp. 2, 1. p. 7 sqq. et Krueg. Vit. Thuc. p. 74 sq.

Thucydidem auctorem octavi libri esse, certe externis argumentis comprobatur èt quidem veterrimo testimonio ipsius auctoris, qui bis (8, 6. 60.) se auctorem libri nominat. Quanquam, quum filia, quae debet cogitari materiam a patre collatam modo ex mente eius et cum orationis eius imitatione elaborare et digerere voluisse, putaverit, ut videtur, etiam patris nomen illis duobus locis ponendum esse, minus huic quidem argumento Krueg. tribuit. At Cratippus, aequalis et continuator Thucydidis, dixisse fertur, Thucydidem *nullas in posterioribus operis sui partibus orationes inseruisse* [4]). Unde Cratippum quoque apparet octavum librum Thucydidi tribuisse. „Accedit, ait Popp. 2, 1. p. 8., quod et in omnibus Thucydidis codicibus (praeter eos, qui ut H. et Vind., iam prius desinunt,) octavus liber legitur, et a multis veteribus scriptoribus sub nomine Thucydidis sine ulla dubitationis nota quum universe tum ob verba quaedam singula citatur.

Fuerunt, qui diversitatem octavi libri, quem tum ob alia tum ob defectum orationum imperfectiorem esse credebant, hinc

16) velut 5, 50. 8, 8. 80. Vid. Krueg. Vit. Thuc. p. 68 sq.

1) v. Nieb. Kl. Schr. Vol. 1. p. 469 sq. Fr. Schleg. Gesch. d. a. u. n. Literat. Vol. 1. p. 46 sq. coll. Thucydide 8, 45. 46. 76. et 27. 48. al. Popp. 2, 1. p. 9. Adde Popp. 2, 1. p. 7. Cap. I. Krueg. Commentt. Thuc. cap. I.

2) Vid. Krueg. Vit. Thuc. p. 74.

3) Marcellin. §. 43 sqq.

4) Dionys. Hal. p. 847.

repeterent, quod morbus vires auctoris debilitasset, qui morbus postremo mortem historici attulisset [5]). Quos Krueg. animadvertit non reputasse, uno fere omnes veteres ore Thucydidem violenta morte periisse testari. Alii veterum dicebant octavum librum Thucydidis quidem esse, sed illum modo inchoatum, opimum rebus leviter adumbratis, sed nullo artificio factis et elaboratis [6]). Unde aliquis colligat, historicum consilium operis retractandi habuisse. Contra hanc opinionem Krueg. protulit, quod historicus in octavo libro non secus atque in superioribus historiae partibus in fine uniuscuiusque anni repetita formula utitur: ἑνὸς δέον εἰκυστὸν (et εἰκοστὸν) ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τόδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε. Quid hoc adderet, quaerit Krueg. p. 76., in praeparatione operis? Accedit testimonium Cratippi, quem apparet octavum quoque librum ut opus in usum publicum paratum designare. Neque octavi libri aut omnis oratio minus expolita, aut narratio minus diligens est [7]). „Eadem, ait Popp. 2, 1. p. 9 sq., in octavo libro ars cernitur. Idem ubique virtutis amor et sensus a partium studio remotissimus, eadem accuratio in factis comprobandis, (unde etiam foederum formulae adduntur, ut libro 5.), eadem mythornm et inutilium digressionum evitatio. Eadem etiam ars in causis rerum indagandis et ingenio ac moribus celeberrimorum virorum depingendis, (e quibus maxime eminet Alcibiades), eadem diligentia in commemoratione locorum, ubi pugnatur. Item eadem series narrationis, eadem simplex descriptio secundum aestates et hiemes cum solenni formula, idem scriptoris sensus elucet, et eadem, quae in antecedentibus libris, de iisdem rebus feruntur iudicia. Etiam in rebus ipsis aliquoties ad ea, quae in prioribus libris explicata sunt, aperte respicitur. Tum vero etiam sermo Thucydidi consentaneus, sive formam eius omnino, sive singula verba verborumque consociationes spectamus.“

Non facile critici iudicassent, librum octavum ceteris imperfectiorem esse, nisi orationes deessent, quarum defectum operis huius extremi vitium esse existimabant. Cratippus quidem apud Dionysium Hal. p. 847. ideo orationes ab hoc libro abesse putavit, quod partes rhetoricae operis Thucydidei non solum narrationi rerum officiant, sed etiam audientibus molestiam pariant. Quod quum intellexisset, historicum in extrema parte operis orationes omisisse. Haec merito reiiciens Krueg. Vit. Thuc. p. 78. [8]) monstravit, historicum pro eo, quod de orationibus historiae intermisceri solitis sentiebat, in octavo libro nullas adhibere potuisse, „quia consilium, propter quod orationes

5) Marcellin. §. 44. Anonym. §. 9.
6) Marcellin. l. c.
7) v. Krueg. Commentt. Thucyd. p. 253 sq.
8) Conf. Krueg. Comm. Thuc. p. 257 sqq.

in historiam recepit, iam illis assequutus erat, quas in superioribus libris praemiserat, idque etiam cum respectu ad hunc librum, et quia in eventibus rerum, quae in octavo libro narrantur, vere nullae orationes habitae sunt satis graves ac dignae, quae in historiam admitterentur, descriptis praeterea iam ingeniis et moribus populorum belligerentium, statu civitatum et inter se rationibus. Neque de viris, qui in libro octavo prodeunt, praeter Alcibiadem iam superius descriptum quisquam fuit eximie memorabilis: " magis praeterea clandestinis machinationibus, quam eloquentia publice forum moderante Phrynichus, Pisander, Antiphon vires ingenii exserebant. Quare iam septimo libro numerus et ambitus orationum valde exiguus, et aliquae earum habendarum occasiones praetermissae sunt [9]). Adde quod nonnullorum belli extremi oratorum, velut Antiphontis, orationes alia via in publicas manus venisse videntur, et turbata libertate comitiorum [10]) oratoribus non iam impune erat loqui, ut vellent. Quid igitur Thucydides eos viros publice dicentes induceret, quos ex praescripto *ἑταίρων* loqui oportebat, minime licebat ex animi sententia [11]).

Nihilominus postremam partem historiae Thucydidis minus, quam superiores libros, elimatam esse et consentaneum est propter subitam auctoris mortem, et ab aliis accuratius demonstratum [12]). Verum non mera *ὑπομνήματα* octavo libro contineri, Kruegero hinc quoque apparere videtur, quod non etiam de reliquis annis belli commentarii, quantumvis manci et imperfecti supersint. Sed hi fortasse Xenophonti traditi sunt, quos tamen minus ad divulgandum paratos fuisse, facile intelligitur. Qui enim is, qui opus Thucydidis, quale habemus, digessisse cogitandus est, hoc ipso loco, quo rumpitur, filum rumperet? Postquam enim historicus narravit, Tissaphernem post pugnam ad Cynossema consilium cepisse, cum Peloponnesiis in gratiam redeundi, nihil addit nisi haec verba nihil ad illud consilium pertinentia: *καὶ ἀφικόμενος ἐς Ἔφεσον θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι.* „Neminem, ait Krueg., non prorsus insipientem instructorem et conditorem operis hoc fugere poterat, isque vel pugna ad Cynossema vel serius Alcibiadis apud Cyzicum victoria desinere debebat. Quae ab auctore de hac pugna relicta essent quantumvis rudia atque inchoata, ea tamen facile erat in eius-

9) Popp. 2, 1. p. 9.
10) Thuc. 8, 66.
11) Thuc. l. c. *Καὶ οἱ λέγοντες ἐκ πάντων (τῶν ξυνεστώτων) ἦσαν, καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς (τοῖς ξυνεστῶσι) προὔσκεπτο.* lege turbulentam militum concionem 8, 76. 93., in qua nullam iustam orationem haberi licuisse in aperto est. Libertate amissa Trogus *in Livio et Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint.* Iustin. 38, 3.
12) V. Krueg. Vit. Thuc. p. 79. Popp. 1, 1. p. 30.

modi narrationem conformare, ut legi possent. Haec difficultas removetur, si sumas, editori operis religioni fuisse communicare, quidquid ab ipso auctore paratum ad divulgandum invenisset."

Suspicetur denique aliquis, historiam ab auctore perfectam, et quae post librum octavum sequebantur, deperdita esse, contra quam opinionem Letronn. ita disputat: „Thucydides, viginti annis exilii in colligenda materia consumtis profitetur 5, 26., se historiae belli Pelop. scriptionem continuasse usque ad captas Athenas per viginti septem annos. At tempus perfectum γέγραφε, quo utitur libro primo et 4, 20. et alibi, non comprobat, eum opus absolvisse. Si te ponas loco scriptoris, in otio opus iam satis provectum componentis, intelliges, tempus illud verbi non posse referri nisi ad unum consilium opus perficiendi, quod Thucydides ceperat, quum haec scribebat, et ad spem, brevi longum laborem terminatum iri, quam animo conceperat. Loquebatur de libro, in quo perficiendo versabatur, ut iam perfecto. Hic locus scriptus est post annum belli septimum et vicesimum, quum Thucydides ardore profligandi operis abreptus se sentiebat in eo esse, ut metam attingeret. Atqui spe deceptus (verum est) nunquam historiam absolvit, quia octavum eundemque ultimum librum constat anno belli uno et vicesimo desinere i. e. anno 411. At dixerit aliquis, eum librum fortasse alios secutos esse complures. Hoc improbandum propter omnia, quae certo cognovimus. Taceo veteres, qui octavum librum deteriorem putarent praecedentibus, taceo doctiores criticorum recentiorum, qui hunc librum putant imperfectiorem esse, quem auctori non licuerit per tempus tanto quasi succo et sanguine perfundere quam reliqua operis, unde patet, tantum abfuisse, ut coeptum opus terminaret, ut ne tempus quidem ei esset ad hunc octavum librum terminandum. A Thucydide historiam non ultra unum et vicesimum belli annum productum esse[13]), hoc extra dubitationem positum est, quod Historia Graeca Xenophontis eo ipso loco incipit, quo octavus liber Thucydidis desinit. Nulla ibi lacuna est, nulla continuatae orationis interruptio. Formula ἀκέφαλος illa: μετὰ ταῦτα ad ipsum factum refertur, quo octavus liber Thucydidis exitum habet. Unde perspicuum fit, Xenophonti de hoc opere non plus cognitum fuisse, quam nobis, id est Thucydidem non plus scriptum reliquisse, nisi quis suspicetur, (et fuerunt, qui suspicarentur[14]), Xenophontem reliquam partem operis Thucydidei suppressisse: quae mira suspicio est," quam iure Popp. 1, 1. p. 29 sq. spernit et reiicit.

13) id quod claris verbis Diod. Sic. 13, 42. et Dionys. Hal. ad Pompei. p. 130. aiunt. Letr.

14) Gail. Philol. 3, 301—310. Letr.

## 14. DE HERODOTI HISTORIA OLYMPIAE ET ATHENIS RECITATA ET NUM THUCYDIDES HUIC RECITATIONI ADFUERIT, QUAERITUR.

Narrat Lucianus Herodoto s. Aetione Vol. 4. p. 116. Bip.[1]), Herodotum aliquando historiam in solennitate ludorum Olympiae coram coetu Graecorum, qui ad eos spectandos confluxerant, recitasse. Addit Suidas s. v. Θούκυδίδης, Thucydidem puerum cum Oloro patre recitationi isti adfuisse et aemulatione pulcherrimi operis penitus animo commotum illacrymavisse. Etiam Marcellinus §. 54., Suidas in v. ὀργᾶν, Photius cod. 60. p. 19, 36. Bekk., Tzetzes apud Popponem 1, 1. p. 321. et apud Ruhnk. de Antiphonte (Vol. 7. Oratt. Gr. p. 804. Reisk.) hoc factum esse testantur, quamquam omittentes, Olympiae recitationem factam esse. Hi igitur de recitatione narrant Thucydidis nomine, qui puer commotione animi affertus sit, quum Thucydidis in illa praesentis nulla mentio sit apud Lucianum in ullo trium locorum, quibus recitationem commemorat. Illos igitur scriptores Krueg. Vit. Thuc. p. 21. censet ex alio fonte hausisse quam Lucianum, et consentit Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 446. adn. Recitationem illam revera factam esse, primus dubitavit Bred. Praef. ad Heilmanni interpretationem Thucydidis p. 6 sq., quem posthac alii secuti sunt; omnium autem uberrime huius narrationis fidem impugnavit Dahlm. Herodot. p. 12 — 37. Contra quem cum Heyse Quaestt. Herodot. p. 27 sq. disputasset, Krueg. Vit. Thuc. inde a p. 11. denuo quaestionem tractavit. Si de tempore eius recitationis quaeris, nulla prorsus eius nota superesset, nisi Suidas retulisset, Thucydidem *puerum* Herodoto Olympiae in summo Graecorum applausu historiam recitanti adfuisse. Hunc iam dixi unum scriptorem narrare, Olympiae a Thucydide Herodotum auditum esse. Addit Herodotum animadverso studio laudis, quod in puero esset, ad Olorum patrem ὁ σὸς υἱὸς dixisse, ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. At intelligi nequit, quomodo Herodotus coram tam ingenti multitudine recitans lacrymas pueri observare et patri gratulari potuerit. Quare Kruegero p. 24. magis probatur narratio Photii, referentis hanc gratulationem factam esse domi apud patrem Thucydidis: λέγεται, ait, ἀναγιγνωσκομένης (Ἡροδότῳ) τῆς ἱστορίας κομιδῇ νέον ὄντα παρὰ τῷ πατρὶ Θουκυδίδην ἀκοῦσαι.

Recitationem Olympiae ponunt factam esse Ol. 81, 1. (456.) Memoratur altera recitatio Herodoti, Athenis in magnis Panathenaeis facta ab Eusebio Chronic. sub Ol. 83, 3. (446.) Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῶν Ἀθηναίων βουλῆς ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς

1) Adde De Conscr. Hist. c. 16. 42.

τὰς βίβλους. (Hieronymus eius interpres: *Herodotus quum Athenis libros suos in consilio legisset, honoratus est*[2]). Eandem recitationem testatur Diyllus [3]) apud Plutarch. de Malign. Herodot c. 26. Deinde Dio Chrysost. Orat. Corinth. 37. p. 103. Reisk. auctor est, Herodotum etiam Corinthum venisse et scriptas a se historias recitasse[4]). Denique Thebis ab eodem historico historiam praelectam esse, forsan recte colligas ex Plutarch. de Malign. Herodot. c. 31. Itaque si Thucydides Herodotum audivit Olympiae, annos quindecim ex ratione Pamphilae natus erat, Herodotus demum annos viginti octo. „Herodotus, ait Wessel. Praef. ad ipsum p. XXI sq., visis multis regionibus, multis urbibus et hominum moribus in Samum reversus, quae ad sedulae apis instar undique collegerat, scriptis consignare ingressus est. Intento autem isti negotio spes urbem patriam Halicarnassum tyrannico dominatu liberandi affulsit. Expulsus Lygdamis est, et civibus aequa rediit libertas. Sed factiones civitatem miscuerunt, et invidia liberatorem incessit. Tum patria relicta in Graeciam tetendit. Instabat per illi commodum Olympiorum tempus solenne. Properavit ad illud certamen, atque in magno Graecorum consessu recitavit historias suas. Namque ea non docent, absolvisse Herodotum historiarum libros Halicarnassi, sed compositos in Samo insula ex Caria ad Olympicum conventum secum portasse et Graecis, ut illis innotescerent, praelegisse.“ Probat deinde recitationem factam esse Ol. 81, 1. (456.), quod tempus aetati Herodoti egregie congruum sit et quod pueriles Thucydidis anni postulent. Cum eo consentit Ruhnk. Hist. Crit. Oratt. Gr. p. LIX. Contra ea Bred. p. 7. adnotavit: „Quisquis novit veterum notiones virilis robustatis, et quam multum a se ipsi poposcerint, cum publice prodituri essent, quisquis Herodoti libros cognovit, qui non possunt orti esse nisi post multa itinera, multarumque rerum explorationem, non facile credet, Herodotum adolescentem viginti octo annorum publice libros suos recitasse, quin praecox eius ingenium fama celebraretur[5]).“

Hanc difficultatem ut amoveret, Krueg. Vit. Thuc. p. 32. spreta Pamphilae auctoritate Thucydidem ponit natum esse Ol. $\frac{80}{81}$ ($455\frac{1}{6}$), facit eum adfuisse praelectioni Athenis factae Ol. 83, 3. (446.), eumque proinde tum decem ad duodecim annos natum fuisse: „Sic, ait, omnis difficultas sublata est.“ Utinam

2) v. Scalig. ad Euseb. Chronic. p. 104.
3) v. Dahlm. Herodot. p. 32 sq.
4) Wessel. ad Herodot. Praef. p. XXIII.
5) Conf. Dahlm. Herodot. p. 20 sq. Euseb. Chronic. p. 168. etiam prius Herodotum libros suos scripsisse facit, nam sub Ol. 78. (468.) tradit: Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεὺς ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο. Nimis hoc mature positum.

vero etiam reliqua, quae de Thucydidis vita novimus, conveniant! Utique, si Herodotus paulo ante bella Persica natus est[6]), et, ut vulgo fertur, Ol. 74, 1. (484.), Herodotus non tredecim annis, ut refertur ex Pamphilae libro, sed viginti octo annis maior erat Thucydide, et proinde, cum Athenis illo anno historiam recitabat, annum agebat quadragesimum, proinde, si Bredovium audias, haud paulo ad publicam praelectionem aptior et experientia rerum maturior. Praeter recitationem Athenis factam Krueg. p. 25. concedit Olympiam, sed illam ponit Ol. 84, 1. (444.), biennio post, quam Eusebius ponit praelectionem Athenis habitam. „Ut tempus figas, ait p. 24 sq., praelectioni Olympiae habitae, nihil restat, nisi migratio ab eo Thurios suscepta Ol. 84, 1. (443.) [7]). Quod quanquam probabile, certum non est, quum enim frequens inter Italiam et Graeciam commercium esset, facile credas, Herodotum serius iterum Olympiam venisse, ibique historiam recitasse." At hanc coniecturam statim haec difficultas premit, quod veteres tradunt, Herodotum demum Thuriis, et proinde post Ol. 84, 1. (443.) historiam contexuisse [8]), ac quum recitatio Athenis facta prior sit Olympia, duas habemus Herodoti praelectiones, neque dum opus, quod ab eo praelegeretur. Quin etiam nunc fere sic sentiunt, Herodotum historias demum post Ol. 92, 4. (409.) et proinde post annum aetatis septuagesimum quintum, sive triginta ad quadraginta annis post itinera [9]) composuisse. Quare Krueg. p. 31. cum Wesselingio consentiens arbitratur, Herodotum partem operis iam Sami scriptam attulisse [10]), atque Ol. 83, 3. (446.) vel 84, 1. (444.) iam tantum elaboratum habuisse, ut praelectiones habere posset, quanquam negari nequeat, eum serius opus retractasse, vel certe additamenta fecisse.

Sed videndum prius, num vere praelectio ab Herodoto Olympiae habita sit, id quod praeter Bredovium et Dahlmannum etiam Arn. ad Thucydidem 1, 20. p. 31. et Popp. 1, 1. p. 24. addubitant. Et hic quidem ita scripsit: „Hanc narrationem fabulosam videri, quod Thucydide puero Herodotus modo tredecim annis natu maior libros suos demum multis terris peragratis scri-

6) Ita Krueg. quoque p. 28. not. 2. statuere videtur.

7) Nam haec colonia deducta est exeunte Ol. 83. Vid. Krueg. p. 24. adn. 4. Dahlm. Herodot. p. 33. adnot. 46. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 150, 22.

8) v. Plin. H. N. 12, 4. (8.) et firmatur, ut ipse Krueg. p. 25. censet, loco Herodoti 4, 99., de quo vid. Mitf. H. Gr. 2. p. 356. vers. Germ. et Dahlm. Herodot. p. 50.

9) Dahlm. Herodot. p. 52. tempus itinerum Herodoti ponit intra annos 464 et 444.

10) Sic tradit Suidas s. v. Ἡρόδοτος, Lucianum si sequaris, scripsit historiam in urbe patria, si Plinium, Thuriis. Haec conciliari posse, recte iudicat Dahlm. Herodot. p. 11.

ptos recitare haud facile potuisset, a Bredovio monitum est. Res vero vel per se incredibilis, repugnat enim ingenio Thucydidis, qui vulgi iudicii se contemtorem exhibet, neque ullam unquam Herodoti historiae, ab iis quae ipse in historia spectanda putabat, alienissimae admirationem prodit.“ At nihilominus in iuvenili aetate amare et aemulari potuit eam historiam, quae sensus capiat, aures suavi oratione delectet, immensa rerum varietate alliciat. Gravioribus argumentis vulgarem opinionem de praelectione Herodoti Dahlm. impugnavit. Is posita Luciani ex Aetiono narratione illius praelectionis primum hoc valde improbabile esse arguit, quod Herodotus adeo iuvenis, utpote nondum triginta annos natus diuturna iam illa et longinqua itinera fecisse et opus laboriosissimum ad finem perduxisse dicatur, cuius praesertim ex singulis paginis viri aetate provecti indoles elucescat. Addit p. 20 sq., ab historico ipso 2, 156. Aeschylum unum *τῶν ποιητέων τῶν πρόγενομένων* appellari, qui ex quo obiisset, praelectionis tempore vixdum annum effluxisse. Concedit, operis certe partem perfectam esse potuisse, ut historiam modo bellorum recitasse cogitandus sit, at obstare ipsum Lucianum, qui totum opus praesto, totum recitatum fuisse narret, unde novem eius libri novem Musarum nomen nacti sint. Sed, quod gravissimum est, non potuisse Herodotum tantae multitudini hominum recitantem aut ab omnibus audiri, aut narrationibus prosa oratione conscriptis tantum a Graecis hominibus plausum ferre, aut eorum animos auditioni intentos tenere, qui vel ubi Demosthenae loquerentur, interdum, nisi quid gravissimi momenti incidisset, vagi discurrerent. Ac sibi alterum eiusmodi praelectionis Olympiae quidem habitae exemplum incognitum esse. Neque ullius hominis vocem et latera historiae coram tot millibus hominum recitandae sufficere potuisse. „At quae ineptia recitandi, addit, si cum spiritu quasi quodam oratorio, vel arguto quasi praeconio declamare opus subinde nihil nisi terrarum et locorum descriptiones continens voluisset. Id quod Lucianus sentiens fingit Herodotum opus non praelegisse, sed cecinisse. Atqui tandem cecinisse?“

Accedit, quod media aestate, exeunte Iulio Olympiae recitationem factam esse oportet, ubi neque a solis ictibus, neque ab impetu pluviae adstans pauperculorum Graecorum corona iis, quae postea Romana luxuria excogitavit, inventis defenderetur. „Neque taedii plena, addit, illius aetatis Graecis hominibus non potuit esse praelectio vel per pauculas horas producta, nisi musicae concentu concitatior, et quasi fulta actionis adminiculo.“ Neque Graecis, qui audiebant, praelectum opus placere potuisse, in quo facta Graecorum non laudarentur, sed saepe laudibus praeclarissimorum factorum cum quadam malignitate detraheretur, humana vitia aperirentur, virtus maximorum virorum vituperiis

imminueretur. „Ne dicam, addit, quod qui antiquissimus huius praelectionis testis citatur, Lucianus minima in historicis fide dignus est, ut qui alia quoque ad historiae et veritatis speciem temere conficta protulerit, alia ex vera rerum memoria desumta in iocosas ridiculosasque, sed gratas eo nomine audientibus narratiunculas diffinxerit, multisque locis de multis et rebus et hominibus vanissima prodiderit.“

Addit denique p. 32 sq., Plutarchum de Malign. Herodoti, quum loquatur de praelectione Athenis habita, de Olympia tacere. Neque Dionem Chrysostomum, Plutarchi aequalem, quidquam novisse de praelectione Olympia.

Ex iis, quae adhuc dicta sunt, patet, non posse negari, praelectiones ab Herodoto habitas esse. Neque Olympiam a Luciano totam confictam esse, (quidquid Dahlm. p. 36. obloquitur,) recte dicas, verum illam rebus poetica quadam imaginandi vi inventis exornavit variavitque, atque haec ipsa additamenta Luciani, non Herodoti praelectio argumentis Dahlmanni mihi quidem refelli videntur. Propterea minime existimo [11]), nullam Olympiae praelectionem habitam esse. Luciani colores picturae si detergeas, quod restat, aeque credibile est, ac praelectio Athenis habita, quam ne Dahlm. quidem audet negare habitam esse. Plus sane dubitationis habet narratio de Thucydide in illa recitatione praesente. Huius quidem aetas, qui quindecim annos natus Herodotum audivisse fertur, non obstat, quin narratio Suidae vera sit, verum quod hic et Photius vel auctor Photii eam tantopere variatam reddunt, (quo, ut videtur, credibiliorem redderent,) id vero suspicionem movet, quae augetur eo, quod aetas Herodoti tempori praelectionis ab uno Eusebio probabiliter constituto minime convenit, et confugiendum est ad coniecturas, quales Krueg. proposuit, quo annus aptus et praelectioni et operis conditioni et aetati Herodoti inveniatur. Quare libenter credo, praelectiones ab Herodoto habitas esse, Thucydidem vero praesentem ingenuo laudis studio commotum lacrymas inter auditionem fudisse, una mihi videtur illarum fictionum, quas frequentissimas posterior Graecarum literarum aetas effudit de viris domi militiaeque illustribus.

## 18. HERODOTUS NUM PER AETATEM THUCYDIDI COGNITUS ESSE POTUERIT, QUAERITUR.

Quousque Herodotus vitam extenderit, non certo scitur [1]). Aetas ac natalis annus eius testimonio Pamphilae cognoscitur,

11) Cum Dahlmanno in hac re consentit Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 446. adn.

1) Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 446. adn. probabiles vitae Herodoti terminos ait esse Ol. 74, 1. (484.) et Ol. 93, 1. (408.)

ex quo principio belli Pelop. annos natus erat quinquaginta quinque, ut primam lucem adspexerit Ol. 74, 1., quatuor ante Xerxis in Graeciam expeditionem annis i. e. anno 484. Unde quum usque ad finem belli Pelop. anni non minus octoginta effluxerint, Wesselingio ad Herodot. Praef. p. XXII. XXIV. Herodotus videtur libros Sami condidisse, eosdem ante Italicum iter semel atque iterum in celebri Graecorum mercatu praelegisse, in Italia vero elimavisse, nonnulla adiecisse, alia fortasse retexuisse. Addidisse autem, ea argumento esse dicit, quae profectione in Magnam Graeciam longe posteriora sunt, quae satis multa Dahlm. Herodot. p. 38 sqq. enumerat, unde effectum vult, Herodotum ante Thucydidem natum esse, sed post hunc extitisse scriptorem. Anno 444 vel 443 coloniae Thuriis condendae socius abiit. Negat p. 48., a quoquam memorari duas Herodoti historiae editiones, alteram ante coloniam, alteram post factam[2]). Quin ei ipsum opus laborem serotinum, rebus externis quibusdam intervenientibus intermissum prodere videtur, cuius rei argumentum reperisse se dicit in 7, 217. extr., ubi historicus se profiteatur narraturum, quae nusquam in sequentibus comparent. Unde colligit, Herodotum res ante collectas Thuriis demum in istam operis conformationem redegisse. Idque confirmatur sane Plinii testimonio, qui eum Thuriis historiam condidisse refert, unde etiam Thurius appellari solitus est, atque verba exordii ab Aristotele ita efferuntur: Ἡροδότου Θουρίου ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Eademque duplex scriptura Plutarcho de Exilio c. 13. cognita est. Porro Herodotus 4, 99. Chersonesum Tauricam continentis Scythiae quasi prominentem in mare angulum dicens comparat cum figura australis Atticae extremitatis, „quam qui non circumvectus est, addit, is ex peninsulae Iapygiae forma imaginem Chersonesi capere potest.“ Quae peninsula cum a Thuriis ortum aestivum spectans ob oculos Thurinis iaceret, scriptor ante omnes quidem Graecis universis, quibus ora Attica in conspectu esset, secundo autem loco illis, quorum tunc popularis erat, scripsisse se declarare videtur[3]). Quare si aetate provectus Thuriis opus aggressus, ibique ad finem vitae usque commoratus est, sententia Dahlmanni p. 217. fert, eum exitum belli Pelop. ibi vidisse, maioremque quidem annis Thucydide fuisse, sed serius, quam hunc scriptorem extitisse. Itaque opus ab Herodoto non totum perfectum, sed partes eius, quae perfectae sunt, praesectum ad unguem castigatas esse, ac sero demum et lente per Graeciam innotuisse coniicit, donec in notionem Ctesiae venerit, qui ut latius divulgaretur, auctorem mendacii arguendo

2) Neque id opus est, duas editiones factas esse, sed per partes elaboratam per partes item recitatam esse.

3) Dahlm. Herodot. p. 49 sq.

effecerit. Quod autem vulgo Thucydidis Herodotum nonnullis locis notasse existimetur, vere existimari negat. Ubi enim Thucydides, se non ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν scripsisse dicat 1, 22., sed κτῆμα ἐς ἀεί, id ne sic quidem ad Herodotum referri posse, etiamsi hic illam praelectionem Olympiae habuisset: dici enim a Luciano solum sine concertantibus opus suum recitasse[4]). Quod porro Thucydides errores quosdam historicorum et vulgi exagitet, non idcirco putat Herodotum a Thucydide perstringi, neque virum eum, qui omnem animi corporisque vigorem in rerum investigationes intenderit, contemtim amandari posse arroganti sententia: οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἑτοῖμα μᾶλλον τρέπονται[5]).

Quid? quod Herodoti historia si Thucydidi cognita fuisset, multa fuisse pergit, quae a Thucydide respicienda, ex eaque commemoranda fuissent. Velut in comparatione belli Persici cum Peloponnesiaco, si Herodoteam descriptionem belli Persici cognitam habuisset, paulo modestius Thucydidem de suo argumento locuturum, tum vero alia respecturum fuisse, vel nominato Herodoto, vel oblique significato, alia in eo reprehensurum fuisse. Velut apud Thucydidem 1, 74. legati Atheniensium gloriantur, ad naves Graecorum universas numero quadringentas populum Atheniensium bis tertiam partem contribuisse, quae summa ducentarum sexaginta, sex navium est. Quodsi iam tum historia Herodoti in manibus hominum fuisset, facile ait Dahlm. legatos inanis iactantiae argui potuisse. Nam ne dimidiam quidem navium partem Athenienses dedisse [5b]), de navibus trecentis octoginta duobus Atticas fuisse centum octoginta. Atqui Thucydidem putat apud Herodotum, si cognitum habuisset, accuratum navium recensum reperturum fuisse. Atque cum Herodotus in narrandis turbis Cylonis a Thucydide recedat, hunc sperare non potuisse fore, ut suae narrationi fides haberetur, si qui ab omni Graecia iam uberrimus rerum suarum auctor haberetur, eius a se discrepantiam Thucydides silentio praeteriisset [6]).

4) At ἀγώνισμα non necessario opus est, quo quis cum alio certet, sed in universum opus ostentandi artificii causa propositum. Vid. adnot. ad Thuc. 1, 22.

5) Dahlm. Forschungen 1. p. 95., Herodot. p. 218 sq. Etiam ex Thuc. 2, 8. Dahlm. Forsch. 1. p. 97. adnot. colligit, Attico scriptori historiam Herodoti non cognitam fuisse. Quinetiam interdum uterque ne dissentiunt quidem, ubi vulgo dissentire putantur. Vid. adnot. ad Thuc. 1, 6. 20. 74. 2, 44. Notari Herodotum putant a Thucydide etiam 2, 97. (coll. Herod. 5, 3., ubi v. Valck.) et rursus 2, 8. (coll. Herodot. 6, 98., ubi v. Wess.) Vid. Creuz. Herod. et Thuc. p. 418. Adde Herodot. 9, 53. (coll. Thuc. 1, 20.) et 6, 57. (Thuc. s. b. ibid.)

5 b) At v. adnot. ad Thuc. 1, 74.

6) Dahlm. Herodot. p. 219 sqq., qui alia addit aeque incerta ad persuadendum.

Krueg. Vit. Thuc. p. 27. post Sturzium ad Hellanicum p. 13 sqq. contendit, Hellanicum quaedam ex historiis Herodoti hausisse. Quod si verum est, colligas, Herodoti opus certe ante annum 411 innotuisse. Verum vitae anni huius quoque scriptoris valde incerti sunt. Sturzius quidem, Pamphilam secutus, Hellanicum ponit natum esse Ol. 71, 1. (496.), ac cum Lucianus De longaev. 22. eum dicat octoginta quinque annos vixisse, sequitur eum obiisse anno 411. Contra ea Krueg. dicit Hellanicum Herodoti opere usum esse, eiusque rei etiamnunc extantia vestigia Sturzium indicare. Itaque censet, Hellanicum natum esse a. 480, secutus auctorem Vit. Eurip. γεννηθῆναι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ᾗ ἐνίκων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες. Idque firmari dicit a Scholiasta Arist. Ran. 705, qui rei post pugnam ad Arginusas gestae testem Hellanicum adhibeat: τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς. Pugnatum est ad Arginusas Ol. 93, 3. (406.) [7]. Verum pone, secundum Pamphilam et Lucianum Hellanicum anno 411 obiisse, nihil tamen inde consequimur, quod ad propositum conducat. Quo enim nititur, quod Krueg. et Sturz. aiunt, ex Herodoti libris Hellanicum quaedam hausisse? Minime apta sunt ad id probandum verba, quae proferunt Porphyrii apud Eusebium Praep. Evang. 9, 39. p. 466. B. τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάστου συνῆκται. Hoc Sturz. firmari vult Hellanici fragmentis XXV. et XLI. At ibi nihil nisi barbarorum quaedam instituta leguntur, quae Hellanico aeque bene atque Herodoto ex terris ipsis barbarorum comperta esse potuerunt, quin cum Sturzio et Valckenario statuas, alterum scriptorem altero usum esse. Nam quo tempore plus propria cuique investigatione discendum erat, quam libris disci poterat, profecto intelligi potest, qui factum sit, ut duo pluresque scriptores sua ex uno fonte, non alter ab altero haurirent [8]).

Quaestionem, quam proposui, num Herodoti historia Thucydidi cognita fuerit, ne ex opere quidem Thucydidis solvi posse, supra post Dahlmannum declarari. Nihil restat, nisi ut Herodoti opus pervestigemus, num forte in hoc insint, unde de tempore, quo Herodoti historia edita fuerit, decerni possit. Itaque

7) Conf. quae Dahlm. Herodot. p. 124. contra Boeckhium disputat et Krueg. Vit. Thuc. p. 29. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 149.

8) Consentit Dahlm. Herodot. p. 127. et probat, rursus Hellanico Herodotum non usum esse. Adde p. 131. „Imprudens, ait p. 117., in talibus facile cogitationem nostri librorum commercii in illa tempora transferas.“ Non secus ex Charone sua Herodotum hausisse falso putari docet p. 116 sqq., et ex Xantho p. 120 sqq. Certe bello Pelop. saeviente Hellanicum libros scripsisse, comprobat Atthis eius scriptoris. v. Dahlm. Herodot. p. 127 sq.

ex hoc quidem certo constat, nonnulla auctorem tangere ad bellum Pelop. pertinentia et profectione in Magnam Graeciam longe posteriora. Talis est Thebanorum in Plataeenses invasio [9]) et caedes Eurymachi, principio belli Pelop. facta, apud Herodotum 7, 233. (Conf. Thuc. 2, 2 sqq.) Haec facta sunt Ol. 87, 1. (431.) Talis etiam Spartanorum in Asiam legatio apud Herodotum 7, 137. (Conf. Thuc. 2, 67.) Haec legatio missa est Ol. 87, 3. (430.) Porro Herodot. 6, 91. memorat Aeginetas insula sua per Athenienses eiectos. (Conf. Thuc. 2, 27.) Hoc factum est Ol. 87, 2. (431.) Huc denique pertinet fuga Zopyri, Megabyzi filii ad Athenienses apud Herodotum 3. cap. ult., quem Ctesias apud Photium Cod. 72. p. 41, 24. non multo ante Artaxerxis obitum [10]) ab rege defecisse atque Athenas abiisse scriptum reliquit. At Dahlm. contendit, longe aetate posteriora apud Herodotum reperiri. Herodot. 1, 130. scribit Medos a Dario descivisse, sed post defectionem denuo subactos esse, proelio superatos: *Μῆδοι δὲ ὑπέκυψαν Πέρσῃσι διὰ τὴν τούτου* (Astyagis) *πικρότητα, ἄρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης, — ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησέ τέ σφι ταῦτα ποιήσασι, καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ Δαρείου· ἀποστάντες δὲ ὀπίσω κατεστράφθησαν, μάχῃ νικηθέντες· τότε δὲ ἐπὶ Ἀστυάγεος οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες τοῖσι Μήδοισι, ἦρχον τὸ ἀπὸ τούτου τῆς Ἀσίης.* Si verum est, regem, sub quo Medi defecerunt, fuisse Darium Nothum, quae est Dahlmanni Herodot. p. 47. sententia, doceri dicunt posse ex Xenophontis H. Gr. 1, 2. extr., haec accidisse Ol. 92, 4. (409.) Quod si ita est, non ita multis annis ante mortem Thucydidis opus Herodoti innotescere potuit, etiamsi ponatur, illum libri primi Herodoti de Medis locum post conscriptum totum opus ab auctore adiectum esse. Non novimus aliam Medorum defectionem, unde colligitur, Darium illum, de quo Herodotus loquitur, Darium Nothum esse. Hic autem Kruegero Vit. Thuc. p. 26. iure improbabile videtur, Herodotum de re, quae ab illa, quam proxime narraverat, seculo uno et dimidio remota est, verbis *ὑστέρῳ χρόνῳ* usum esse, pro quo exspectes sive *χρόνῳ πολλῷ ὕστερον* sive *πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον*, vel definitionem temporis per numerum aetatum factam. „Praeterea, addit, verba *μετεμέλησέ σφι* cogunt de tempore cogitare, quod prope abfuerit ab re proxime praemissa. Mirum etiam hoc est, quod qui legunt iubeatur Darium, quem sine ulla adiectione nominat, secundum regem Persarum eius nominis (Nothum) intelligere, cum nemo non debeat in hanc cogitationem incidere, priorem Darium intelligendum esse, qui et

9) Hanc ab Herodoto memorari, ut memorabile etiam Marcellin. §. 54. monuit.

10) qui consecutus est Ol. 89, 1. (424.)

clarior esset, et quem ex Herodoto ipso cognitum habeamus, dum Darius Nothus nusquam ab eo memoratur." Addi potest, quod Medi et Persae tempore Darii Nothi et iam prius per religiones et aulicas ceremonias, quas ab Medis Persae acceperunt, ita coaluerant, et Magorum tanta in aula auctoritas erat[11]), ut tempore eius regis minime omnium de defectione Medorum a Persis cogitandum sit. Quare mirum est, quod Krueg. p. 27. locum Herodoti de Medis vel falso explicatum vel serius adiectum esse scribit. Magis etiam mirum, quod in verbis illius loci negat ullum vestigium inesse indolis Herodoteae, eaque serie narrationis non interrupta deleri posse putat, addens continuo: „Quum vero verba quae proxime sequuntur, τότε δὲ ἐπὶ Ἀστυάγεος etc. ad verba, quae deleta sunt, referantur, haec quoque una obducenda sunt, quo facto non iam nexum ullo modo interruptum videas. Interpolationem credere licet profectam esse a Plesirrhoo[12]). Forsan ipse Herodotus ea verba serius adiecerit." Longe facilius extat remedium, quod locos Herodoti et Xenophontis comparantium sua sponte in oculos incurrat. Apud Xenophontem enim, cuius in Historia Graeca rationem temporum valde depravatam esse constat, delenda sunt verba: καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν οὗτος, ἐν ᾧ καὶ Μῆδοι ἀπὸ Δαρείου, τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀποστάντες πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ, apud Herodotum per seriem orationis non minus quam narrationis vetamur quidquam omittere. Itaque defectio Medorum ponenda est sub Dario Hystaspis, in quod omnia conspirant, et quae ab Herodoto dicuntur, et reliqua memoria Persarum.

Verum enim vero afferunt alium Herodoti locum, quo probetur, rem ab eo memorari, quae acciderit anno 408. Etenim 3, 15. narrat de Pausiri, filio Amyrtaei, in patrium regnum per Persas restituto. At tres Amyrtaeos in memoria rerum Aegypti novimus, Amyrtaeum, qui aetate Cambysae fuit, proinde circa annum 522, qui est apud Ctesiam cod. 72. p. 37, 34. Bekk., Amyrtaeum, Inari in defectione Aegypti socium anno 463. Is est idem, quem Herodot. 3, 15. memorat, et Ctesias cod. 72. p. 40, 27. (Persic. c. 32.)[13]), et Thucydides 1, 112. Huius Amyrtaei filium Pausirin fuisse ex Herodoto cognoscimus. Accedit tertius Amyrtaeus ex gente regia Saitarum apud Manethonem, quem Eusebius fecit obiisse a. 408. At verior ratio docere videtur, eum demum a. 404. regnare coepisse[14]). Hunc Dahlm. Herodot. p. 69 sq. cum altero Amyrtaeo confundens

11) v. Heeren. Ideen 1, 1. p. 483 sqq.

12) De hoc vid. Dahlm. Herod. p. 231.

13) ubi pro ἑτέρου cum Kruegero Vit. Thuc. p. 25. adn. 5. legendum est Ἀμυρταίου.

14) leg. De Fatis Aegypti sub Regibus Pers. (Colon. 1830.) p. 20. 52. nr. 16. conf. p. 15. 42.

rem putavit eorum temporum ab Herodoto memorari, quae ille scriptione certe non attigit [15]).

Ex iis, quae adhuc disputavi, patet, in historia Herodoti nullum factum memorari, quod posterius sit regno Artaxerxis, regis Persarum, quod exitum habuit anno 424. Hinc post hoc regnum historiam ab Herodoto compositam esse colligitur: alia quaestio est, quando primum divulgata sit, quam solvi posse optandum est, certum vero, nondum solutam esse [16]).

# II. DE SCRIPTIS THUCYDIDIS.

## 16. THUCYDIDIS HISTORIAE VIRTUTES.

Quid Thucydides novi atque etiam tum incogniti in historia conscribenda praestiterit, comparanti superioris aetatis historicorum successus apparabit. Graecorum ars historica a poesi profecta per Cyclicos poetas paulo propius ad veritatem admota est, qui mythos plenius et cum quadam temporum per aetates descriptione narrare coeperunt. Oratione metri vinculis soluta secuti sunt ab Ol. 20—70. (700—900.) Logographi [1]), qui poeseos vestigia in compluribus retinentes veritatis rerum minus studiosi fuisse reperiuntur. Fere enim nihil nisi fabulas, easque saepe ineptissimas et inconditas tractabant. Neque prudentem rerum narrandarum electionem sequebantur, ita ut res maioris momenti a rebus minus gravibus discernerent: aptus ordo, artificiosa compositio deerat. Temporum veras rationes indagare negligebant, res plerasque separatim persequebantur nulla serie, quae singulis ex causa sua derivandis accommodata esset, omnia secundum urbes ac populos descripta sine conspectu rerum universarum contexebant. Erant in his Logographis, et vel paulo praecedebant vel aetate fere Herodotum aequabant Hecataeus Milesius, Acusilaus Argivus, Charon Lampsacenus, Xanthus Lydus, Hellanicus Lesbius, Pherecydes Lerius, Dionysius Milesius [2]). Excepit Logographos pater Historiae Herodotus, qui

15) Loci Herodoti 7, 170. 6, 98. 9, 73., quibus Krueg. p. 26 sqq. probatum vult, Herodoti historiae vel posteriores libros ante cladem Siciliensem (413.) conscriptos esse, mihi quidem nihil probare videntur. Neque verius puto id quod Dahlm. Herodot. p. 42. 43 sq. de duobus horum locorum disputat, longe diversum, quam Krueg. inde efficere cupiens, abusus inter alia loco Thucydidis 2, 23.

16) Conf. Dahlm. Forschungen 1. p. 99 sqq. Herodot. p. 232.

1) v. Creuz. Art. Hist. Gr. inde a p. 43. Dahlm. Herodot. p. 108 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 443. et praesertim p. 447. adn.

2) De his breviter agit Dahlm. Herodot. inde a p. 112.

quidem magis quam illi veritati consuluit, (magna enim itinera instituit, quibus factum est, ut terrarum cognitioni plurimum utilitatis afferret,) idem tamen fabulosis narratiunculis non prorsus abstinuit, voluntas enim eius vera dicendi non adiuta erat aut iis ingenii dotibus, aut iis temporibus, quae sola eum ad veritatem inveniendam idoneum praestare possent. Atque historiae eius quandam cum poesi cognationem omnis digestio, plane illa epica prodit [3]). Igitur apud eum digressiones sunt quamplurimae, apud Thucydidem rarissimae, neque ullae nisi necessariae et admodum breves ad illud ipsum, quod narratur, explicandum aptae et huic uni consilio inservientes, (si abicris a digressione de fatis Themistoclis, quam minus necessariam ducit Dahlm. p. 225 sq.) [4]). Post Herodotum Thucydides quanto vel mentis acumine vel veritatis amore in rebus et inquirendis et iudicandis versatus sit, cum alii haud pauci exposuerunt, tum omnium optime prooemium declarat. Ne dicam, eum et in historica aetate et in rebus mediis versatum, quibus non solum aequalis, sed quarum etiam ipse pars fuit, haud paulo magis quam Herodotum ratione et conditione temporum adiutum fuisse, atque Herodotum scriptione longe ampliorem materiam, plurimisque erroribus obnoxiam amplexum esse. Qui ut pio quodam sensu regebatur, quo iis, quae religionibus sancita, earumque ministrorum auctoritate, deorum numine quasi consecrata erant, facile fidem habuit, (quare apud eum frequens vaticiniorum et oraculorum commemoratio, et quaecunque praeter consuetum ordinem atque hominum exspectationem evenissent, neglectis proximis causis, plerumque a coelestibus repetit;) ita Thucydidis mens luce philosophiae illustrata, a superstitione alienissima, quid verum in unaquaque re esset pervestigare, quam inanem vel rumorem vel falsorum speciem sequi, et erroribus vel ab antiquitate proditis, vel ab aequalibus imprudenter conceptis se decipi maluit. Itaque Cicer. Orat. 9. eum dicit *rerum explicatorem prudentem, severum, gravem* et Brut. 83. *rerum gestarum pronuntiatorem, sincerum et grandem* [5]).

## 17. THUCYDIDIS DICTIO.

Cum reliquis virtutibus, tum dicendi genere Thucydides meritus est locum in canone tum historicorum, tum oratorum Ale-

3) Vid. Creuz. Art. Hist. Gr. inde a p. 113. Popp. 1, 1. p. 13 sqq. Dahlm. Herodot. p. 222 sqq.

4) Quamquam fortasse eius annectendae ansa scriptori data est Atthide Hellanici, quam etiam alio loco (1, 97.) nominatum reprehendit in memoria rerum eiusdem aetatis. Vid. de digressionibus Thucydidis libell. De Sit. et Orig. Syrac. p. 139.

5) Ex recentioribus Hobbesii de Thucydide prudentissimum iudicium extat in Praef. Interpret. Thucyd.

xandrino [6]), utque per excellentiam ὁ συγγραφεύς diceretur [7]), eo more, quo praestantissimum in suo quemque genere ab isto ipso appellabant, ut Homerum, Archilochum, Aristophanem, Strabonem alios. De dictione autem historici uberius dicere supervacaneum duxi, quod et ipsius historiae assidua tractatio magistra eius rei optima est, et alii hunc locum tum veteres, tum recentiores abunde pertractaverunt, Dionysius maxime Halicarnassensis, Demetrius Phalereus, Plutarchus, Lucianus, Longinus, Hermogenes, Theo, Aphthonius alii, ex Latinis Cicero multis locis, Quintilianus; de recentioribus Voss. de Hist. Gr. 1, 4. Creuz. Art. Hist. Gr. ac de Herodoto et Thucydide, denique Poppo 1, 1. Suffecerint verba Ciceronis, optimi iudicis De Orat. 2, 13.: *Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile vicit.* Idem Brut. 7. extr., ubi de antiquiorum Atticorum dicendi genere disserit: *Quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam causam interdum subobscuri.* Idem De Orat. 2, 13. *Ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur, ita porro verbis aptus et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur.* Bonam Herodoti et Thucydidis comparationem reperies apud Dionysium Hal. p. 767., quocum conferri potest Cic. Orat. 12.: *Quo magis Herodotus Thucydidesque mirabiles; alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit; alter incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere.* Quintilian. I. O. 10, 1. *Densus et brevis et semper instans sibi Thucydides: dulcis et candidus et fusus Herodotus.*

## 18. THUCYDIDIS TEMPORA SIGNANDI RATIO.

Temporum notandorum diligentissimus hanc rationem sequitur: Sacerdotis Argivae nomine usus est ad initium belli Pelop. designandum [1]). Seriem illarum sacerdotum primus Hellanicus enumerasse fertur [2]). Res gestas aestatibus hiemibusque [3]), an-

6) De sit. et orig. Syrac. p. 134.

7) Sic enim a Lexicographis et Grammaticis dicitur. Vid. Greg. Cor. p. 6 sq. De voce συγγραφεύς v. Thom. M. p. 813. ibique Interpp. Hermogen. Progymn. in Bibl. Gotting. Lit. et Art. fasc. 8. p. 8. Anecdd. Bekk. 2. p. 733, 18. 734, 6. Synes. Encom. Calvit. p. 73. Gottl. ad Thuc. 1, 1. ap. Popp. 1. Comm. p. 15. Marx. ad Ephor. p. 62. not. Popp. 1. Comm. p. 27. Creuz. Fragmm. Hist. Ant. Gr. p. 17. et Art. Hist. Gr. p. 173 sqq.

1) v. Ideler. Handb. d. Chronol. Vol. 1. p. 371. Dahlm. Herod. p. 130.

2) Dahlm. l. c. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 9 sq.

3) Dahlm. p. 223 sqq. Mans. Spart. 2. p. 542 sq.

nos Archontibus, Ephoris [4]), Boeotarchis, Olympionicis, (sed pancratii, non, ut postea factum est, stadii victoribus,) distinxit. Ubi antiquissimorum temporum res recensendae erant, a Troicis, aut retro a Peloponnesiacis, aliove aliquo memorabili notoque eventu numerans annorum computationem instituit. Olympiadum, postea demum in hunc usum adhiberi solitarum rationem non novit, multo enim serius earum usum Timaeus, Tauromenites, historicus invexit [5]). Anni tempora variis notis distinxit vel a segete, vel a siderum ortu atque occasu [6]). Neque solis lunaeque eclipses commemorare omisit [7]).

## 19. DE FAMA THUCYDIDIS.

Paucos omni tempore Thucydidis amatores fuisse, et sua sponte intelligitur, et testimonium veterum dicit, ut Ciceronis Brut. 17. *Amatores huic desunt sicut multis iam ante seculis et Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Nam ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis, officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae, sic Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio* [1]). Idem observavit Philemon Grammaticus, aequalis Alexandri M., apud Porphyrium Quaestt. Homer. 8. in Villoison. Anecdd. Gr. Vol. 2. p. 136. adnot. [2]). Ut autem paucos, ita nullo non tempore amatores sui studiosissimos nactus est. Quemadmodum enim Alexander M. Homeri Iliadem quocunque secum tulisse fertur, splendida pretiosaque cistula inclusam, atque Plutarchi Vitae illustrium Virorum, ab Amyoto egregie in Gallicum sermonem conversae, mire adamatae ab Henrico IV., rege Galliarum, fuisse narrantur, ita Alphonsus V., rex Arragoniae, ipse pluries sua manu Thucydidis historiam ad exemplum Demosthenis transscripsisse dicitur; sic Imperator Carolus V. in bellicis expeditionibus ubique Thucydidis interpretationem a Claudio Seysselio, licet exile gravissimi auctoris simulachrum, factam perpetuo manibus versavit [3]). Ipsa autem ista interpretatio suscepta erat in usum Ludovici XII., regis Galliarum [4]). — Ex altera

4) Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 499, 110. 111. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 115 sq.
5) v. Polyb. 12, 12, 1. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 10. adn. 1. Timaei Fragmm. p. 196. Dahlm. Herodot. p. 224.
6) Vid. adnot. ad Thuc. 2, 19. 78.
7) Vid. adnot. ad Thuc. 2, 28. et Heisii Scriptionem Scholasticam De eclipsibus apud Thucydidem. Colon. 1834.
1) Vid. De Vit. et Scriptis Philist. p. 138.
2) Sive in Prolegg. ad Hom. Il. p. 34.
3) Bred. Vit. Thuc. p. 12.
4) Didot. Praef. ad Thuc. Vol. 1. p. XX. addens, gratum esse intelligi quod Hospitalius, Cancellarius regni Gallici, Thucydide auctore usus sit ad comprimendas seditiones oratione habita ad aperienda d.

parte fama Thucydidis acerrimum adversarium habet Dionysium Halicarnassensem, insulsum plerumque iudicem et proprii iudicii iis, quae ipse alibi Thucydidem a se notatum imitatus scripsit, impugnatorem. Atque ad illum refellendum abunde iam dictum ab aliis [5]). Praeterea Suidas testatur, Claudium Didymum scripsisse περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ.

## 20. THUCYDIDIS IMITATORES.

Quemadmodum amatores, ita tum apud Graecos, tum Romanos imitatores permultos, et in his, ut fieri solet, ineptos quoque et imperitos [1]) nactus est. In imitatorum numero Polybium ponit Folardus Vol. 1. p. 208., quia in describenda oppugnatione Drepani imitatus sit descriptionem oppugnatarum Syracusarum: quo iure, ipse viderit. Certo imitatus est Dio Cassius [2]). Polyaenum inter imitatores enumerat Blume ad Popponis ed. Thucyd. Obss. p. 15. Arrianus praeterea, Appianus, Plutarchus, Procopius, Heliodorus imitatores recensentur. Philistum eo nomine *paene pusillum Thucydidem* Cicero dixit [3]). Pausaniam e numero imitatorum Thucydidis eximit Boeckh. C. I. Vol. 1. p. XXII sq. Addunt alii imitatoribus auctorem Epistolarum Phalaridis [4]). Tum Antiphontis hoc loco mentionem fieri volunt, quem et magistrum dicendi Thucydides habuerit, et haud pauca imitationis eius exempla apud hunc deprehendi posse, neque temere esse, quod nonnunquam a Grammaticis utriusque auctoritas iungatur [5]). Omnino in hac sterili investigatione imitationum probe tenendum videtur grave dictum Schaeferi Appar. Crit. Demosth. Vol. 1. p. 755.

Demosthenem octies sua manu Thucydidis historiam transscripsisse notum ex Lucian. adv. Indoct. 4. Vol. 8. p. 4. Bip. Certe etiam Dionys. Hal. p. 944 sqq. Demosthenem ponit inter aemulos Thucydidis, quanquam in eius orationibus raro insunt

13. Dec. 1561 comitia procerum ordinumque regni, et maximos oratores peritissimosque civitatis gubernandae viros in Anglia Thucydidem magistrum artis suae secutos esse.

5) a Levesquio in Excursibus interpretationi additis, a Gailio, inprimis a Poppone in Prolegomenis et Kruegero ad Dionysii Hal. Historiographica.

1) Vid. Lucian. de Conscr. Hist. Cic. orat. 9. *Thucydidis nemo neque verborum, neque sententiarum gravitatem imitatur: sed quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas.*

2) Vid. Phot. Bibl. p. 35, 31. Bekk.

3) v. De sit. et orig. Syr. p. 125 sqq.

4) Valckenar. ad Herodot. 3, 68.

5) ut in Bekk. Anecdd. 1. p. 345, 27. 419, 18. 437, 29. Verba quoque Thucydidis 6, 15. παρανομίας ἐς τὴν δίαιταν conferunt cum fragmento Antiphontis apud Athenae. 12. p. 525. B. et aiunt tollendam esse suspicionem Ruhnkenii in lib. de Antiphonte cap. 3. legentis in illo fragm. παροινίᾳ collatis Thucydidis de Pausania verbis 1, 132.

Thucydidis ad verbum quidem factae imitationes [6]). Quid? quod Arsenius Violeto p. 189. ed. Walz. (apud Fabr. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 826. Harl.) ex vetere tamen tantum fama refert, oratorem historici opus tam tenaciter memoria retinuisse, ut deperditum ab eo memoriter restitueretur, quum incendio Athenis exorto omnia historici exemplaria conflagrassent [7]). Ex Latinis Thucydidis imitatoribus nominandi sunt Sallustius Tacitusque: haud pauca eius a Livio et C. Nepote ad ipsa auctoris verba expressa sunt.

## 21. DE ORATIONIBUS THUCYDIDIS.

Orationes Thucydidis historiae interpositas errarent qui ex nostrae aetatis sensu censeri vellent. In historia veterum florentis quidem aetatis orationes necessariae partes narrationis sunt, sine quibus haec non integra futura esset. Quare in illis oblivioni eripiendis veteres plus curae adhibuerunt, quia quid momenti inesset, intellectum habebant. Itaque multis locis a Livio et Cicerone orationum, ab antiquis disertis hominibus, velut a Gracchis et Catone habitarum exemplaria suis etiam temporibus asservata memorantur. Erant enim illae non modo monumenta ingenii maiorum, sed etiam documenta rerum domi militiaeque gestarum. Orationibus enim in concione habitis populi duces et principes civitatis pacem, foedera, bella decernenda rogabant, iisdem in foro reos vel accusabant vel defendebant, iisdem denique omnia publice agebantur cum Athenis libera civitate, tum Romae. Itaque quodammodo in numero factorum Thucydides orationes ponens extremo prooemio curam refert quantam iis vel ad verbum servandis, vel ad summam saltem argumentorum investigandis impenderit. Diodorus autem Siculus prooemio vicesimi libri orationes historiis interpositas sic tantum improbat, si vel nimis arcessitae, vel longiores crebrioresque sint; raro et opportuno loco usurpatas perutiles esse censet.

Seculo abhinc proximo Thucydidi vitio datum est, quod nimis multas orationes historiae inseruerit, ac sane illo tempore usus hic orationum non recte aestimari potuit, quum formae civitatum per totam Europam totae, et ratio publica negotia tractandi a Graecis differrent. Nunc vero cum deliberationes in comitiis, licet non publice in foris, agitentur, non secus atque olim Athenis memoria temporum nostrorum non accurate prodi potest, si quis orationes in suggestis habitas prorsus omittat. Inest enim in his, sicut in orationibus virorum principum, imperatorumque antiquitatis memoria rerum gravissimarum, quibus

6) Wolf. ad Dem. Lept. p. LI. ed. pr.

7) v. Gail. Mémoire p. 21. nr. 2. Popp. 2, 1. p. 6. Zosim. Vit. Demosth. apud Reisk. Oratt. Gr. Vol. 4. p. 147. Iure hanc fictiunculam explodit Krueg. Vit. Thuc. p. 82.

saepe vel rerum eventus adducebantur, atque his orationibus historia Thucydidis simul fit quasi dramatica. Ex sensibus per has orationes in populo Graecorum commotis bellum et pax, supplicia et remissiones poenarum decernebantur. Porro, dum Thucydides ipsos populi duces loquentes inducit, melius nos de statu, quicunque erat civitatis edocere potuit. Quo tempore ars typographica nondum extitit, hae orationes monumenta rerum erant, digna quae ab historicis diligenter conservarentur, atque Thucydides non sine consilio profitetur, se nullum oratorem aliter loquentem inducere, quam quomodo in conditione quaque rerum praesenti dicturus fuisse sibi videretur [1]. Probabile est, eum in ipsa materie orationum nihil mutasse, nisi quod in brevius contraxit, atque, ut sententia est Ciceronis, ita eas instituit, ut magis ad legendum, quam ad audiendum aptae essent. Certe Thucydides, quem constat veritatis amantissimum fuisse, hoc non professus esset tam aperte coram aequalibus, qui eum facile mendacii convincere potuissent, nisi religiose fide stetisset. Accedit, quod epistolae, quas servavit Xerxis in commercio literarum cum Themistocle et Pausania, ita signis orationis Orientalium propriis notatae sunt, ut non dubitari possit, eas fideliter expressas esse ex autographis, quae ipsa te legere credas. Hoc vel unum mihi argumento esse videtur summae curae Thucydidi fuisse, si non ipsa verba orationum, certe summas argumentorum earum reddere. Vel hoc nomine historia eius quantivis pretii esse videri debet [2].

Triginta novem Thucydidis orationes et aliae partes oratoriae minus longae necessariam eius historiae partem constituunt. Non eas tollas, quin totius operis praestantiam imminuas, quin splendorem operis obscures et lumina extinguas, quibus distinguitur. His orationibus depingit ingenia et mores hominum, narrationem vel praeparat vel supplet, causas et effectus rerum explanat. His orationibus praeceptorum ad gubernandas civitates utilium plenis admirationem movet virtutis suae historicae; sine illis non cognita haberemus animum eius sensu humanitatis imbutum, acumen mentis et solertiam, eloquentiam animos legentium secum abripientem atque ingenia et mores exprimentem. Quaerendum est apud Aeschinem et Demosthenem, seligendum in orationibus Ciceronis, ut commotiones animorum et virtutes eloquentiae reperias, quae comparari possint cum illis, quae insunt in orationibus Diodoti pro Mytilenaeis, Astymachi et Laconis pro Plataeensibus [3].

Thucydides primus condidit formam historiae Graecis propriam, idemque perfecit. Ea cernitur in orationibus iustis, ar-

1) Thuc. 1, 22.
2) Didot. Praef. ad Thuc. Vol. 1. p. XXVIII.
3) Daunou Vit. Thuc.

tificiosis, ad rempublicam pertinentibus, narrationi interpositis, quibus rationes et consilia omnium gravium eventuum in utramque partem acute explicantur, tum in descriptione paene in poeticum morem evidenti proeliorum et aliarum rerum, quae nimis saepe in memoria rerum humani generis repetuntur, denique in summa dignitate prosae orationis ornatissimae. In simili forma civitatis, similique eloquentiae pondere et effectu Romanis licuit inter omnia genera artis Graecorum hoc facillime et felicissime imitari. Nobis in Europa, qualis nunc est, viventibus minus illud genus aptum est; conatus imitandi plerique infeliciter cesserunt. Rerum et civitatum nunc alia conditio est, eloquentiae non iam vis tanta, saepe tam perniciosa, atque in immensa copia rerum, quam nobis memoria orbis terrarum offert, non pugnas publicasque res poetarum in morem prolixe descriptas desideramus, sed brevem notitiam ad consilium breviter conducentem et simpliciter elatam, et perspicue docentem, quid et cur quidvis factum sit. Brevitas ita plana, hic candor, haec inornata simplicitas Herodoti potius ab huius aevi historicis requiritur [4]).

Dum in Graecia philosophi coeperunt praecepta regendarum civitatum excogitare, Thucydides exemplum edidit historiae ita conscribendae, ut magistra fieret sapientis vitae et in administranda civitate prudentiae. Praecepta autem maxime in orationibus reponere placuit, quae sunt profecto opera artificii plenissima. Neque tamen ibi de iis agitur, quae sola cogitatione inventa reipublicae conducant, sed demonstratur, quid in quaque rerum praesenti conditione faciendum sit. Quo sane factum est, ut multa, ex potentiae abusu et calliditate profecta in his orationibus dicantur, quae libri De Principe Machiavelliani admoneant [5]).

A Thucydide orationes ita compositae sunt, ut cum reliqua operis austeritate convenirent; a Cicerone de Thucydidis orationibus ita iudicium fertur, ut non de iis tanquam parte operis historici loquatur, sed docere velit, quem fructum futuris oratoribus afferant. Quas ut ad hoc quidem consilium minus aptas esse ostendat, ista comparatione Brut. 83. utitur: *Orationes, quas interposuit, (multae enim sunt,) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, nec velim fortasse, si possim. Ut si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quaerat: (atqui eae notae sunt optimae, credo; sed nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem, nec est iam sane tolerabilis,) num igitur, qui hoc sentiat, si is*

4) Fr. Schlegel. Hist. lit. vet. et rec. Vol. 1. p. 45. Conf. Herder. Ideen z. Gesch. d. Menschh. Vol. 3. p. 175 sq. (in Opp. Philos. et Hist. Vol. 6. ed. Tubing. min.)
5) Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 475 sq.

*potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime, sed quandam sequatur aetatem. Sic ego istis censuerim et novam istam, quasi mustum de lacu, fervidam orationem fugiendam, nec illam praeclaram Thucydidis nimis veterem, tanquam Anicianam notam persequendam. Ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior.* Et Orat. 9. *Thucydides*, ait, *res gestas et bella narrat et proelia, graviter sane et probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione civili vitium vel maximum.* Et paulo inferius *Quis*, ait, *unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? At laudatus est ab omnibus. Fateor; sed ita ut rerum explicator prudens, sincerus, gravis, non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. Nec vero si historiam non scripsisset, nomen eius non extaret, quum praesertim fuisset honoratus et nobilis* [6]). Herodoti et Thucydidis orationum diversam naturam indicavit Marcellin. §. 38. Herodotus, ait, δι' ὀλίγων ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας [7]).

## 22. THUCYDIDIS HISTORIAE IN LIBROS DIVISIO.

Thucydidis historiae non unam apud veteres partitionem fuisse liquet e Diod. 12, 37. ὁ δὲ Θουκυδίδης ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι γέγραφεν ἐν βιβλίοις ὀκτὼ, ὡς δέ τινες διαιροῦσιν, ἐννέα et ex Marcellin. §. ult. „Fortasse, Wessel. ad Diod. ait, nata omnis haec est discordia, quod, quum Thucydides continua oratione historiam absolvisset, critici eandem in plures pancioresve libros secuerint, quae opinio est etiam Scholiastae Cass. extremo libro 4." [1]). Probabile est, eam, quae nunc est, divisionem ab Alexandrinis profectum esse. Certe ea dominabatur iam aetate Dionysii Hal. et Diodori (12, 37. 13, 42.) et Marcellini. Quod Diod. dicit, a quibusdam historiam Thucydidis novem libris partitam fuisse, Krueg. Vit. Thuc. p. 84.

6) De orationibus historicorum vid. Bentl. Dissert. de Epist. Phalarid. p. 15. Heilm. Krit. Ged. von dem Char. u. d. Schreibart des Thuc. in Opuscc. a Danovio editis Vol. 2. p. 126—138. Heeren. Ideen 3, 1. p. 404 sq. Creuz. Herodot. et Thuc. p. 110 sqq. Wachsm. Entw. einer Theorie d. Gesch. p. 134 sqq. Posselt über d. Reden gr. Römer in Kl. Schr. (Norimb. 1795.) p. 33 sqq. P. Camper. in Thuc. et Ciceronis de eo sententiam Diss. (Lugd. 1821.) p. 102 sqq. Omnium autem, mea sententia, optime de orationibus Thucydidis, inprimis Pericleis disseruit Kutzen. De Pericl. p. 144 sqq. Conf. Mans. Spart. 2, p. 72. not. n. [Conf. etiam Ulrici Charakteristik der antiken Historiographie p. 38 sqq. Heimanni diss. acad. de Thucyd. orationibus. Berol. 1833.]

7) De his verbis v. Creuz. Art. Hist. Gr. p. 166.

1) v. Bast. ad Greg. Cor. p. 935. Popp. 1, 1. p. 74. H. Steph. ap. eundem 1. Commentt. p. 5 sqq. Krueg. Vit. Thuc. p. 82.

suspicatur, supplementum Xenophontis loco noni libri habitum esse. Alii in tredecim libros dividebant, quibus quartus liber initium habebat a 2, 79., sextus a 4, 1., septimus a 4, 78. 2); Secundus liber apud eosdem Kruegero videtur incepisse ab 1, 88—146., tertius a 2, 1—78., quintus a 3, 51., octavus a 5, 24., nonus a 6, 1., decimus a 6, 63., undecimus a 7, 19., duodecimus ab 8, 1., tertius decimus ab 8, 61. 3).

## 23. THUCYDIDIS HISTORIA MATURE DEPRAVATA.

Scribit Philemon Grammaticus in Villoisoni Anecdd. Vol. 2. p. 136. not., Thucydidis aliorumque egregiorum scriptorum opera mature tum librariorum erratis, tum emendatorum audacia depravata esse. Wessel. ad Diod. 13, 12. monet indicia esse, quae Thucydidis libros iam Plutarchi aetate depravatos fuisse significent.

## 24. THUCYDIDIS COMMENTATORES.

Quia Thucydidis libri difficillimi sunt ad intelligendum, mature multos exortos esse credere licet, qui eis illustrandis operam darent. In his commentatoribus a Suida et Eudocia Viol. p. 163. Villois. *Euagoras* memoratur: *Εὐαγόρας Λίνδιος ἱστορικὸς ἔγραψε βίον Τιμαγένους καὶ ἑτέρων λογίων, ζητήσεις κατὰ στοιχεῖον, Θουκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις έ, περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ξητουμένων κατὰ λέξιν* etc.[1]). Porro Suidas *Heronem*, Atheniensem, rhetorem ait *ὑπόμνημα* in Thucydidem composuisse. His Fabr. Bibl. Gr. addit *Numenium* rhetorem, temporibus Hadriani clarum, qui composuit *τοῦ Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους χρειῶν συναγωγήν*, et *Iulium Vestinum*, Sophistam, de quo Suidas in *Οὐηστῖνος*, qui scripsit *ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος*, denique *Sabinum*, quem interpretibus Thucydidis adnumerat Casaub. ad Diogen. Laert. 3, 47. et sub Hadriano floruisse Suidas dicit. In Scholiis (et apud Marcellinum) interpretes nominantur *Antyllus* ad Thuc. 3, 95. 4, 19. 28., *Asclepiades*, qui vulgo male appellatur Asclepius ad Thuc. 1, 56., et in Scholiis tantum, non item apud Marcellinum *Phoebammo* ad Thuc. 1, 53. Sed praeter hos obiter, neque sic ut ipsos Scholia confecisse appareat, memorantur *Herodianus* ad Thuc. 2, 19. 8, 44., (ubi vulgo Herodes scribitur,) nobilissimus procul dubio ille Aelius Herodianus, qui sub Antonino Philoso-

2) Ut discitur ex Scholiis. Falso apud Scholiastam Cass. ad 1, 114. legitur *ἐν τῷ στ'* (scr. *ζ'*) *τῶν συγγραφῶν διάλεξις Βρασίδου πρὸς Τορωναίους*. Kr.

3) Kruegero Vit. Thuc. p. 84. haec divisio videtur post Diodorum orta esse, ut qui eam non memoret.

1) i. e. disquisitionem de verbis ambiguis. Ruhnk. Addendis ad Hesych. Praef. p. 2, 23.

pho floruit, *Choeroboscus* ad Thuc. 8, 44., cuius in Dionysii Thracis Grammaticam adnotationes nuper in Anecdd. Vol. 2. Bekk. divulgavit, et *Orus Milesius*, de quo v. Hemsterh. in Praef. ad Hesychium, denique *Tzetzes* ad Thuc. 1, 113. 123. 2, 102.

„De auctore Scholiorum, ait Duk. in Praef., Fabr. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 727. Harl. non sine ratione Stephano assentitur putanti, non unius alicuius, sed plurium Grammaticorum interpretationes deinde a recentioribus quibusdam in unum corpus collatas esse. In eadem sententia est Casaub., qui non dubitat, quin Scholia, quae etiamnunc extant, ex Sabini, Antylli et Phoebammonis commentariis descripta sint. Et e plurium interpretationibus consuta esse, fidem facit liber Cass., in quo quum primum tantum pars eorum, quae in vulgatis leguntur, vetusta manu scripta esset, deinde alius longe recentior multa addiderat, haud dubie quod ea in aliis exemplaribus invenerat.“ Clarius idem ex cod. Aug. perspici addit Popp. 2, 1. p. 67., qui admodum magnam vulgarium Scholiorum partem omittat, et pro iis interdum alia addat, sicut etiam in Reg. Bas. Pal. passim alia Scholia legantur. Ac saepe uno in loco interpretationes a diversis hominibus propositas cerni, quarum alteram alteri repugnare et refellere nonnunquam alteram conari, alibi autem utramque consentire et bis idem dici, unde interdum ἄλλως interpositum videri, alibi ad diversas interpretationes discernendas a se ipso notam insertam esse.

De aetate veterum illorum interpretum partim nihil certi ex Scholiis constitui potest, partim iam dixi. De Antyllo vide adnotata ad Marcellin. §. 22., de Asclepiade ibidem ad §. 57. „Phoebammonem rhetorem, addit Duk., aequalem fuisse Synesio i. e. Imperatore Arcadio vixisse, suspicatur Fabr. Bibl. Gr. 31, 16, 9. Is, qui ad Thuc. 1, 132. scribit, regem Romanorum tripodem ex praeda Persica Apollini Pythio a Pausania dedicatum Byzantii in circo posuisse, non ante Constantinum M. vivere potuit, ut constat ex iis, quae ad Callim. H. Del. p. 391. scribit Spanh. Nec Iuliano antiquior fuit, qui ad Thuc. 3, 37. Gregorium Nazianzenum citat, quod et Christianum fuisse indicio est, ut recte Fabr., quemadmodum et eum, qui auctor est Scholii ad Thuc. 3, 38., qui, quod ibi observavit Wasse, ad verba Lucae Actt. 17, 21. respexit. In Scholiis autem codicis Bas. ad 4, 83. etiam Belisarius laudatur, quem Iustiniano imperante floruisse nemo ignorat.“ Recentissima Scholia codicis Pal. esse, monuit Popp., quae maximam partem constant versiculis, ab ipso librario, qui hunc codicem transscripsit, ut Popponi videtur, confectis, et Tzetzae mentionem iniicientibus. Ioh. autem Tzetzes, auctor Chiliadum, vixit circa annum 1150.

Ex his Scholiis multa αὐτολεξεί legi in Lexico Suidae (adde Photii, Phavorini), adnotavit Duk. „Haec, ait, Steph., Reines.

et viri docti vulgo Suidam inde transscripsisse, ut alia ex Aristophanis, Sophoclis et aliorum Scholiis, existimant. Qui quaesiverunt, utrum Suidas sua ex interpretibus Aristophanis, an illi ex Suida acceperint, idem de interpretibus Thucydidis quaerere possint. Suidam plurima ex vetustis Scholiis Aristophanis in Lexicon suum contulisse, bene ostendit in Praef. Suidae Kust., et vel unus locus in μακκοᾷ ab eo non animadversus extra controversiam ponit." Addit idem: „De Scholiis Thucydidis non habeo quidem tam certum argumentum, sed siquis consideret, quae ap. Suidam in καταφρόνησις leguntur, facile sibi persuadebit, ea ex his Scholiis 1, 122. sumta esse. Et omnino probabile est, Suidam quod in Scholiis Aristophanis, idem etiam in his factitasse, quum dubitari non possit, quin veteres illi interpretes Thucydidis illo antiquiores fuerint, quippe qui etiam e Marcellino, quem Antyllo et Asclepiade iuniorem fuisse constat, quaedam transscripserit. Quanquam hoc quoque vero non dissimile est, quemadmodum Scholiis in Aristophanem, ita his quoque ex Suida quaedam adiecta esse, cuius rei argumentum ex eo capi potest, quod in marg. cod. Gr., in quo paucissima sunt Scholia, locus Suidae in κάχληκες ad verbum transcriptus est ad 4, 26."

## 25. THUCYDIDIS CONTINUATORES.

Historiam Thucydides modo ad vicesimum primum belli annum produxit, ab aliis continuata est, ut a Cratippo [1]), a Theopompo [2]) et a Xenophonte [3]). Quorum librorum modo unum, Xenophontis Historiam Graecam superesse constat. Haec initium habet a pugna ad Cynossema sive ad Sestum commissa (410) et continuatur usque ad pugnam Mantinensem (362).

## 26. EPIGRAMMA IN THUCYDIDEM.

In Thucydidem extat hoc epigramma in Anthol. Gr. Vol. 4. p. 231. Iac. (Anall. Brunck. Vol. 3. p. 265.), quod primus in lucem protulit Bandinius ex cod. Thucydidis in bibl. Laurentian. Vol. 2. p. 622. [1]).

Ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δὲ πέφυκας
νῆις Μουσάων, ῥίψον ἃ μὴ νοέεις.
εἰμὶ γὰρ οὐ πάντεσσι βατός· παῦροι δ' ἀγάσαντο
Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

1) Dionys. Hal. p. 847.
2) Diod. 13, 42. 14, 84. Polyb. 8, 13, 3. Voss. de Hist. Gr. 1, 7. Ions. de Scriptt. Hist. Philos. 1, 9. Testatur etiam Anonym. in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ, Theopompum res Graecas orsum esse, ubi desierat Thucydides, annosque complexum sedecim desinere in navali pugna circa Cnidum. Huds.
3) v. Diod. 13, 42. adnot. ad Marcellin. §. 45.
1) v. Jacobs. Animadvv. ad Anthol. Gr. 3, 2. p. 169.

# ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ
## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ
### ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΠΑΡΕΚΒΟΛΗ.

---

Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ 1 ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι· πολὺς γὰρ ὁ ἀνὴρ τέχναις καὶ κάλλει λόγων καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων καὶ στρατηγικαῖς συμβουλαῖς καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον· πρὸ γὰρ τῶν

**De auctore.** Primus, quod sciam, et antiquissimus scriptorum qui Marcellini meminerunt, Suidas est in v. ἀπήλαυσε et ἀπολαύειν. Verum num is sit, quem in Μαρκελλῖνος Sallustio philosopho familiarem fuisse narrat, pronuntiare non ausim. Eum ad Valentiniani, Valentis et Gratiani tempora referri debere existimat Voss., eundemque esse arbitratur, cuius in Hermogenem de Statibus commentarios una cum Syriano et Sopatro excudit Ald. Quin et Gesneri suspicio est, non alium esse ab Ammiano Marcellino, cuius ex uno et triginta historiarum libris extant hodie libri octodecim, nempe quia Ammianus ille Graecum se fuisse dicit extremis libri 31. verbis, et phrasis ipsa satis hoc prodit. Ad quam coniecturam probandam non leve accedit argumentum, quod Ammianus Marcellinus (ut adnotavit Voss.) plurimis in locis imitatus est Thucydidem et nonnulla ab ipso mutuari solet. Huds. Krueg. Vit. Thuc p. 8. adn. 3 in Marcellin §. 1. imitationem Aristidis se deprehendisse putat.

**De partibus huius vitae.** Auctor anonymus Observationum in Thucydidem, quae leguntur in Diario literario Hagensi (Journal littéraire) Vol. 4. p. 429 sq. contendit, hanc vitam non esse unius auctoris, sed trium diversorum scriptorum de Thucydide ἀποσπασμάτια, quorum secundum incipiat §. 46., tertium §. 56. Fabr. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 721. Valck. ad Herodot. 6, 103. duas partes facit, secundam incipiens a §. 46. Popp. 1, 1. p. 21. quatuor a pluribus conscriptas, postea leviter iunctas partes esse putat, secundam incipiens a §. 35., tertiam a §. 46., quartam a §. vel 54. vel 56. Grauert ipsius Marcellini esse putat §§. 1—44.; a §. 45. alteram partem incipere non eiusdem auctoris, diversi insuper verba inde a §. 54. insequi.

§. 1. *Καὶ στρατηγικαῖς συμβουλαῖς*] Ita vel συμβουλίαις ex Suida emendat Grauert. Intelligit Thuc. 1, 80. 140. 2, 60. 4, 59. 6, 9. 16. 33. et confert Marcellin. §. 42. Popp. exhibuit στρατηγίαις ex Suida v. Θουκυδ. et cod. Pal. Vulgo καὶ στρατηγίᾳ καὶ συμβουλαῖς. Pro καὶ συμβουλαῖς Casaub. coniecerat καὶ συμβουλευτικαῖς.

2 λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρός, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης, ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ᾠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν, τῷ δὲ Μιλτιάδῃ πρὸς Αἰακὸν τὸν 3 Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· „Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος, τοῦ δὲ Ἐπίδυκος, τοῦ δὲ Ἀκέστωρ, τοῦ δὲ Ἀγήνωρ, τοῦ δὲ Ὄλιος, τοῦ δὲ Λύκης, τοῦ δὲ Τύφων, τοῦ δὲ Λάϊος, τοῦ δὲ Ἀγαμήστωρ, τοῦ δὲ Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις* τοῦ δὲ Μιλτιάδης, τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη* τοῦ δὲ Μιλτιά-4 δης, ὃς ᾤκισε Χεῤῥόνησον.“ μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ 5 πρὸς Θουκυδίδην; ἔστι γὰρ οὕτως τούτῳ συγγενής· Θρᾷκες καὶ Δόλογκοι ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, ὄντας γείτονας· ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος ὁ θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. θεῶν γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ' Αἰσχύλον ὑπερτέρα· πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὰν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας ὑπέρ τε 6 ὀμμάτων κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ. καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων· ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἕξειν ἡγεμόνα τοῦτον ὃς ἂν αὐτοὺς ἀλωμένους ἐπὶ ξενίαν καλέσοι. τότε καὶ Κροῖσος

§. 3. *Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ*] apud Sturz. p. 84. ed. sec.

*Φιλαίας*] Alii *Φίλαιος*, Tzetz. *Φίλιος*. Philaeus nepos vel unus posterorum Aiacis erat ex Telamone, si audias Pausaniam 2, 29, 4. Filium Aiacis cum Pherecyde consentientes faciunt Herodotus 6, 35. Plut. V. Sol. 10. Vid. Wessel. ad Herodot. l. c. et Sturz ad Pherec. p. 85. Mox pro *Δάϊκλος* Casaub. coniecit *Αἴκλος*, pro *Ἐπίδυκος* Grauert. emendat *Ἐπίδικος*, fortasse scribendum *Ἐπίλυκος*, quod certe Atticum nomen est. v. Andocid. de Myst. p. 58. Reisk. Pro *Τύφων* in cod. Pal. est *Τόφων*, unde editores Heidelb. coniiciunt *Ἰοφῶν*.

*ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις*] Hic locus et mancus et turbatus est. Ordo stirpis hic est: Tisander — Hippoclides, qui Archon fuit Ol. 53, 3. vel. 54, 3. (vid. Sturz. ad Pherec. p. 85.) — Cypselus — Miltiades I. — Cimon Coalemus — Miltiades II. Praeter hos tertius quidam Miltiades memoratur. Hic est is, quem Pausan. 8, 39. dicit Ol. 30, 2. archontem fuisse, sed 4, 23. extr. Ol. 29., de qua differentia v. Perizon. ad Aelian V. H. 12, 35. Hic fortassis plane non pertinet ad nostram stemma. Certe nec Tisandri filius putari potest, et ob temporum rationem, et ob locum Herodoti 6, 127. sqq., in quo Hippoclides diserte vocatur filius Tisandri. Sturz. ad Pherec. p. 86.

§. 4. *Ἑλλάνικος*] ap. Sturz. p. 50.

§. 5. *Δόλογκοι*] Sic coniecit Wessel. ad Herodot. 6, 34. Vulgo *Δόλοπες*. Rectius etiam cum Hudsono legas *Θρᾷκες οἱ Δόλογκοι*.

*κατ' Αἰσχύλον*] Prom. 59. et VII. c. Theb. 200 Schutz.

εἶχε Λυδίαν καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. ἱκανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι, δικαίαν δὲ ζητοῦντι τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον· ταῦτα γὰρ ᾠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. ὁρῶν οὖν αὐτοὺς πλανήτων 7 ἔχοντας στολήν, συνεὶς τί δύναται πλάνη, καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπηρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. οἱ δ' ᾔσθησαν τὸν ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῶν ξενίων εἰληφότες, καὶ πάντα αὐτῷ διηγησάμενοι στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν αὐτόν. οἱ μὲν οὖν τὸν θεόν φασιν ἐρωτήσαντα ἐξελθεῖν, οἱ δὲ οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόςκλησιν τῶν Θρᾳκῶν διηγησάμενον ἀπελθεῖν. ὃς καὶ προςδοὺς δύναμιν ἀπέπεμψεν, ἡσθεὶς ὅτι μέγα δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. οὗτος οὖν ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα καὶ μετὰ τὴν νίκην γίγνεται καὶ Χεῤῥονήσου οἰκιστής. ἀποθανόντος δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, διαδέχεται τὴν ἐν 9 Χεῤῥονήσῳ ἀρχὴν Στησαγόρας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος. ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, 10 ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. οὗτός οὖν, ὄντων αὐτῷ παίδων 11 ἐξ Ἀττικῆς γυναικός, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας λαμβάνει Θρᾳκῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμον. ἐξ οὗ καὶ αὐτῇς γίγνεται παιδίον. κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα 12 Περσῶν συσκευασάμενος τὰ αὐτοῦ εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποστέλλει. ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρᾳκικῆς· ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. Μιλτιάδης δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θρᾴκης διαφυγὼν σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ καὶ τὴν τῶν [ἐχθρῶν] συκοφαντίαν· ἐγκλή- 13 ματα γὰρ αὐτῷ [ἐπέφερον], διεξιόντες [αὐτοῦ] τὴν τυραννίδα [τὴν ἐν Χεῤῥονήσῳ]. ἀποφεύγει δὲ [καὶ τούτους, καὶ] στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίγνεται. ἀπὸ τούτου 14 οὖν κατάγεσθαί φασι τὸ Θουκυδίδου γένος, καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης κτήματα καὶ μέταλλα χρυσᾶ. δοκεῖ οὖν τισιν [ἀδελφιδοῦς] 15 εἶναι τοῦ Μιλτιάδου ἢ θυγατριδοῦς. παρέσχε δ' ἡμῖν τηνάλλως αὐτὸς ζήτησιν, μηδεμίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο ὅτι Ὄλορος οὐκ Ὄρολος ὁ πα- 16

§. 9. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος] Imo filius fratris eius uterini Cimonis Coalemi. Vid. Vit. Thuc. §. 1. stemma C.

§. 12. εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται] v. Interpp. ad Herodot. 6, 41.

§. 13. Lacunas Casaub. supplevit ex Suida in v. Μιλτιάδης.

§. 15. ἀδελφιδοῦς] Ita suppleverunt H. Steph. et Casaub. In Pal. spatium vacuum est inter τισιν et εἶναι. Piers. ad Moer. p. 379. putat excidisse υἱδοῦς. Neutrum verum est.

§. 16. ὅτι Ὄλορος] Emendavit Grauert. Vulgo hic locus ita ex-

τὴρ αὐτῷ ἐστι, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφή, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὄλορός ἐστιν, ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη, ἔνθα κεχάρακται

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

17 πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντως. ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ· ἔνθα καὶ Τιμόθεον ὑιὸν αὐτῷ γεγε-
18 νῆσθαι προσιστορεῖ. ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἕλκειν τὸ γένος, διὸ καὶ διαφθονεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵπ-
19 παρχον. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης
20 πλουσίαν σφόδρα καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προελόμενος συγγράψαι αὐτὸν παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γι-
21 νόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις, ἐξὸν Ἀθηναίοις μόνοις διδόναι καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι, εἰκὸς δὲ ἦν Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἀπαγγέλλοντας τὸ ἑαυτῶν ψεύδεσθαι, καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντες. διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν· τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται
22 τῇ τῶν πολλῶν συναδούσῃ συμφωνίᾳ. ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος, καὶ

hibebatur: μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο ὅτι Ὄρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐστι, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφὴ — ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὀρολός ἐστιν, ἡ στήλη δηλοῖ — ἔνθα κεχάρακται: Θουκ. Ὀρόλου etc. Krueg. Vit. Thuc. p. 3. adn. 8. verba αὕτη γὰρ — ἡμάρτηται ex marg. irrepsisse putat, addens etiam scholiastam ad Pind. Nem. 2, 19. ex Didymo referre Orolus.

§. 17. Ἡροδότου] Grauert. negat auctiorem adeo socordi animo esse potuisse, ut, quum statim subiecturus esset: ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται, Herodotum peregrinum fuisse non recordaretur. Coraes ad Plut. V. Cim. 4. emendat Ἡρώδου, qui stirpem ad genus Cimonis referebat. De Herode Attico v. Boekh. C. I. Vol. 1. p. 44. a.

ὄντως] Popp. legi vult ὤν, Grauert. p. 179. adn. ὄντως ὤν.

§. 18. Ἕρμιππος] De hoc v. Krueg. Vit. Thuc. p. 4. sq. Mox Huds. coniecit διαφωνεῖν pro διαφθονεῖν.

ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθεὶς, Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρός, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ ὀγδόῃ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων καταστάσεως. ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔῤῥιψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος· λέγεται γὰρ ὡς ἔῤῥιψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. οὐκ ἐπολιτεύσατο 23 δὲ ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ οὐδὲ προςῆλθε τῷ βήματι, ἐστρατήγησε δὲ ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών· ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν, Βρασίδου φθάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν ἔσχεν αἰτίαν, καίτοι μὴ πάντα καταστὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις· τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠϊόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμόνι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτω, τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες, φυγαδεύουσιν αὐτόν. γενόμενος δ' ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγήν, ὡς ἂν πλουτῶν, ἐδάνεισε τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων. 24 ἀλλὰ κἀκεῖθεν μετῆλθε 25 καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ ὑπὸ πλατάνῳ ἔγραφε· μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ λέγοντι ὡς φυγὼν ᾤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης 26 ὢν καὶ τὰ ἤθη μέτριος, εἴ γε οὔτε Κλέων παρ' αὐτῷ οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις 27 πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελῆσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων, ἀποδρᾶναί φησιν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπήνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ· Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ Πλάτωνος ἑταίρῳ διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ μέτριος καὶ ἐπιεικὴς τῆς ἀληθείας ἥττων. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί, οὗτός τε ὁ 28 Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγός, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο· τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πα-

§. 22. Ἄντυλλος] v. Krueg. p. 37 sq.
ἐν τῇ ὀγδόῃ] cap. 68.
§. 23. πεμφθεὶς γὰρ] Imo μεταμεμφθεὶς. DID.
§. 25. μετῆλθε] Popp. vult ἀπῆλθε.
Τιμαίῳ] Adde fragmento 85. p. 277.
§. 26. ἔγραφε] Haec fortasse dicta sunt contra Dionysium Hal. p. 774. 920., qui secum ipse repugnat p. 824 sq. DID.
§. 27. Ἡρόδοτος] 8, 94. Plut. de Malign. Herodot. p. 870. Wech.
Τίμαιος — ὑπερεπήνεσε] v. de Vit. et Scriptt. Timaei p. 192. 280 sq.
πολεμεῖ] Popp. coniecit βοηθεῖ, Grauert p. 183. συμπολεμεῖ. Vid. de Vit. et Scriptt. Philist. p. 118 sqq.
Ξενοφῶν] Anab. libr. 3. fin. Diogen. Laert. 2, 50. Suidas in v. Μένων.

τρὸς Μένωνος· τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητής, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος, οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων
29 εἶναι πατρὸς Ἀρίστωνος· συνεχρόνισε δ', ὥς φησι, Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ,
30 Νικηράτῳ ἐποποιῷ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Μελανιππίδῃ. καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ὁ αὐτὸς
31 Πραξιφάνης δηλοῖ, ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη. οἱ μὲν οὖν ἐκεῖ λέγουσιν αὐτὸν ἀποθανεῖν ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν, καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς· ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι, τοῦ κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις τα-
32 φέντων. Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ· ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι. ἢ γὰρ

§. 29. *συνεχρόνισε*] sc. Thucydides, Olori filius.

*Χοιρίλῳ*] Ita Steph. et Casaub. de coniectura. Vulgo *Χοιριδίῳ*. Vid. Naek. Choeril. p. 30.

*Μελανιππίδῃ*] de Melanippide utraque, poetis lyricis, v. Kust. ad Suidam. Popp.

§. 30. *Ἀρχέλαος*] Viscont. Iconogr. Gr. 1, 230. deletum vult nomen Archelai, ut sensus sit, Thucydidem, dum viveret, scriptorem non inclaruisse. Hunc sequuntur Letronn., scriptor in Ephemm. Gotting. 1822. p. 1046. Grauert. in Mus. Rhenan. 1. p. 190. et Ritschl. de Agath. Vit. p. 2., qui in precedentibus scriptum vult *ἐν τῷ περὶ Ἀρχελάου ἱστορίας*. Hi inter alia urgent, Archelai nomen sine ulla adiectione positum esse, ut anceps sit, utrum rex Macedoniae an philosophus cogitandus sit. Verum quum regis nomen clarius esset, et idem fautor poetarum hoc loco memoratorum vulgo innotuisset, cum Bredovio Vit. Thuc. p. 11. et Kruegero p. 62. existimem, etiam sine adiectione regem intelligi potuisse. Ac quum verum sit, post Archelaum demum Thucydidem in ora hominum venisse, temerarium sit, mentionem Archelai, hoc loco factam, delere.

§. 31. *ἴκριον*] Eustath. ad Hom. Od. ι', 64. p. 1614. fin. *καὶ Ἀθηναῖοι δὲ Κενοτάφων ποιοῦντες τῶν ἐν θαλάσσῃ ἀπολλυμένων κατήεσαν, φασί, περὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ φωνοῦντες τρίτον αὐτῶν τὰ ὀνόματα, οὕτως ἀπεχώρουν*, et ad Od. γ', 353. p. 1472. init. *ἴκριον* dicit nonnunquam idem significare, quod *ἱστόν*, malum. Quocum facit Hesych. v. *ἴκρια: καὶ τὰ ὀρθὰ ξύλα τὰ ἐπὶ τῆς πρύμνης καὶ πρῴρας*, ubi v. Albert. Unde patet eorum, qui in mari periissent, quorumque corpora inveniri non potuissent, in memoriam cenotaphia erecta, iisque columellas in speciem mali impositas esse. Nec tamen inde colligas, eiusmodi columellas non etiam in sepulchris, quae ossa defunctorum continerent collocatas esse, aut illud insigne mox in omnes alibi quam domi mortuos translatum esse. Quod si ita est, etiam in Thucydidis tumulo tale *ἴκρον* erigi poterat, ut qui navigationem ingressurus (*ὡς κατήει*) caesus esset, et cuius ossa Athenas transportata essent.

οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασιν, ἢ κλέβδην τεθεὶς οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προςκειμένη τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ 33 τετελευτηκέναι, κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν. τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ Τίμαιον αὐτὸν καὶ ἄλλους λέγειν κεῖσθαι μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ. λέγεται δ' αὐτὸν τὸ εἶδος γεγονέναι 34 σύννουν μὲν τὸ πρόςωπον, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας εἰς ὀξὺ πεφυκυίας, τὴν δὲ λοιπὴν ἕξιν προςπεφυκέναι τῇ συγγραφῇ. παύσασθαι δὲ τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, μὴ πληρώσαντα τῆς συγγραφῆς τὴν προθεσμίαν. ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ 35 Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν Ὁμήρου, Πινδάρου δὲ εἰς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὑψηλὸν τοῦ χαρακτῆρος, ἀσαφῶς δὲ λέγων

§. 32. ἢ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη — ἔτυχεν] Bekk. ex coniectura pro vulgatis: εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι συλληβδὴν τεθείς, οὐκ ἂν ἔτυχεν etc.

§. 33. ἐγὼ δὲ Ζώπυρον] Haec non uno modo laborant. Primum enim auctor hic e Zopyro contraria refert, atque apud eum a Didymo inventa esse paucis ante versibus dixerat; deinde quod dicit, κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν, non mirum videri non potest, quum Cratippus Thucydidis aequalis fuerit, (v. Dionys. Hal. p. 847.), aequales autem talia non credere sed scire debere, recte Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 249. not. observaverit. Qui porro Cratippus, aequalis Thucydidis, testari poterat, Zopyrum, qui multo post vixit, de Thucydide vera narrasse? Neque enim, ait Grauert. Zopyro Byzantio, qui Ptolemaei Philadelphi aetate vixit, antiquior notus est quisquam, qui tale quid tradere potuerit. Vid. Voss. de Hist. Gr. 1, 24. p. 424 sq., isque idem est Zopyrus, cuius testimonio Plutarch. Parall. Hist. Gr. et Rom. c. 36. utitur. „Neque vivos scriptores, addit Grau., antiqui laudare solebant, nec iam eo tempore doctas de magnorum virorum vitis commentationes elaborabant, quales Alexandrinorum aetate.“ Unde colligit, aut nomen Κράτιππος corruptum esse, aut vocem συνακμάσας apud Dionysium Hal., aut a Marcellino male acceptum esse Didymum, qui nihil nisi idem affirmare Cratippum tradidisset. Dionysii certe locum non corruptum esse, Plutarchi loco de Glor. Ath. c. 1. Popp. comprobat. Ipse verba Marcellini corrupta putans pro ἐν Θρᾴκῃ scribi vult ἐν Ἀττικῇ, Grauert. legi vult οὐ λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ etc., quod Graece dici posse dubitat Krueg. Vit. Thuc. p. 56. adn. 3. Verum hoc quoque nomine nec Popponis, nec Grauerti coniectura probari potest, quia sic Marcellinus et probaret Zopyri rationem §. 32. extr., idemque §. 33. init. improbaret. Idem senserunt Dahlm. Herodot. p. 216. adn. et Didot. Vol. 1. p. CXXXV. adn. 3. Mihi sub Zopyri nomine altero loco (§. 33.) aliud nomen quodcunque latere videtur. Atque ex hoc ignoto scriptore, cuius nomen Zopyrus occupavit, is hausit, qui scripsit huius vitae sectionem 45 et 55, quibuscum confer. Anonym. §. 10. Unde simul cognoscitur, Zopyrum non fuisse aequalem Cratippi et Thucydidis, quod falso hinc collegit Krueg. Vit. Thuc. p. 53 sq.

Κράτιππος] De hoc v. Krueg. ad Dionys. Hal. Hist. p. 102. 261.

Τίμαιον] fragm. 85. p. 277.

§. 35. ἀσαφῶς δέ] Quanquam λέγων potest ad γέγονεν referri, male tamen habet coniunctio haec duorum membrorum dissimilium,

ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατός, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς δοκιμαζόμενος παρὰ τούτοις θαυμάζηται· ὁ γὰρ τοῖς ἀρίστοις ἐπαινούμενος καὶ κεκριμένην δόξαν λαβὼν ἀνάγραπτον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κέκτηται τὴν τιμήν, οὐ κινδυνεύουσαν 36ἐξαλειφθῆναι τοῖς ἐπικρίνουσιν. ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὥς φησιν Ἄντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς 37ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. μάλιστα δὲ πάντων, ὅπερ εἴπομεν, ἐζήλωσεν Ὅμηρον καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας, τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ 38τοῦ κάλλους καὶ τοῦ τάχους. τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥςπερ εἰςαγόντων τὰς συγγραφὰς καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διὰ παντὸς διηγήσει, προςώποις δὲ οὐ περιθέντων λόγους τινάς, οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος, δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων ὡς προςωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας, μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥςτε καὶ στάσει ὑποπίπτειν τὰς δημη-39γορίας· ὅπερ ἐστὶ λόγων τελείων εἰκών. τριῶν δὲ ὄντων χαρακτήρων φραστικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους ἐζήλωσε τὸν ὑψηλόν, ὡς ὄντα τῇ φύσει πρόςφορον τῇ οἰκείᾳ καὶ τῷ μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου· ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον 40ἐοικέναι ταῖς πράξεσιν. ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο, ὃς οὔτε 41ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνός, ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι καὶ μεταφοραῖς τισι. περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς οὐκ ἔστι ῥητορικῆς ἀλλὰ ποιητικῆς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι ποιητικῆς δῆλον ἐξ ὧν οὐχ' ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. εἰ δέ τις

additumque nomen ἀνήρ. Corrigendum puto ἀσαφῶς δὲ λέγων ἀνὴρ (vel ὁ ἀνὴρ) ἐπιτηδεύει etc. Grau.

ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατός] Primus Grauert. invenit, haec verba sumta esse ex epigrammate in Thucydidem.

§. 38. εἰσαγόντων] Popp. vult εἰσαγαγόντων propter sequentia.

μετὰ κεφαλαίων] i. e. cum certis locis sive fontibus argumentorum et cum partitione oratoria, ita ut Conciones eius ad certum causae statum revocari possint, in quo cernitur perfecta forma orationum, (worin das Wesen der schulgerechten Reden besteht).

§. 41. λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ] Ἀλλὰ melius abesset, neque tamen idcirco delendum est. Videtur enim ex usu huius scriptoris et eius aetatis esse, ut dicerent ὅτι sua ipsorum verba afferentes, quemadmodum antiquiores, ubi aliena verba afferebant. Verba perinde accipienda sunt, quasi scripsisset λέγομεν· „ἀλλ' ἡ συγγραφὴ — ἐπὶ τὸ συμβουλευτικόν." Conf. §. 43.

ἡμῖν ἀντείποι ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἐστιν, ὥςπερ οὐδὲ τὰ Πλάτωνος συγγράμματα οὐδὲ τὰ ἰατρικά, λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ συγγραφὴ κεφαλαίοις διαιρεῖται καὶ ἐπὶ εἶδος ἀνάγεται ῥητορικῆς, κοινῶς μὲν πᾶσα συγγραφὴ ἐπὶ τὸ συμβουλευτικόν· ἄλλοι δὲ καὶ ὑπὸ τὸ πανηγυρικὸν ἀνάγουσι, φά- 42 σκοντες ὅτι ἐγκωμιάζει τοὺς ἀρίστους ἐν τοῖς πολέμοις γενομένους· ἐξαιρέτως δὲ ἡ Θουκυδίδου ἐν τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ὑποπίπτει, τῷ μὲν συμβουλευτικῷ διὰ τῶν ὅλων δημηγοριῶν, πλὴν τῆς Πλαταιέων καὶ Θηβαίων ἐν τῇ τρίτῃ, τῷ δὲ πανηγυρικῷ διὰ τοῦ ἐπιταφίου, τῷ δὲ δικανικῷ διὰ τῆς δημηγορίας τῶν Πλαταιέων καὶ τῶν Θηβαίων, ἃς ἀνωτέρω τῶν ἄλλων ὑπεξειλόμεθα. ὅπου γὰρ δικασταὶ κρίνουσι Λακεδαιμονίων οἱ παραγενόμενοι καὶ κρίνεται πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὁ Πλαταιεὺς καὶ ἀπολογεῖται περὶ ὧν ἐρωτᾶται διὰ πλειόνων τοὺς λόγους ποιούμενος, καὶ ἀντιλέγει τούτοις ὁ Θηβαῖος εἰς ὀργὴν τὸν Λακεδαιμόνιον προκαλούμενος, ἡ τοῦ λόγου τάξις καὶ μέθοδος καὶ τὸ σχῆμα δικανικὸν καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ εἶδος. λέγουσι δέ τινες τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι καὶ 43 μὴ εἶναι Θουκυδίδου, ἀλλ' οἱ μέν φασιν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ Ξενοφῶντος. πρὸς οὓς λέγομεν ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι δῆλον· οὐ γὰρ γυναικείας ἦν φύσεως τοιαύτην ἀρετήν τε καὶ τέχνην μιμήσασθαι· ἔπειτα, εἰ τοιαύτη τις ἦν, οὐκ ἂν ἐσπούδασε λαθεῖν, οὐδ' ἂν τὴν ὀγδόην ἔγραψε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ κατέλιπεν ἄν, τὴν οἰκείαν ἐκφαίνουσα φύσιν. ὅτι δὲ οὐδὲ Ξενοφῶντός ἐστιν ὁ χαρακτὴρ μόνον οὐχὶ βοᾷ· πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἰσχνοῦ χαρακτῆρος καὶ ὑψηλοῦ. οὐ μὴν οὐδὲ Θεοπόμπου, καθά τινες ἠξίωσαν. τισὶ δέ, καὶ μᾶλ- 44 λον τοῖς χαριεστέροις, Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ, ἄλλως δ' ἀκαλλώπιστος, δι' ἐκτύπων γεγραμμένη, καὶ πολλῶν πλήρης ἐν κεφαλαίῳ πραγμάτων καλλωπισθῆναι καὶ λαβεῖν ἔκτασιν δυναμένων. ἔνθεν καὶ λέγομεν ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται, καὶ ὀλίγον καθότι ἀῤῥωστῶν αὐτὴν φαίνεται συντεθεικώς. ἀσθενοῦντος δὲ σώματος βραχύ τι καὶ ὁ λογισμὸς ἀτονώτερος εἶναι φιλεῖ· μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα. ἀπέθανε δὲ μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Πελοποννησιακὸν ἐν 45 τῇ Θρᾴκῃ, συγγράφων τὰ πράγματα τοῦ εἰκοστοῦ καὶ πρώτου ἐνιαυτοῦ. εἴκοσι γὰρ καὶ ἑπτὰ κατέσχεν ὁ πόλεμος. τὰ δὲ τῶν

§. 42. *ἐν τῇ τρίτῃ*] cap. 53—59. 61—67.
*τοῦ ἐπιταφίου*] 2, 35 sqq.

§. 43. *πολὺ γὰρ τὸ μέσον*] i. e. *πολὺ γὰρ τὸ ἰσχνὸν διαφέρει χαρακτῆρος ὑψηλοῦ.* v. Wessel. ad Herodot. 9, 82.

§. 44. *καὶ μᾶλλον*] Sensus est: *nonnullis autem videtur* (*et ita magis videtur intelligentioribus*) etc.

*καὶ ὀλίγον*] Grauert. interpretatur: *scriptus est languidius paulo, inde quod debiliorem eum composuisse apparet.* Dictum ait *κατ' ὀλίγον* esse, ut *κατὰ βραχύ*, at hoc sensu non dicitur. Malim scribere *κατὰ λόγον, καθότι* etc. i. e. *ut consentaneum est, quatenus* etc.

ἄλλων ἓξ ἐτῶν πράγματα ἀναπληροῖ ὅ τε Θεόπομπος καὶ ὁ
46 Ξενοφῶν, οἷς συνάπτει τὴν Ἑλληνικὴν ἱστορίαν. ἰστέον δὲ ὅτι
στρατηγήσας ὁ Θουκυδίδης ἐν Ἀμφιπόλει καὶ δόξας ἐκεῖ βραδέως ἀφικέσθαι καὶ προλαβόντος αὐτὸν τοῦ Βρασίδου ἐφυγαδεύθη ὑπ' Ἀθηναίων, διαβάλλοντος αὐτὸν τοῦ Κλέωνος· διὸ καὶ ἀπεχθάνεται τῷ Κλέωνι καὶ ὡς μεμηνότα αὐτὸν εἰςάγει πανταχοῦ. καὶ ἀπελθών, ὥς φασιν, ἐν τῇ Θράκῃ, τὸ κάλλος
47 ἐκεῖ τῆς συγγραφῆς συνέθηκεν. ἀφ' οὗ μὲν γὰρ ὁ πόλεμος ἤρξατο, ἐσημειοῦτο τὰ λεγόμενα ἅπαντα καὶ τὰ πραττόμενα, οὐ μὴν κάλλους ἐφρόντισε τὴν ἀρχὴν ἀλλ' ἢ τοῦ μόνον σῶσαι τῇ σημειώσει τὰ πράγματα· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐξορίαν ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ τῆς Θρᾴκης χωρίῳ διαιτώμενος συνέταξε μετὰ κάλ-
*Laur.* Laurentianus plut. 69. cod. 2. membran. fol. max., Bekkeri. Literis grandibus et rotundis, quae Platonicum *Δ* referant. Versus habet vicenos septenos, literarum 26—28. Folia sex ab initio recentia. Scholia et lemmata a recentiori manu satis multa, ab antiqua rara, neque ante librum secundum. Subscriptionem, ait Bekk., mireris: DEO GRATIAS PETRUS SCRIPSIT. Huius codicis Bekk. librum secundum et primi capita 15—146., octavi 1—31. cum editis comparavit. Tertii et quarti libri cum hoc codice collatio extat in editione Arnoldi, cuius v. Praef. Vol. 1. p. XVI. XX.[1]).

*E.* Parisiensis nr. 1733., Gailii.

*Vind.* Vindobonensis (nr. 33. codd. hist. Gr.), Alteri, cuius v. Praef. editionis (Vindob. 1786. Voll. 2. 8.)

Idem locos Thucydideos a Stobaeo laudatos cum cod. Vindobonensi Stobaei contulit. v. Thuc. ed. Lipsiens. Vol. 2. p. LIV. Est ille cod. philos. Gr. nr. 67. Conf. Fabr. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 729. Harl. Denique Alter. editioni Lucretii Vindob. 1787. 8. Thucydidis descriptionem Atticae pestilentiae addidit ex libro scripto seculi 14., quo ined. Thuc. non usus erat.

IV.

*(K.)* Parisiensis nr. 317.[2]), Gailii, hinc illinc inspectus etiam a Didoto, cuius v. Praef. Vol. 1. p. LXI.

1) Praeter hunc librum alius liber scriptus Thucydidis extat in bibl. Laurentiana Florentiae, multo recentior, nondum collatus. v. Arn. Praef. Vol. 1. p. XXII.

2) De hoc libro vid. paulo inferius in recensu librorum scriptorum Galliae.

## IV, 1.

*Ar.* Arundelianus, Hudsoni, quem v. Praef. p. XXXVIII. Beck. Vol. 2., e bibl. Norfolkiana.

*Chr.* Claymondianus collegii Corporis Christi, Hudsoni.

*Dan.* Danicus sive Hafniensis, Dukeri, cuius v. Praf. p. VII.

*b.* Monacensis (Hardt. Catal. nr. 126.) seculi 16., non ita bonae notae. Contuli cum ed. Lips. Beckii ab initio usque ad primi libri cap. 77. Quod Popp. ed. Thuc. 2, 1. p. 27. praeterea codicem Thucydidis Monacensem nr. 261. insignitum memorat, calami is lapsus est eius, qui literis ad Popponem datis hunc librum indicavit, scribens 261 pro 126.

## IV, 2.

*Mosq.* Mosquensis 217. chartaceus, Baueri, cuius vid. Praef. p. V.

*M.* Monacensis (nr. 228. ap. Hardt. Catal.), ex insula Chio quondam in illas oras allatus. Contuli ego primus. Eius nova collatio, per Bekkerum facta, extat in eius ed. stereotypa.

Ad hos accedunt libri varii incertae fidei.

## V.

*B.* Parisiensis nr. 1791—2., Gailii[3]).

*f.* Monacensis (nr. 185. ap. Hardt.), qui ex variis historiis et ex Thucydidis historia nonnulla continet. Et Thucydidea quidem initium habent his verbis: ὅτι Ἐπιδάμνιοι, ἔστι δὲ etc. Thucydidea ego excerpsi; Herodotea Werfer., quem v. in Actt. Philol. Monacc. Vol. 1. p. 274.

*Parm.* Parmensis, Arnoldi, quem v. in Praf. Vol. 1. p. XVI. XXI. scriptus est versus finem seculi 15. et plerumque consentit cum Parisiensibus D. et I. Collata sunt ab Arnoldo capita circiter 30 libri 4. et nonnulla in reliquis libris.

47. 48. libri duo, his numeris insigniti in Collectione Matth. Aloys. Canonicii, presbyteri ordinis societatis Iesu, quae coemta est Venetiis pecunia Universitatis Literarum Oxoniensis anno 1813, et nunc in bibliotheca Bodleiana asservatur. Arn. hos duos libros contulit perpaucis modo locis, quia nec antiqui sunt, et consentire utplurimum videbantur cum libris scriptis pessimae notae. v. Arn. Vol. 1. Praef. p. XXI sq.

*W.* Marcianus (Catal. 365.) fol. min., continens Herodotum, Xenophontis Historiam Gr. et Thucydidem. Huius libri

3) Parisienses (A. B. C. D. E. F. G. H. I. K.) quum valde recentes esse omnes videret, inspexit Bekk., non pertractavit, quo factum est, ut a Gailio, qui Parisienses contulit, non discesserit, nisi aliquoties in sexto libro. Ceteros non vidit. v. Gail. Mémoire sect. 4. nr. 2.

Arn. contulit nonnulla capita inde ab initio libri 4. Cuius v. Praef. Vol. 2. p. IX sq.

*Y.* item Marcianus (Catal. class. VII. Hist. prof. cod. 50.) fol. Hic liber a Gallis Parisios perlatus, anno 1815 redditus est. Multa habet Scholia nondum edita, sed ita scripta, ut facile legi nequeant. Continet nonnulla haud spernenda.

*Z.* item Marcianus (Catal. class. VII. cod. 5.) fol. Prius asservabatur apud Dominicanos in monasterio s. Iohannis et Pauli Venetiis. Hos duos posteriores libros Arn. non inspexit nisi obiter, quum haud diu Venetiis moraretur. Cuius v. Praef. Vol. 2. inde a p. VIII.

*T.* 3 b) Cantabrigiensis, consentit plerumque cum Casselano, sed haec similitudo maxima est in libris 7 et 8, ubi auctoritas libri Cass. minor est. Collatio totius quarti libri extat in edit. Arnoldi Vol. 2., cuius v. Praef. Vol. 2. p. XII sq.

*a* et *b* asservantur in bibl. Severnii, Angli, domi Thenfordiae apud Banberiam (Banburg). Hi duo libri prius penes Askevium erant, unde eos Arn. coniicit coemtos esse per Wodhullum, interpretem Euripidis, unde hereditatis iure pervenerunt ad eum, qui nunc possidet. Excerpta ex iis discrepantia scripturae reperitur in ed. Arnoldi Vol. 2. Vid. eius Praef. Vol. 2. p. XIII.

Praeter libros scriptos in censum veniunt marginibus exemplarium vel *calamo* vel *typis* adiectae discrepantiae scripturae. Ex hoc genere memorandus est:

*Marg. Steph.* Margo editionis H. Stephani; ex illo genere memorandi sunt:

*Tus.* Margo Aldinae, quae Vindobonae asservatur, Tusani lectionibus correctionibusque impletus, quas publici iuris Alter fecit.

*Marg. Vin.* Margo Aldinae et Florentinae, quae Vinariae asservantur, incerti viri docti coniecturis conspersus egregiis, quas passim interpretes Lipsienses commemorant.

*Marg. Vict.* Margo Aldinae, quae Monachii asservatur, in quem quae perpauca a P. Victorio conlata, a me enotata sunt.

Neque negligenda est:

*Vallae* interpretatio latina, qui Thucydidis historiam anno 1452 ex libro scripto latine convertit, quo fit, ut eius interpretatio ipsa libri scripti instar sit, eiusque auctoritatem Popp. negat levem esse, quum praestantissimos libros, qui collati sunt, studiose sequatur et vulgatam ubi primum atque secundum eorum genus spernit, pariter deserat. De huius interpretationis in Thucydide emendando usu disserit Popp. 2, 1. p. 72 sqq.

*Vett. Edd.* Veteres editiones quae appellantur, quinque sunt, eaeque paene librorum scriptorum loco habentur:

3 b) Eadem litera Arn. Praef. Vol. 1. p. XXII. signavit Monacensem *f*.

1. Thucydides (Graece). Venetiis in Domo Aldi, mense Maio MDII. fol. Scholia edita sunt ab Aldo anno proxime insecuto.

2. Thucydides (Gr. et Lat. cum Scholiis). Florent. apud Bernhardum Iuntam, 1526 die secunda Novembris.

3. Thucydides (Graece; Scholia ad calcem). Basileae ex officina Herwagiana, anno MDXL. fol. Haec est editio Camerarii.

4. Thucydides (Gr. et Lat.). Versio Latina Vallae est, correcta ab H. Stephano in marg. Excudit H. Stephanus A. D. 1564. fol.

5. Thucydides (Gr. et Lat. etc.) 1588. fol. Haec est altera editio H. Stephani. Accesserunt proparasceue ad lectionem Scholiorum, larga adnotatio ad primum librum et magnam partem secundi libri, Marcellini Vita Thucydidis, cum versione Latina Casauboni etc.

Addo recensum quam potero plenissimum librorum scriptorum Thucydidis, quos vel eosdem cum supra nominatis esse non constat, vel alios esse probabile fit, quique memorantur ab iis, qui catalogos bibliothecarum composuerunt.

*Florentinos* enumeravit Bandinius Vol. 1. p. 549. Vol. 2. p. 622. 638. 646., inter quos duo Laurentiani iam supra memorati sunt. Duos item Florentinos memorat Montefalc. Diar. Ital. p. 310.

*Venetos* recenset Zanetti Bibl. supra memoratae p. 171. 174. 175. Primo loco memorati simul specimen dedit. Conf. Morellii Bibl. D. Marci Vol. 1. p. 237. A Tomasino Catal. Bibl. Venet. tres Veneti commemorantur, primus p. 20., alter p. 23., tertius p. 107. Horum primus non differt ab eo, cuius mentionem fecit Montefalc. l. c. p. 13. Duo ex Codd. Venetis, quos commemorat Tomasinus, non videntur differre a libris, qui nunc asservantur in Bibl. Bodleiana.

*Mediolanenses* ibidem duo a Montefalcone indicati. Ex his alter videtur Parmensis Arnoldi esse.

*Neapolitani* ibidem p. 310. duo.

*Taurinensem* unum exhibet Catal. Bibl. Taurinensis anni 1487. p. 152. Huius nonnulla capita libri 8. contulit, et unum alterumve locum memorabilem in reliquis libris inspexit Arn., quem v. Praef. Vol. 2. p. XI sq.

*Patavinus* unus indicatur in Catalogo Bibl. eius urbis p. 94.[4]) Arn. Praef. Vol. 2. p. XII. negat ullum librum scriptum Thucydidis in Bibl. Universitatis literarum Patavinae extare, neque ullus asservatur Veronae eodem teste.

*Romanorum* trium mentio fit apud Montefalconem Bibl. Bibliothecarum Ms. Vol. 1. p. 4. B. et p. 5 sqq.

4) Suspiceris, hunc Italum Bekkeri esse, nunc deperditum.

*Anglicus* chartaceus sec. 15. memoratur ab Harlessio Introduct. ad Hist. lit. Gr. Prolegg. Vol. 1. p. 66. et in Catal. Msstorum Angliae et Hiberniae. Oxon. 1697. fol. p. 50. 264., ubi codex etiam Oxoniensis solam Thucydidis vitam complectens et Is. Casauboni notis marginalibus illustratus refertur.

*Gallici* duo 1) Cod. nr. 317. Bibl. Coisl. apud Montefalc. Bibl. p. 429., bombyc. sec. 14. fol. 319. Thucydidis insunt historiae libri octo, quorum primus avulsis initio foliis mutilus est, incipiens a verbis: *ἐπείθοντο οἱ μὲν Κερκυραῖοι, ἔστι δὲ ἴσθμος τὸ χωρίον, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν· Κορίνθιοι δὲ ὡς αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἐπιδάμνου* etc. (Thuc. 1, 26. 27.) In fine abscisso folio pauca ex octavo libro desunt, desinitque postremum folium 239. in his verbis: *ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ αἱ* (scr. *Ἀν*—) v. Thuc. 8, 108. Unde patet, hunc librum non esse alium, nisi Gailii Parisiensem K. 2) Cod. Bibl. Coisl. nr. 350. apud Montefalc. l. c. p. 517., membran. scriptus anno Chr. 1424. fol. 131. Ubi erasa priore scriptura decimi seculi altera nova posita est. Sub initium scribitur in loco vacuo: *πάλαι μὲν Ἡρόδοτοι καὶ Θουκυδίδαι,* quo significatur, olim in his membranis scripta fuisse Herodoti et Thucydidis opera. „Si quidem, ait Montefalc., ut diximus Palaeogr. Gr. p. 318., a seculo duodecimo veteres scripturae abradi et deleri coeptae sunt, ut nova inscriberentur vetustioribus illis longe inferiora.“

*Matritiensem* commemorat Iriarte p. 84.

---

# ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

Prooemium 1—23. Haec pars historiae Thucydidis ab antiquis scriptoribus *προοίμιον* appellatur, velut ab Luciano Navig. 3. Vol. 8. p. 158. Bip. v. Hemsterh. Anecdd. Vol. 1. p. 111 sq. Grammatici praeterea *ἀρχαιολογίαν* vocant, velut Schol. Thuc. 1, 12 et alibi. Profitetur scriptor, se bellum Peloponnesiacum conscribere aggressum esse, ut maxime memorabile omnium, quae unquam gesta sint. 1. Magnitudo belli declaratur comparatione facta cum antiquo statu Graeciae 2—19. Natura historiae Graecae in universum, tum praesentis operis 20—23. Causae belli Pelop. et quidem palam dictae 24—26. Res Corcyrae 24—55. Bellum Corcyraeorum et Corinthiorum 24—31. Oratio Corcyraeorum 32—36. Oratio contra eos habita a Corinthiis 37—43. Athenienses participes fiunt belli Corinthiorum et Corcyraeorum 44—55. Defectio Potidaeae 56—66. Lacedaemonii bellum decernunt sine consensu omnium sociorum 67—87. Conventus sociorum Lacedaemone 67. Oratio Corinthiorum 68—71. Adversaria Atheniensium oratio 72 — 78. Oratio Archidami 79—85. Oratio Sthenelaïdae 86. Decretum concionis 87. Vera causa belli aucta Atheniensium potentia et Lacedaemoniorum invidia fuit 88—118. Quomodo Athenienses opibus aucti et principatum nacti sint 89 — 96. Quomodo Athenienses socios perdomuerint. Digressio de rebus inter bella Persica et Peloponnesiacum gestis 97 — 118. Hanc partem libri primi Veteres (ut Fronto Epist. ad Imperatorem Verum 2, 2. Schol. Thuc. 1, 18. 19. 42. 75. 89 al. Schol. Aristid. p. 70. 74. 365. 368. 369. Fromm. *πεντηκονταετίαν* sive *πεντηκονταετηρίδα* vocant, quia hoc libri primi spatium res quinquaginta ferme annis gestas complectitur v. Thuc. 1, 118. init.[1]). Lacedaemonii bellum decernunt consensu sociorum 119—125. Conventus sociorum 119. Oratio Corinthiorum 120 — 124. Socii bellum gerere constituunt 125. Criminationes mutuae et praetextus belli 126—139. Piaculum Cylonis 126. 127. Piaculum Taenari et Minervae Chalcioeci 128 — 138. Pausaniae proditio et obitus 128 — 134. Digressio de fuga et morte Themistoclis 135 — 138. Aliae utrimque criminationes et postulationes Lacedaemoniorum 139. Athenienses bellum decernunt 140—146. Oratio Periclis 140 — 144. Decretum Atheniensium, quo tamen commercia hostilium nationum nondum tolluntur 145. 146.

1) Ita brevis narratio rerum a Graecis gestarum inde ab expugnata Sesto usque ad initium belli Pelop. iusta est continuatio historiae Herodoteae, cuius ipsi capiti 121. ultimi libri haec Thucydidea annectuntur. Si qui volent chronologico ordine res gestas persequi, perlecto Herodoto adibunt Thucydidem c. 89., quem perlegent usque ad c. 117. extr. His lectis redibunt ad c. 24. et legent scripta inde usque ad c. 88. extr. Quo facto procedent ad c. 118. Digressiones de Pausania et Themistocle *ἐκ παραλλήλου* cum capitibus 95—98. competunt. Arn.

# ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

## ΞΥΓΓΡΑΦΗ.

---

### Α.

Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοπον- 1
νησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξά-
μενος εὐθὺς καθισταμένου καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ
ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζον-
τές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ καὶ τὸ
ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, τὸ μὲν

1. *Ἀθηναῖος*] *ein* Athener. v. Matth. Gr. p. 559. vers. fin. Aeque modeste Herodotum orsum esse, adnotavit Krueg. ad. Dionys. p. 204.

*τὸν πόλεμον — ὡς ἐπολέμησαν*] Recte tria scriptorem dicere adnotavit Schol.: *τὸν πόλεμον* sive *τὸ πρᾶγμα* — *ὡς ἐπολέμησαν* sive *τὸν τρόπον*, denique dicens *καὶ ἐλπίσας* causam adiecit, cur hoc bellum conscribere aggressus sit. v. Matth. p. 907 sq.

*ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων*] *bellorum, quae unquam gesta sunt, maxime memorabile.* Liv. 21, 1. Exspectes *ἀξιολογώτερον τ. πρ.* At v. Doederl. vers. Germ. Vit. Tac. Agric. p. 49. Herm. ad Vig. p. 718, 57.

*τεκμαιρόμενος — ὁρῶν*] i. e. *καὶ ἐλπίσας* — *τεκμαιρόμενος* (*animo praecepit eo, quod his argumentis ducebatur*) *ὅτι τε ἀκμάζοντες ἦσαν* — *καὶ ὁρῶν* i. e. *καὶ ὅτι ἑώρα*. Copula *καὶ* posita ante *ὁρῶν* refertur ad encliticam *τε*, quae posita est post *ἀκμάζοντες*, et poni poterat etiam post *ὅτι*.

*ἀκμάζοντες — ἦσαν*] Aug. teste Bekk. *ἦσαν*. Schol. *ἦσαν*] *μετὰ σπουδῆς ἐπυρεύοντο.* Unde Schaef. ad Dionys. De C. V. p. 324. et Bekk. in Praef. ed. min. p. IV sq. reponi volunt *ἦσαν*. Suidas s. v. *ἦα* ex *h. l.* adfert *ἤϊσαν*, Phot. *ἤισαν* i. e. *ἦσαν*. Conf. Zonar. Lexic. Bibl. Coisl. p. 234. 600. Schol. Plat. p. 404. Bekk. Bast. ad Greg. Cor. p. 784. Ac sane *ἰέναι ἐς πόλεμον* tritissima apud hunc scriptorem phrasis est, qua significatur plerumque *bellum suscipere*. At Thuc. non novit formam *ἦσαν*, sed unice *ᾔεσαν*, de qua v. Buttm. Gr. max. p. 561. Si *ἦσαν* retinetur, periphrasis eius generis exsistit, quod explicat Matth. §. 559., quem vid. p. 832. de verbis statim sequentibus *τὸ ἄλλο Ἑλληνικόν*.

*πρὸς ἑκατέρους*] om. nonnulli libri, verum a Popp. et Kruegero monitum est, si haec verba abessent, non *ξυνιστάμενον*, sed *διιστάμενον* scribendum fuisse. Nam his verbis non additis verbum *ξυνίστασθαι* potius contrarium eius, quod scriptor volebat, significaturum esset. Mox ad *διανοούμενον* supple *ξυνίστασθαι*.

εὐθύς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον. κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων. τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν καὶ τὰ ἔτι παλαιότερα σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατα ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους οὔτε ἐς τὰ ἄλλα.

2 Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μεταναστάσεις τε οὖσαι τὰ πρότερα καὶ ῥᾳδίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων. τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν φυτεύοντες, ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ

*κίνησις — αὕτη μεγίστη δή*] De partic. *δή* v. Matth. §. 603. Articulus ante *κίνησις* omissus est, quia substantivum praedicati locum obtinet, et *αὕτη* subiecti, diess war die grösste Bewegung. Secus esset, si pronomen et substantivum arcte inter se iungenda essent, hoc sensu: diese Bewegung war die grösste. Popp. ad Lucian. D.D. p. 12. Blum. Script. Schol. de locis nonnullis Thuc. p. 4. adn.

*βαρβάρων*] Thraces cum Sitalce dicit, Macedones cum Perdicca, Epirotas nonnullos, Siculos et Persas inde a Dario Notho et al. Mox de neutro plur. *ἀδύνατα ἦν* v. Matth. §. 443.

*ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν — ξυμβαίνει*] i. e. *ἐκ δὲ τεκμηρίων, ἐξ ὧν ξυμβαίνει*. Schaef. ad Dionys. de C. V. p. 326. v. Matth. §. 595. extr. At Krueg. ad Dionys. p. 119. per attractionem dictum putat pro *ἃ σκοποῦντι* etc., quia Graecis mos sit, ubi participium cum verbo finito diversi regiminis coniungitur, eo casu uti, quem participium postulat. v. Matth. §. 428. 2. Mox verba *ἐπὶ μακρότατον* Schol. explicat per *ἐπὶ πολὺ καὶ συνεχῶς καὶ ἐπιμελῶς*, ut sit *diutissime perpendere*.

2. *φαίνεται — μεταναστάσεις*] v. Matth. §. 304.

*ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων*] Ed. Ald. Dionysii de C. V. loco, qui est p. 326. Sch., habet *ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλ.*, quam scripturam Schaef. praefert, propter usum, ut videtur, particulae *ἀεί* cum articulo iunctae eadem ratione, qua Latini vocem *semper* iungunt cum *omnes*, velut *omnes Siciliae semper praetores* i. e. die jedesmaligen Statthalter Siciliens. Non aliter paulo post Thuc., quanquam non iidem semper Atticae incolae erant, sed tamen quod eiusdem semper stirpis alii alios in hac terra excipiebant, Atticam *τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ* incoluisse dicit. V. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 197. C. Lugd. Longin. ed. Weisk. p. 487. Tamen vulgata consensu librorum scriptt. Thuc., ad quos accedit Schol. Aristid. p. 19. Fromm., firmatur, et *τινῶν* id eo aptius positum videri debet, quod scriptor de re incerta loquitur. Mox *νεμόμενοι* est: sie zogen aus ihrem Lande, *ὅσον* i. e. *ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε*, *quantum satis esset ad vitam sustentandam*. v. Matth. p. 897. Nam *ἀποζῆν* significat, homines illos suis bonis frui solitos esse in tantum, quantum opus fuerit, ut ex iis (*ἀπ' αὐτῶν*) victum haberent. v. Buttm. Exc. 1. ad Plat. I. Alcib. p. 174.

*οὐδὲ — φυτεύοντες*] Schol. *ἀλλὰ μόνον σπείροντες*. Etenim hostes quum terram aliquam invasissent, *ἔτεμον τὴν γῆν* i. e. oleas et vites caedebant.

*ἄδηλον ὁπότε τις — ἀφαιρήσεται*] v. Matthiae Gr. §. 564. Ex no-

ἀτειχίστων ἅμα ὄντων ἄλλος ἀφαιρήσεται, τῆς τε καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο, καὶ δι αὐτὸ οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν, ἥ τε νῦν Θεσσαλία καλουμένη καὶ Βοιωτία Πελοποννήσου τε τὰ πολλὰ πλὴν Ἀρκαδίας τῆς τε ἄλλης ὅσα ἦν κράτιστα. διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς αἵ τε δυνάμεις τισὶ μείζους ἐγγιγνόμεναι στάσεις ἐνεποίουν ἐξ ὧν ἐφθείροντο καὶ ἅμα ὑπὸ ἀλλοφύλων μᾶλλον ἐπεβουλεύοντο. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι διὰ τὰς μετοικίας [ἐς] τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι· ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ

stra ratione loquens dixeris *ἄδηλον ὂν εἰ μή τις — ἀφαιρήσεται*, quanquam Graecus homo, etiamsi *εἰ*, non *ὁπότε* ponere voluisset, tantum *εἰ*, non *εἰ μὴ* dicturus fuisset, ut Thuc. 2, 53. *ἄδηλον νομίζων, εἰ πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν διαφθαρήσεται* i. e. ob er *nicht*, ehe er dazu gelangte, zu Grunde gehen würde. Krueg. ad Dionys. p. 135. Mox *καί* in verbis *καὶ ἀτειχίστων* est *insuper, praeterea*.

*ἀναγκαίου τροφῆς*] des nothdürftigen Unterhalts. v. Heind. ad Plat. Cratyl. p. 28. et de genere adiectivi Matth. §. 118. adn. 1., quem v. p. 826. sq. de verbis statim sequentibus *τῆς γῆς ἡ ἀρίστη*.

*ἡ — νῦν Θεσσαλία*] Alii aliter prius appellatam esse tradunt. v. Strab. 9. p. 677. Alm.

*ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον — οὖσαν*] Schol. *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλ.* explicat per *ἐξ ἀρχῆς*, Phavor. per *ἀνέκαθεν*. Gottl. supplet *χρόνον* i. e. von jetzt auf sehr lange Zeit rückwärts. At aliud Scholion: *οὖσαν ἀντὶ τοῦ εἶναι.* Sic *ἐκ τοῦ οὖσαν* erit pro *ἐκ τοῦ εἶναι* commixtis duobus loquendi generibus: *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον — εἶναι* et *Ἀττικὴν ἐπὶ πλεῖστον — οὖσαν*. Nec desunt apud hunc scriptorem similes commixtiones. Vid. 4, 63. 5, 7. 6, 84. 8, 105. Tametsi simpliciorem rationem hoc loco sequi malim, quod *ἐπὶ πλεῖστον* sine *ἐκ τοῦ* magis ad spatium terrae et locorum, quam temporis pertinere videtur; tempus certe quin indicetur, dubitari non potest, si *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον* iuncta sinas.

*διὰ τὸ λεπτόγεων*] v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 43. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 171, 1. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 24, 42.

*οἱ αὐτοὶ ἀεί*] Wyttenb. Ecll. Hist. p. 359. docet Thucydidem eandem rem magis perspicue exposuisse ex persona Periclis 2, 36. *τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν.* Accedit Herodot. 7, 161. „Locus, ait Wyttenb., communis in Atticorum laudibus et orationibus, quod *αὐτόχθονες* fuerint.“ Quae laus quam vim habuerit docent Wachsm. 1, 1. p. 321. et C. Fr. Herm. p. 172, 14. Si quis denique quaerat, quomodo Atticae incolae semper iidem fuisse perhibeantur, quum peregrini continue se admiscerent, Wyttenb. respondet, catenus Atticam ab iisdem semper dici habitatam esse, quatenus veteres incolae in alienas regiones non emigrarunt, id quod in aliis regionibus Graeciae factum est. His adde Strab. 8. p. 514. A. Alm.

*ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι*] Praep. *ἐς* delenda videtur; aliter enim hic locus explicari nequit. Verba autem *διὰ τὰς μετοικίας τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι* non pendent a verbis *παράδειγμα τόδε*, sed iungenda sunt cum verbo *λόγου*. Structura igitur haec est: *καὶ*

στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ὂν ἀνεχώρουν, καὶ πολῖται γιγνόμενοι εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν· ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς ἀποικίας ἐξέπεμψαν. 3 δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωικῶν οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς, δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι. Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, καθ' ἑκά-

τοῦ λόγου διὰ τὰς μετοικίας τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι παράδειγμα οὐκ ἐλάχιστον τόδε ἐστίν. Verba παράδειγμα τόδε per sententiam verbis ἐκ γάρ incipientem illustrantur, ut fit usu Graecorum notissimo, qui ubi formulis τεκμήριον τόδε, παράδειγμα τόδε et similibus utuntur, probationem per sententiam particula γάρ incipientem subiungere solent. v. Matth. p. 1244. §. 615. p. 1293. §. 630. f. Τοῦ λόγου autem „idem fere est, ait Wyttenb. l. c. p. 359., ac τῶν λεγομένων.“ Neque aliter *oratio* latine dici constat de eo, de quo oratione agitur. Λόγος autem isto loco est sententia demonstranda, dictum, quod comprobandum auctor supra posuit: uberiores terras propter soli fecunditatem magis domesticis seditionibus turbatas, magis peregrinorum insidiis obnoxias fuisse, ideoque illis frequentiores incolarum vicissitudines contigisse; Atticam vero propter soli tenuitatem ab iisdem semper hominibus inhabitatam et in maius auctam esse, quod non tam ex illa in alias terras, quam ex aliis in ipsam migratum sit.

οἱ πολέμῳ — οἱ δυνατώτατοι] i. e. τῶν πολέμῳ ἐκπιπτόντων οἱ δυνατώτατοι. v. Matth. §. 319.

ἀνεχώρουν] In his erant Heraclidae et Messenii, Melanthi comites. v. Strab. 9. p. 602. A., ibique Casaub., Marx. ad Ephor. p. 120. Porro Iones et Pelasgi Tyrrheni. v. Herodot. 6, 137. Gephyraei et alii. Vid. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 21 sqq.

3. δηλοῖ — πρὸ γάρ] v. Matth. §. 630 f. p. 1294.

δοκεῖ δέ μοι] Orationem, ut solet, scriptor variavit. Post verbum finitum εἶχε usus est infinitivo cum nominativo εἶναι ἡ ἐπίκλησις, et in fine pro nominativo infert accusativum cum infinitivo: καλεῖσθαι Ἕλληνας. Quod eo factum esse probabile est, quia praecesserunt praepositiones cum accusativis: κατὰ ἔθνη et καθ' ἑκάστους, quae ipsa verba sunt subiecta verborum παρέχεσθαι et καλεῖσθαι, dass sie *völkerweise*, sowohl andere als vorzüglich das Pelasgische Volk den Namen hergegeben haben et dass sie *einzeln* nun anfingen, allmählig Hellenen genannt zu werden. v. Matth. §. 298. p. 596.

ἐπαγομένων αὐτοὺς — ἐς τὰς ἄλλας πόλεις] Αὐτοὺς refer ad filios Hellenis. Hic quoque subiectum verbi (ἐπαγομένων) latet in casu cum praepositione i. e. in verbis ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, ut apud Xenoph. H. Gr. 2, 415. ἤδη συνειλεγμένων εἰς τὴν Φυλὴν περὶ ἑπτακοσίους subiectum verbi latet in verbis περὶ ἑπτακοσίους. v. Matth. p. 1108. §. 560. vers. fin. Haec igitur sic accipe, quasi habeas ἐπαγομένων αὐτοὺς τῶν ἄλλων πόλεων — συνειλεγμένων περὶ ἑπτακοσίων etc. Adde Pausan. 5, 13, 3. Mox μᾶλλον intellige, Hellenas dictos esse magis commercio vitae, quam pacto et convento aliquo, vel

στους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας· οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος· πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔτι καὶ τῶν Τρωικῶν γενόμενος οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετὰ Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν, Δαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι καὶ Ἀργείους καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ. οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους εἴρηκε διὰ τὸ μηδὲ

cum Poppone ita, ut sit *magis magisque*, in dies saepius Hellenas vocatos esse. Paulo inferius ad ἐκνικῆσαι supple τὸ καλεῖσθαι Ἕλληνας. οὐ μὴν οὐδέ — ἀποκεκρίσθαι] Homerus vocis βάρβαρος usum norat, nam Il. 2, 867. Cares βαρβαροφώνους dicit. Βάρβαρος φωνὴ ei est aspera, agrestis aut simili notione, non autem norat populos barbaros i. e. nullo vitae cultu expolitos, multo minus barbaros, collective τοὺς βαρβάρους et contrarie τοῖς Ἕλλησι dictos. Recte adeo Apollodorum, qui censuerat, usu et convicio communi peculiariter Cares dictos esse barbaros, refellit Strab. 14. p. 976 sq., non enim barbaros norat, sed barbare loquentes. Sic Καρικὴν Μοῦσαν recte dixerunt τὴν βάρβαρον καὶ ἀσαφῆ Grammatici apud Suidam h. v. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 434. Vid. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 17, 1. Nitzsch. Anm. zu Hom. Od. p. 35. et Gibbon Decline and Fall c. 51. adn. 162. Vol. 9. p. 463 sq. (ed. Londin. 1813.)

Quod autem ad nomen Ἕλληνες attinet, id scriptor primum milites Achillis ex Phthiotide gessisse dicit, de qua re v. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 20, 4. Heyn. ad Il. Vol. 5. p. 614. Apollodor. ap. Strab. 8. p. 568. C. Herodot. 1, 56. Od. Muell. Aeginet. p. 14 sqq. Quatenus commune Graecorum nomen fuit, id paulo post Homerum hoc generali sensu ab Hesiodo et Archilocho usurpatum esse Strab. l. c. perhibet, Hudsono obloquente, qui locis ab eo allatis negat comprobatum esse, Hesiodi temporibus omnibus Graeciae incolis nomen Ἕλληνας commune fuisse. Πανέλληνες enim apud Hesiodum et Archilochum, quibus Strab. utitur, non necessario omnes eos significare, qui regionem postea Ἑλλάδα dictam incolebant, sed eos qui tunc Hellenes dicebantur, latiori utique, ni fallor, sensu quam apud Homerum. Conf. Thiersch. De carminum Hesiodi cum Homericis nexu p. 11. inprimis Od. Muell. Aeginet. p. 155 sq. Adde C. Fr. Herm. p. 21, 12. Quod porro sententiae Thucydidis negantis, Hellenum nomen ab initio omnibus Graecis commune fuisse, repugnare videbatur Hom. Il. 2, 530. ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς, tanquam spurius hic versus ab Aristarcho obelo fixus est, eumque etiam Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 39, 12. praefracte negat Homericum esse, et ignoratum a Thucydide esse dicit Od. Muell. Aeginet. p. 155. Adde Schol. Venet. et Scholia brevia ad h. l. et eadem Scholl. ad Il. 9, 395. 16, 595. Phavor. s. v. Ἑλλάδα et ἑλληνίζω. Schol. Thuc. 1, 3. Atqui Thucydidi non tam adversantur hi versus, quam eius sententiam confirmare videri debent, si quidem Πανέλλησι i. e. Graecis in ditione Achillis ex adverso ponuntur Ἀχαιοί i. e. Peloponnesii, ut Homerus intellectum voluisse videtur, at interpretes eius pro synonymis scilicet haec nomina habuerunt v. Heyn. ad Il. Vol. 4. p. 310. Qui vero factum sit, ut Ἑλλήνων nomen paulatim in nomen gentis Graecorum evalesceret, varie viri docti explicare studuerunt, ut Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 365 sq. Dissen. Explicc. Pindar. p. 394., (conf. Heyn. Obss. ad Il. 2, 683. 9, 395. 16, 595.), Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 39. 42 sqq. Strabo in eodem errore est circa nomen Hellenum, quo Scholiastae. Haec enim eius verba sunt libr. 14. p. 976. C. οὐτ' οὖν Θουκυδίδης ὀρθῶς· οὐδὲ γὰρ λέγεσθαί φησι βαρβάρους διὰ τὸ

Ἕλληνάς πω ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες, οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωικῶν δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμιξίαν ἀλλήλων ἀθρόοι ἔπρα-

μηδὲ Ἕλληνάς πω ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι· τό τε γὰρ μήτε Ἕλληνάς πω ψεῦδος ὁ ποιητὴς (Od. α', 344.) ἀπελέγχαι· „Ἀνδρὸς, τοῦ κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος," καὶ πάλιν (Od. ο', 80.) „Εἴτ' ἐθέλῃς τρεφθῆναι ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος." Quibuscum conf. libr. 8. p. 567. C., ubi postquam dixit, totam Graeciam ab Homero Argos dici, dum omnes Graecos Argivos vocet, quemadmodum Danaos et Achaeos appellat, περὶ δὲ τῆς Ἑλλάδος, addit, καὶ Ἑλλήνων καὶ Πανελλήνων ἀντιλέγεται. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὸν ποιητὴν μηδαμοῦ βαρβάρους εἰπεῖν φησι, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω τὸ ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. Casaubon. ad Strab. 1. p. 106. Alm. Super verbis Herodoti 4, 36. εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ Ὑπερνότιοι ἄλλοι adnotavit haec partim ad praesentem Thucydidis locum pertinentia: „Nititur sententia Herodoti hac ratione: Hyperborei et Hypernotii contrariorum rationem obtinent. Contrariorum autem haec est natura, ut quod sit unius δεικτικὸν, alterius etiam *esse possit*, atque hic locus a philosopho tractatur Topicorum libro secundo. Quare si ea est, dicit, terrae figura, ut sint aliqui Hyperborei, ergo erunt et Hypernotii. Sed in eo fallebatur Herodotus, quod etsi τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων est δεκτικόν, tamen *non est necesse*, ut altero posito ponatur et alterum, quod philosophus ita docet, τῶν ἐναντίων οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἂν θάτερον ᾖ, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι. Simillima Thucydidis ratio: Homerus, ait, βαρβάρους οὐκ εἴρηκε, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι, i. e. *nec barbaros dicit, quod ne Hellenes quidem in unum nomen oppositum adhuc coaluissent.*" In magna similitudine Herodoti et Thucydidis conclusionum haec tamen non minor differentia inest, quod Herodotus de coniectura locutus est super Hypernotiis nescio quibus, at Thucydides eadem ratione concludendi argumenti usus est in re per memoriam temporum explorata.

ἐς ἓν ὄνομα] Dixit ἀντίπ. ἐς ἓν ὄν. pro ἐς ἓν ἀντίπαλον ὄνομα, si audis Eustathium ad Il. 2. p. 367. Rom. Heilm. vocem ἀντίπαλον adverbialiter positam accepit, ut sit im Gegensatz, quemadmodum Strabo, qui Thucydidis verba reddit per διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω τὸ ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. Hoc firmatur verbo ἐναντία, quod 1, 32. extr., sicut τἀναντία 6, 79., significat im Gegentheil.

ὡς ἕκαστοι — κληθέντες] Schol. τὸ ἑξῆς, οἱ Ἕλληνες ὡς ἕκαστοι καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες Ἕλληνες, i. e. hi igitur pro se quisque, sive suo quisque tempore et modo, Ἕλληνες et oppidatim (quotquot inter se intelligebant) et cuncti postea vocati, ante Troianum bellum nihil coniunctis viribus gesserunt. Verba sic ordinanda sunt: κατὰ πόλεις τε κληθέντες (ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν,) καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες οὐδὲν πρὸ τῶν τρ. ἔπρ.: diese Staaten also, wie und in welcher Art an jeglichen die Reihe kommen mochte, wurden später Hellenen genannt, erst städteweise (so viele nemlich als sich in ihrer Sprache als solche erkannten,) und später insgesammt, und haben vor dem Troischen Kriege nichts gemeinsam verrichtet. Ὡς ἕκαστοι est *pro se quisque* v. Herm. ad Vig. p. 853. 361. Matth. p. 1284. coll. Herodoto 1, 29. De verbis ἀλλήλων ξυνίεσαν v. Matth. §. 349. Mox στρατείαν ξυνῆλον est idem ac στρατείαν ξυνελθόντες ἐποιήσαντο. v. Herm. ad Soph. Trach. 158.

ξαν. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι ξυνῆλθον. Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν ναυ- 4 τικὸν ἐκτήσατο καὶ τῆς νῦν Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον ἐκράτησε· καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας. τό τε λῃστικὸν ὡς εἰκὸς καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης ἐφ᾽ ὅσον ἠδύνατο τοῦ τὰς προςόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ. οἱ γὰρ Ἕλληνες τὸ πάλαι καὶ τῶν βαρ- 5 βάρων οἵ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι καὶ ὅσοι νήσους εἶχον ἐπειδὴ ἤρξαντο μᾶλλον περαιοῦσθαι ναυσὶν ἐπ᾽ ἀλλήλους, ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν, ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς· καὶ προςπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις ἥρπαζον καὶ τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο, οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν, ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων. ἐλῄζοντο δὲ καὶ κατ᾽ ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον. τό τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκε. πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει 6 διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ᾽ ἀλλήλους ἐφόδους, καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ᾽ ὅπλων ἐποιήσαντο ὥςπερ

4. *τοῦ — ἰέναι*] v. Matth. p. 1061. adn. 1.

5. *οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων*] i. e. *ducibus viris non iis, qui ultimi essent potentia, sed qui non ultimi.* Haec enim sententia subaudienda est, quod non mirum videbitur ei, qui meminerit, usitatissimum esse Graecis, negare id, cuius contrarium intelligi volunt. v. Herm. ad Soph. Phil. 349. Sintén. ad Plut. Themist. p. 2. Mox *τοῖς ἀσθένεσι* Valck. ad Herodot. 8, 51. interpretatur *pauperculis.*

*καλῶς*] Vall. *egregie* interpretatur; sed ego simpliciter malim reddere *bene.* Bene autem latrocinandi seu praedandi artem exercent, (si artis appellatione etiam hic utendum est,) qui eius periti sunt, adeo ut fortasse illud *καλῶς* reddi etiam *perite* queat. Steph.

*οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν*] Ut Hom. Od. 3, 71. Mox *ἐρωτῶντες* est *interrogari advenas ab hospitibus facientes.* Nam non ipsi poetae percontari poterant. Vid. Hemsterh. ad Thom. M. p. 187 sqq. Interpp. ad Horat. 1. serm. 10, 36.

*ὧν πυνθάνονται*] i. e. tanquam neque iis, quos percontantur, hoc negotium improbantibus, neque illis, quibus curae est scire, hoc exprobrantibus. Vid. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 92 sq. Paulo ante *πύστεος καταπλεόντων* intellige interrogationes, quibus advenae interrogantur. Referuntur inter se particulae *οὔτε — τε οὐ* v. Matth. p. 1226.

6. *ξυνήθη τὴν δίαιταν — ἐποιήσαντο*] Adi. pro adverbio. Vid. Matth. §. 446. 8. Mox verbis *ταῦτα τῆς Ἑλλάδος* intellige eos, quos

οἱ βάρβαροι. σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα τῶν ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διαιτημάτων. ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος

exeunte cap. 5. nominavit, Locros Ozolas, Aetolos et Acarnanes, et ἐς πάντας *apud omnes*, ut, 133. φήρουσα ἐς τοὺς πολλοὺς ἀρετήν. De formula ἐν τοῖς πρῶτον v. Herm. ad Vig. p. 787, 250. Matth. §. 290.

ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ] i. e. propter genus vitae minus strenuum sive wegen der Entfernung von der altattischen Strenge zum Leben nach Wohlgefallen: Mox οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων sunt *antiqui inter opulentos homines* sive die Altfränkischen unter den Wohlhabenden.

οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδή] Haec mediae orationi ita inseruntur, ut in structuram nihil valeant. Plura exempla dabunt Lobeck, ad Soph. Ai. 601. et C. G. Schneid. ibid. ad v. 598. Quae locutio cum εὖ οἶδ' ὅτι — δῆλον ὅτι et similibus comparanda est. Popp. adde Herm. ad Soph. Ai. 789. Mox αὐτοῖς iunge cum ἐπαύσαντο. v. Matth. p. 709. extr.

διὰ τὸ ἁβροδίαιτον] His verbis rationem reddi, cur linteas tunicas et aureas cicadas gesserint, non cur gerere desierint, recte Arn. animadvertit. Sunt igitur iungenda cum φοροῦντες, (διὰ τὸ ἁβροδ. φορ.), non cum ἐπαύσαντο. Primum Athenienses simplici cultu utebantur, quo ceteri Graeci: at primi iidem de vitae strenuitate antiqua ad remissius vitae genus deflexi et τρυφεροί facti linteas vestes gerere coeperunt. Illud τρυφερόν non prius cessavit, quam antiqui homines inter opulentos Atticos, qui diutissime omnium pristinum morem retinerent, desierunt et ipsi linteis illis tunicis ac cicadis in capillorum tutulis uti. Idemque mos fuit apud Iones, consanguineos Atheniensium. Quum igitur illud τρυφερόν omitteretur, rursus Athenienses ad simplicem cultum redierunt, praeeuntibus Lacedaemoniis. Od. Muell. Dor. 2. p. 267. peculiarem quandam Thucydidis opinionem esse ait, *quasi vestes illae linteae antiquissimus Graecorum vestitus fuerint*; sibi satis exploratum esse, hunc vestitum ab Ionibus demum Asianis Athenas migrasse, quo circa tempora belli Pelop. deposito ad antiquiorum Graecorum amictum redibant, nisi quod mulieres, (quae olim Athenis quoque Dorico cultu usae fuerant, etiamtum Ionicas vestes maximam partem linteas servabant. Antiquissimum igitur cultum Graecorum Od. Muell. dicit fuisse Doricum, deinde aliquamdiu Ionium cultum evaluisse, postmodo Athenienses ad antiquissimum vestitum rediisse, praeter sexus muliebre. At Herodotus nihil dicit, nisi antiquissimum et quondam omnium mulierum communem vestitum eum fuisse, qui sua aetate Doricus dicebatur: ἐπεὶ ἥ γε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν ἡ αὐτὴ ἦν, τὴν νῦν Δωρίδα καλέομεν 5, 88., (cui rei nihil apud Thucydidem repugnans est,) et Thucydides Spartanos dicit reliquis Graecis simplicem vestitum praeisse. Neuter quidquam de antiquissimo Graecorum virorum cultu prodit. Nam linteas quidem illas vestes ne Thuc. quidem antiquissimum vestitum fuisse dicit, et falso Muell. hanc sententiam a mente scriptoris alienissimam ei tribuit, si quidem perspicuis verbis hic memorat, Athenienses ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον i. e. ad ipsas illas vestes linteas transisse: nec diu est, ex quo antiqui homines inter beatiores apud Athenienses linteas tunicas gerere et aureas cicadas inserendo capillorum tutulos constringere, ut propter delicatius vitae genus consueverant, desierunt. Id quod pulchre confirmant Arist. Equ. 1331. Brunck., qui sua ipsa aetate

*ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν.*

antiquum morem vestitus, qualem Thuc. describit, Athenis exolevisse significat, et Heraclides Ponticus apud Athenaeum 12. p. 512. B., qui Athenarum urbem, dum delicato vitae genere utebatur, maximam fuisse et aluisse scribit fortissimos cives, victores apud Marathona, qui primi totius Asiae vires fregissent. Eadem illa immutatis paululum verbis legas apud Aelianum V. H. 4, 22. Quum autem et Aelianus et Heraclides in recitandis verbis Thucydidis non memorent *λινοῦς*, sed *ποικίλους χιτῶνας*, suspicio de veritate scripturae loci Thucydidei orta est Hemsterhusio Anecdd. Vol. 1. p. 108., qui se profitetur mirari, quae luxuria sit in gerendo *χιτῶνας λινοῦς*, imo insignis luxuriae esse *φορεῖν ποικίλους χιτῶνας*. Tali argumento inductus verba Thucydidis satis audacter innovat, cuius coniecturam vanam esse partim vel ex superioribus diiudicare licet, partim Heraclidi et Aeliano non vitio dandum est, quod *ποικίλους χιτῶνας* nominaverunt, nec putandum, ex alio scriptore, quam Thucydide eos haec hausisse, quoniam licet *ποικίλους* appellantes, nihilominus *λινοῦς χιτῶνας* eosdem, quos Thucydides, intelligunt, quippe tunicas linteas, acu pictas. Tales linteae vestes floribus varioque ornatu distinctae Aegyptiis maxime in usu erant, atque haec manuum ars apud eosdem maxime insignis. Acu igitur pictas tunicas si intelligas, facile percipies, cur *διὰ τὸ ἁβροδίαιτον* gestas esse Thuc. prodiderit, ac cur talium tunicarum nomine tenus vilium gestationem coniunxerit cum insertione aurearum cicadarum, ad speciem splendidiore. Nam magni aestimabantur opera illa lintea, acu picta. Vid. Bloomf. ad Thuc. 2, 97. Herodot. 2, 105. 3, 47. Heeren, Ideen 1, 2. p. 128. 2, 2. p. 686 sq. Gesner. ad Lucian. Navig. 3. et inprimis Billerbeck. Flora Class. p. 85.

*ἐνέρσει*] Triplex huius vocabuli forma apparet in libris Thucydidis et apud veteres Grammaticos: *ἐνέρσει — ἐν ἔρσει* et *ἀνέρσει*. *Ἄνερσις* potest esse tantum capillorum, sicut *ἔνερσις* tantum cicadarum, unde efficitur, *ἐνέρσει* legendum esse. *Ἐνείρονται* cicadae, *ἀνείρονται* (sive *ἀναλαμβάνονται*) cincinni. Itaque Lucian. Navig. 3. recte scripsit: *οἱ πρόγονοι ἡμῶν* (Atheniensium), *οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾶν τοὺς γέροντας ἀναδουμένους κρωβύλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον.* Hinc etiam iudicare licet de loco Hesychii: *τεττιγοφόροι Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τριχῶν ἠρτημένων χρυσοῦς τέττιγας*, ubi Geel. scriptum vult *ἐνειρομένων χρ. τέττ.*, quae videtur multo melior ratio, quam Hemsterhusii Anecdd. 1. p. 110. legentis *ἠρτημένων χρ. τέττ.*

*κρωβύλον*] Thiersch. Actt. Philol. Monacc. Vol. 3. p. 273 sqq. hanc vocem ait ornatum significare, si etymon spectes, qui caput undique involvit et tanquam corona cingit. His addit, formam, quam *κρωβύλος* habebat, monstrari fragmento Eurip. Thes. apud Athenae. 10. p. 454. C., in quo pastor literarum ignarus formas, quas singulae literae nomine Thesei contentae referant, describit ac de tertia i. e. de sigmate dicit: *τρίτον δὲ* (*γράμμα*) *βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.* De eadem litera, ait, Theodectes Phaselita ibidem: *τρίτον δ' ἕλικτῳ βοστρύχῳ προσεμφερές.* Patet autem, addit, in his sigma lunatum figura semicirculari describi. Hinc eodem loco Athenaei Agathonem poetam dicit sigma illud *Σκυθικῷ τόξῳ προσεμφερές* appellare. „Adde, ait, quod eius generis cincinni calices nominati sunt, ut docent Scholia Veneta et Victor. ad Il. ρ', 52." Qui autem, quaeso, *τὸ σιγματοειδὲς* Atticae comtionis, *τὸ καλυκῶδες* eiusdem, et ea forma comtionis, qua caput undique tanquam corona cingitur, inter se coeant et concilientur? Sed simul alia inter se repugnantia in illa disputatione mihi reperisse vi-

deor. Satis multa deorum atque heroum capita marmore expressa dicit ad nostram memoriam servata esse, in quibus κρωβύλον imitatione redditum videamus. His istam κρωβύλου descriptionem adiecit: „In his imaginibus pexi exprimuntur capilli atque ita dispositi, ut naturali ordine ad frontem atque cervicem descendant, ac compressi omnem cranii concavitatem referant. Ex media autem fronte reducti sunt et in multos cincinnos convoluti, qui ab altera aure ad alteram pertinentes frontis extremitatem occupant, densa serie connexi et maxima cum cura elaborati.“ Haec descriptio partim cum illa forma σιγματοειδεῖ, καλυκώδει et στεφανώδει minime convenit, partim nova difficultate laborat, quod paulo post κρωβύλος dicitur modo signis remotioris aevi, inprimis statuis, in Aegina repertis repraesentari. Crobyli enim usum priscae Graeciae communem fuisse, cicadarum autem in eo ornatum Ionibus peculiarem. Atqui iis, quae Thiersch. de signis Aegineticis protulit, adversantur dicta ab aliis, ut ab Hirtio in Diss. apud Wolf. Anall. lit. fasc. 3. p. 171., cuius ipsis verbis utar: „Merkwürdig ist der Kopfputz von D. (intellige unam ex figuris hac litera designatam) und richtig beschrieben. Nur ist dieser sonderbare Kopfputz nicht eigenes Haar, sondern der Krieger trägt offenbar über dem eigenen kurz abgeschnittenen Haar, wovon eine Reihe kleiner Locken am untern Rande des Hinterkopfes zum Vorschein kommt, eine Mütze von feinem Leder, worauf die Locken, vom Wirbel nach vorne zulaufend, befestigt sind. Am Hinterkopfe fehlen die falschen Haare, und daher die erscheinende Glatze, was aber nur die reine Oberfläche der ledernen Mütze ist, die hinten herum am Nacken durch eine Flechte von Haaren an den Kopf festgeschnürt ist. Eine ähnliche Anordnung des Kopfputzes nimmt man selbst an Kriegern unter dem Helme wahr. Diese *mützenartige Perücke* scheint hauptsächlich als Schutzdecke gedient zu haben, damit der Helm durch seine festen Theile von Erz weniger drückte.“ Adde illud. p. 170., ubi inter alia haec leguntur: „Die eigenen Haare können auf dem Kopfe nie in dieser Art gelegt werden.“ p. 173. 174. 177 sq. Hirt. igitur negat ornatum capillorum, qualis in signis Aegineticis cernitur, in rerum natura extare, et potius capillamenti genus esse, quam vivorum capillorum imaginem. Quum autem praeterea in omnibus eiusmodi signis eundem, constantemque sculpendi tum faciem, tum corpora, tum barbam capillosque modum esse p. 177 sq. perhibeat, nemo negabit, κρωβύλον non esse id, quod in capillis signorum Aegineticorum spectatur. Neque magis constat aut ex Thierschii, aut aliorum disputationibus, utrum κρωβύλος et κόρυμβοι eandem rem significent, nec ne. Atque Iacobs. quidem ad Antipatr. Sidon. Epigr. 27. Animadvv. 2, 1. p. 35. κόρυμβον capillos intelligit in capitis vertice intortos. Schol. Thuc. 1, 6. idem de κρωβύλῳ praedicat. At hic modus comtionis, si Od. Mueller. Dor. 2. p. 270. audias, Laconicus fuit, quod Horatii verbis 2. Carm. 11. fin. comprobari addit; eumque esse speciem Dianae in simulacris veterum. Idem Ionum, qui in hac quoque re barbaros aemulati sint, morem fuisse autumat, capillos artificiosis cincinnis convolvere et super fronte fibulis aureis, in formam cicadarum effictis connectere. Addit, κόρυμβον omnium optime in κόραις Pandrosei cerni. v. eius Minerv. Poliad. p. 41 sq. Creuz. Additam. ad Fragm. Ant. Hist. Gr. p. 235. κόρυμβος quid sit, dicit Winckelmannum in Monumenti p. 1. p. 34. e veteris artis operibus ita explicare, ut sit capillus ad uvarum hederacearum similitudinem compositus, simulque docere, in viris κρωβύλον dici idem, quod in mulieribus κόρυμβος sit. Quod discrimen statuens Winckelm. secutus est Scholiastam ad Thuc. 1, 6. Denique dilucidiora haec omnia fient, si βοστρύχους — κρωβύλον — κορύμβους diligentius discernamus. Itaque βόστρυχοι singuli cincinni erunt, qui quomodo σιγματοειδεῖς appellari possint,

ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπὶ πολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε. μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο, καὶ ἐς τὰ ἄλλα πρὸς τοὺς πολλοὺς οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι ἰσοδίαιτοι μάλιστα κατέστησαν. ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο. τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο, καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται. ἔτι

facile unusquisque reperiet; quippe *ἕλικες* sunt cincinni, at nullo modo *κόρυμβοι*, neque magis *κρωβύλος* cogitari possunt hac forma praediti, quia *κόρυμβοι* sunt singulorum cincinnorum ad similitudinem uvarum compositi fasciculi, *κρωβύλος* autem, ut mihi videtur, nihil nisi tota capillorum comtio, in formam *κορύμβων* dispositorum. Verba *τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν* Thiersch. negat sine idonea causa addita esse: nam Hesychio teste fuisse *κρωβύλον* etiam *τὸν μαλλὸν τῶν αἰδοίων*, quippe hunc quoque in cincinnos conformatum. Conf. Bachm. Anecdd. 1. p. 283 sq. Et Schol. ad Thuc. 1, 6. *κρωβύλον τῶν παίδων* dicit dictum esse *σκορπίον*. Quo usu vocis *κρωβύλος* sane non comprobantur ea, quae supra de etymo huius vocis prolata sunt.

*μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι*] i. e. eine schlichte Tracht. De vestitu Spartanorum et Atheniensium v. Wessel. ad Herodot. 5, 87. et Od. Muell. Dor. 2. p. 260 sqq. per totum cap. 2. Mox *πρὸς τοὺς πολλούς* Schol. explicat per *πρὸς τοὺς πένητας*. Praepositio *πρός* iungenda cum *ἰσοδίαιτος* et aequalitatem significat: *cultum victumque aequalem cum pauperculis instituebant.* v. Od. Muell. Dor. 1. p. 269 sq.

*ἐγυμνώθησαν*] Toti nudati sunt, ut essent sine subligaculo. Antiquitus enim *περὶ τὰ αἰδοῖα ἐζώννυντο*, ait Schol. v. Hom. Od. 18, 30. Il. 23, 683. Plat. Polit. 5. p. 452. C. Theaet. p. 162. C. Casaub. ad Dionys. Hal. p. 475. Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 38. Mox *ἐς τὸ φανερόν* Bau. dictum putat per breviloquentiam cum ellipsi participii *προελθόντες*, *exutis vestibus in conspectum progressi.* De voce *λίπα* adi Buttm. Gr. max. 1. p. 234 sq.

*καὶ οὐ πολλὰ ἔτη*] Controversia est de tempore, quo primum mos nude pugnandi inceperit. „Primi secundum Platonem de Rep. 5. p. 452. C. Cretenses nudi luctati sunt, qui quum disiuncti a ceteris Graecis agerent, mos nude luctandi non latius patuit. Deinde Lacedaemonii, quos *primos* nudos certasse Thuc. memoriae prodidit. Acanthus Lacedaemonius, qui Ol. 15. *διαύλῳ* vicit (Pausan. 5, 8, 3. et Africanus), eo tempore primus nudus metam attigit. vid. Dionys. Hal. A. R. 7, 72. De tempore constat. Alii dicunt, Orsippum Megarensem primum stadio nudum palmam tulisse, quem et ipsum victorem Ol. 15. ponunt. v. Eustath. ad Il. p. 1324. Rom. Conf. Hesych. s. v. *ζώσατο*. Isidor. Origg. 18, 17. (Pausanias de tempore tacuit, neque quidquam memoravit, nisi quod in epigrammate Megarico legerat, de quo Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 553. egit. Corsinius Pausaniae de Acantho et aliorum de Orsippo locos inter se conciliare studuit, sed operam perdidit. Mea quidem opinione ad Orsippum tum gentile nomen *Λακεδαιμόνιος*, tum tempus victoriae tradnetum est, atque magis fidem habeo Etymologico M. et Scholiastae Veneto dicentibus, Orsippum demum Ol. 32. vicisse, ubi ab Africano verisimile est per errorem Cratinum, et ipsum Megarensem, positum esse. Acanthi exemplum videntur non imitati esse, et morem nude pugnandi ab Orsippo incepisse, quocum etiam Thucydidis verba *καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται* (quae cave

δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι. πολλὰ δ᾽ ἂν καὶ ἄλλα τις ἀποδείξειε τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῷ νῦν βαρβαρικῷ διαιτώμενον. τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν καὶ ἤδη πλωιμωτέρων ὄντων, περιουσίας μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων ἐπ᾽ αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον ἐμπορίας τε ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος· αἱ δὲ πα-

ne corrigas) melius conveniunt." Od. Muell. Dor. 2. p. 260 sq. adn. Conf. 1. p. 89. adn. 3. Negationem οὐ delere plane esse contra mentem Thucydidis, diuturnitatem et perpetuitatem moris ostendere volentis, monuit etiam Bau. Od. Muelleri sententiam improbans Boeckh. C. I. 1. p. 554. praefert Iul. Africani testimonium et eorum, qui Orsippi victoriam archonte Hippomene i. e. Ol. 15. accidisse tradunt. „At haeserunt, ait, nonnulli in verbis Dionysii Hal. A. R. 7, 72. ὁ δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα καὶ γυμνὸς Ὀλυμπίασι δραμὼν ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν. Quae ipsa optime congruunt narrationi de Orsippo Ol. 15. stadio vincente; cui quum inter cursum forte vel fortuiti casus simulatione subligaculum decidisset, postea prodiens Acanthus, antequam cursum iniret, sponte et palam deposuit illud subligaculum: quo referuntur verba Dionysii. Nam post stadiodromos prodibant diaulodromi et dolichodromi; Acanthus autem Pausania auctore (5, 8, 3.) vicit diaulo vel dolicho secundum Africanum, qui accuratissime notat dolichodromos Ol. 15. nudos certasse, non ex lege, ut fabulantur, sed ex arbitrio: προσετάθη, ait, δόλιχον καὶ γυμνοὶ ἔδραμον. ἐνίκα Ἄκανθος. Quodsi iam inde ab Ol. 15. dolichodromi et diaulodromi nudi decurrerunt, quid in hoc fuisset memorabile, Orsippum primum nudum stadio vicisse, siquidem vicisset Ol. 32.? Huc accedit Hesych. v. ζώσατο, ab Ol. 15. Olympiae sine subligaculo certatum esse affirmans. Thucydides vero, ubi Lacedaemonios (Orsippus autem Megarensis est) primos corpora nudasse dicit, non hoc ad Olympios ludos referendum est: quanquam Acanthus, qui primus Olympiae sponte et ante cursum abiecit subligaculum, Lacedaemonius fuit. Postremo male intelliguntur haec Thucydidis verba: τὸ δὲ πάλαι — τοῦτο δρῶσι. Qui si verbis οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδή Orsippi designaret aetatem, sive hic Ol. 15. sive 32. vicit, male locutus esset. Potius inde ab Orsippo cursores deposuerant subligacula, retinuerant ceteri athletae, quibus id minus incommodum erat, ut luctatores, pugiles: hi paulo ante Thucydideam aetatem et ipsi abiecerunt. Hoc est illud Eustathii: ὅθεν (ab Orsippo) ἐθεσπίσθη γυμνοὺς τοὺς τοιούτους (cursores) ἀγωνίζεσθαι."

ἔτι δὲ καὶ — οἷς νῦν] Ordo verborum hic est: ἔτι δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς βαρβάροις (i. e. τῶν βαρβάρων) ἔστιν οἷς etc. Mox pro ἆθλα τίθεται, καί exspectes ἔτι δὲ καὶ νῦν πυγμῆς καὶ πάλης ἄθλων τιθεμένων διεζωσμένοι τοῦτο (τὸ πυγμαχεῖν καὶ παλαίειν) δρῶσι. Neque enim, ait Popp., hoc apud barbaros singulare et moribus posteriorum Graecorum contrarium, vetustiorum autem congruum erat, quod luctae et pugilatus praemia proponebant, sed quod luctantes et pugnis certantes subligaculis utebantur.

7. πλωιμωτέρων ὄντων] i. e. da es schiffbarer wurde. v. Matth. §. 563. Mox ἀπελάμβανον Duk. explicat per τείχει διατειχίζοντες ἔνδον τοὺς ἰσθμοὺς ἐποιοῦντο.

λαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν ἐπὶ πολὺ ἀντισχοῦσαι ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν, αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις· ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν· καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνῳκισμένοι εἰσί. καὶ 8 οὐχ ἧσσον λῃσταὶ ἦσαν οἱ νησιῶται Κᾶρές τε ὄντες καὶ Φοίνικες· οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. μαρτύριον δέ· Δήλου γὰρ καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ, ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένοι καὶ τῷ τρόπῳ ᾧ νῦν ἔτι θάπτουσι. καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ πλωιμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους· οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν

*διὰ τὴν λῃστείαν — ἀντισχοῦσαι*] i. e. *veteres urbes ob latrocinia, postquam diu et restiterunt et perduraverunt, longius a mari conditae sunt.* Quaerat aliquis, quomodo homines in urbibus non munitis degentes et navibus destituti piratis diu resistere potuerint? At urbes piraticam factitantes non solum illas, quae navibus non pollebant, sed et ipsos piratas depraedabantur, id quod ipse auctor data opera monet, *nam et inter se*, ait, *qui piraticam exercebant, depraedabantur et ceterorum eos, qui, licet rerum maritimarum non periti erant, tamen litus accolebant.* Quae distinctio modi depraedationum plane inutilis foret, nisi auctor scripsisset *ἀντισχοῦσαι*. Dicat porro aliquis, „illud *ἀντέχειν* non de felici successu esse intelligendum, sed significare: *quum diu contra piratas perdurassent.* Ita igitur Thuc. diceret, antiquissimas urbes fuisse haud procul a mari; sed exorta piratica in mediterraneis locis oppida condita esse, donec tandem, piratis per Minoem aliosque eversis, rursus in ipsis litoribus maris urbes existerent. At hanc explicationem historiae adversari, quum Argos, Sicyona, Mycenas, Cecropiam, Cadmeam aliasque vetustissimas Graeciae urbes aliquantum a mari abfuisse constet.“ Verum non adversari historiae docet ipse auctor addens: *καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνῳκισμένοι εἰσί.* Altera scriptura *ἀντισχούσαν*, quae in parte librorum est, explicari nequit. Nominativum Valla et Schol. interpretantur.

8. *Δήλου καθαιρομένης*] Deli haec prima lustratio omnium, de quibus constat; altera per Pisistratum facta est versus Ol. 60. (540.) tertia totius insulae instituta est iussu Atheniensium Ol. 88, 3. (426.), qua tota insula funeribus Apollini invisis liberata est. Od. Muell. Dor. 1. p. 335 sq. v. Thuc. 3, 104. et Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 440 sq.

*τῇ σκευῇ*] Schol. *Κᾶρες πρῶτοι εὗρον τοὺς ὀμφαλοὺς* (imo *ὀχάνους*) *τῶν ἀσπίδων καὶ τοὺς λόφους.* (v. Herodot. 1, 171. Strab. 14. p. 976.) *τοῖς οὖν ἀποθνήσκουσι συνέθαπτον ἀσπιδίσκιον μικρὸν καὶ λόφον, σημεῖον τῆς εὑρέσεως καὶ ἐκ τούτου ἐγνωρίζοντο οἱ Κᾶρες. οἱ δὲ Φοίνικες ἐκ τοῦ τρόπου τῆς ταφῆς· τῶν ἄλλων γὰρ ἐπ' ἀνατολὰς ποιούντων ὁρᾶν τοὺς νεκρούς, οἱ Φοίνικες ἐξεπίτηδες ἐπὶ δύσιν.* At eandem sepeliendi rationem etiam apud Athenienses aliosque obtinuisse, docet Popp. ex Aelian. V. H. 5, 14. eiusque interpretibus.

*ξυντεθαμμένῃ*] Pars librorum *ξυντεθαμμένοι.* Utrumque Graece dicitur; illud significat *cogniti armatura, quippe quae cum eis esset sepulta*; hoc, suppleto *αὐτῇ*, *est armatura cogniti, quum cum ea sepulti essent.* Mox verba *οἱ ἐκ τῶν νήσων* intellige *οἱ ἐν ταῖς νήσοις ἐκ τῶν νήσων ἀνέστησαν.* Vid. Matth. §. 596. Verba *τῶν κρεισσόνων δουλείαν* significant *servitutem, quam melioribus serviebant.* v. Matth. p. 681.

*ὑπ' αὐτοῦ ὅτεπερ καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν κατῴκιζε. καὶ οἱ παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι μᾶλλον ἤδη τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιούμενοι βεβαιότερον ᾤκουν· καί τινες καὶ τείχη περιεβάλλοντο, ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι. ἐφιέμενοι γὰρ τῶν κερδῶν οἵ τε ἥσσους ὑπέμενον τὴν τῶν κρεισσόνων δουλείαν οἵ τε δυνατώτεροι περιουσίας ἔχοντες προςεποιοῦντο ὑπηκόους τὰς ἐλάσσους πόλεις. καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη* 9 *ὄντες ὕστερον χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν. Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ τῶν τότε δυνάμει προὔχων καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις κατειλημμένους τοὺς Ἑλένης μνηστῆρας ἄγων τὸν στόλον ἀγεῖραι. λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι Πέλοπά τε πρῶτον πλήθει χρημάτων ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους δύναμιν περιποιησάμενον τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἐπηλύτην ὄντα ὅμως σχεῖν καὶ ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἔτι μείζω ξυνενεχθῆναι, Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ*

*μᾶλλον ἤδη ὄντες*] i. e. *magis est, ut tali conditione iam fuerint, quam ut in illa prisca.* Bau.

9. *δυνάμει προὔχων*] v. Hom. Iliad. 2, 576 sqq.

*Τυνδάρεω ὅρκοις*] v. Apollod. Bibl. 3, 10, 9. Isocr. Laud. Helen. p. 239, 40. Bekk. Pausan. 3, 20, 9. Schol. Soph. Ai. 1111. Fama ferebat, Helenae procos per iusiurandum Tyndareo, patri eius, fidem dedisse, se matrimonium illud ratum habituros, cuicunque filiam collocaturus esset et marito uxorem communi ope salvam praestituros. v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 95, 20. 21.

*οἱ τὰ σαφέστατα — δεδεγμένοι*] Ordo verborum est *οἱ δεδεγμένοι τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων* i. e. *qui res certissimas* seu *maxime perspicuas Peloponnesiorum memoriae traditas a maioribus acceperunt.* Res Peloponnesiacas non dicit perspicuas esse per se, et in nulla dubitatione positas, 'sed comparatione earum rerum inter se facta quasdam intelligit exploratissimas et luculentissimas, (die sich am meisten hören lassen), alias easdemque plerasque minus dicit exploratas. Quodsi enim nihil prorsus explorati in illis rebus fuisset, non potuissent materia quaestionis fieri. Viri autem eiusmodi cognitione, quae optima parari posset rerum Peloponnesi, instructi Isocrati sunt *τὰ Λακεδαιμονίων ἀκριβοῦντες.* Mox *ἃ ἦλθεν ἔχων* converte: die er mitbrachte. v. Matth. p. 1101. fin.

*τὴν ἐπωνυμίαν*] Schol. *Ἀπία γὰρ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο.* v. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 85. et ad Apollod. 2, 1, 1. Mox iunge *ἐπηλύτην ὄντα ὅμως* et v. Beier. ad Cic. Oratt. fragmm. p. 54. Matth. §. 566, 3. Herm. ad Soph. Ai. 15.

*σχεῖν*] Interpretantur *nomen praebuisse.* Ac profecto *ἔχειν* saepe respondet latino verbo *praebere,* ubi *ἔχειν* accipe dictum pro *continere, in se habere causam, rationem, materiam alicuius rei. Ἐπώνυμος* is est, unde aliquid appellatur, et *ὁ ἐπώνυμος ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν* i. e. habet in se causam denominationis, quod usitatius dicitur *nomen praebet.*

*Εὐρυσθέως — παραλαβεῖν*] Haec melius inter se concinerent, si hac ratione conformata essent: *Εὐρυσθέως μὲν — ἀποθανόντος, Ἀτρέως δέ, μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ καὶ φεύγοντος τὸν πατέρα διὰ τὸν Χρυσίππου θάνατον, ὑπὸ Εὐρυσθέως, ὅτ' ἐστράτευε, Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐπιτρεφθέντος, καὶ ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν*

Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ, καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως ὅτ' ἐστράτευε Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ οἰκεῖον Ἀτρεῖ· τυγχάνειν δὲ αὐτὸν φεύγοντα τὸν πατέρα διὰ τὸν Χρυσίππου θάνατον· καὶ ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν Εὐρυσθεύς, βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων φόβῳ τῶν Ἡρακλειδῶν καὶ ἅμα δυνατὸν δοκοῦντα εἶναι καὶ τὸ πλῆθος τεθεραπευκότα τῶν Μυκηναίων τε καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε τὴν βασιλείαν Ἀτρέα παραλαβεῖν, καὶ τῶν Περσειδῶν τοὺς Πελοπίδας μείζους καταστῆναι. ἅ μοι δοκεῖ Ἀγαμέμνων παραλαβὼν καὶ ναυτικῷ [τε] ἅμα ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων

*Εὐρυσθεύς, βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων φόβῳ τῶν Ἡρακλειδῶν, καὶ ἅμα αὐτοῦ (Ἀτρέως) δυνατοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ τὸ πλῆθος τεθεραπευκότος, τῶν Μυκηναίων τε καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε τὴν βασιλείαν παραλαβόντος.* Sed scriptor inconcinnus esse, quam participiorum numero offendere maluit. Itaque verba *μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ*, quae proprie tantum ad nomen *Ἀτρέως* explicandum faciunt, ideoque per appositionem huic adiici debebant, ita cum *Ἀτρέως* iunxit, ac si *ὄντος* verbum primarium esset, quo, qua ratione et quo tempore Pelopidarum potentia aucta esset, declararetur. Krueg. ad Dionys. p. 238. *Dicunt longe maiorem potentiam posteris Pelopis accidisse, postquam Eurystheus quidem in Attica per Heraclidas interfectus est, Atreo vero, qui Eurysthei avunculus erat, Eurystheus, quum in bellum proficisceretur, propter necessitudinem Mycenas et imperium commiserat; pater enim propter Chrysippi necem dicitur Atreum in exilium egisse. Quum vero Eurystheus non iam rediret, Mycenaeis etiam volentibus, Heraclidarum metu (etenim et vir strenuus Atreus erat et multitudinem officiis coluerat); ita demum Atreum regno Mycenarum et ceterorum omnium, qui Eurystheo paruerant, potitum et Pelopidas Persidis potentiores factos esse referunt.* Infinitivi *τυγχάνειν — παραλαβεῖν — καταστῆναι* pendent a verbo *λέγουσι*.

*ἀποθανόντος*] Alii ab Alcmena, ab Iolao alii occisum tradunt, (v. Od. Muell. Dor. 1. p. 54 sq.) alii ab Hyllo. v. Wess. ad Diod. 4, 57. Porro Eurystheum ad Scironides rupes, et proinde non in Attica interfectum esse narrat Apollod. 2, 8, 1. et Pausan. 1, 44, 14. At Thucydides Elmsleio ad Eurip. Heracl. 860. iure videtur Megaridem nomine Atticae comprehendisse. Mater Eurysthei secundum Scholiastam Archidamia, soror Atrei erat, secundum alios Nicippe, Stheneli uxor, Atrei soror. v. Heyn. ad Apollod. 2, 4, 5.

*τυγχάνειν — αὐτόν*] sc. Atreum.

*φεύγοντα*] Schol. *τὸν Πέλοπα· ὁ γὰρ Πέλοψ τὸν Χρύσιππον τὸν υἱὸν ἀνεῖλεν, ὁ δὲ Ἀτρεὺς φοβούμενος, μὴ τὸ αὐτὸ πάθῃ, ἔφυγεν.* Aliter caedem Chrysippi narrant Scholia brevia ad Hom. Il. 2, 105., quae ex Hellanici scriptis sumta sunt. v. Sturz. ad Hellanic. p. 112. Pausan. 6, 20, 4. Hygin. fab. 85. *Chrysippum Pelops pater quum unice amaret, aegre id ferens, Hippodamia noverca filios suos Atreum et Thyestem ad eius caedem impulit.*

*τῶν Περσειδῶν*] Hom. Il. τ', 123. *Εὐρυσθεὺς Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο.* De successione Pelopidarum post Persidas v. Od. Muell. Dor. 1. p. 46 sqq. per totum cap. 3.

*καὶ ναυτικῷ τε*] *Καί — τε* interdum sic positum reperitur, ut nullam enunciationem cum antecedenti copulet, ut *τε* non habeat quo referatur, neque sequens *καί* vel *τε* praeparet. Hoc autem modo *καί — τε* ab Atticis poni, multi sunt, qui negent. V. Matth. p. 1278. Popp. 1. Commentt. p. 101 sqq. omissis locis maximam partem dubiis haec so-

ἰσχύσας, τὴν στρατείαν οὐ χάριτι τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι. φαίνεται γὰρ ναυσί τε πλείσταις αὐτὸς ἀφικόμενος καὶ Ἀρκάσι προςπαρασχών, ὡς Ὅμηρος τοῦτο δεδήλωκεν, εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι, καὶ ἐν τοῦ σκήπτρου ἅμα τῇ παραδόσει εἴρηκεν αὐτὸν

πολλῇσι νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν·

οὐκ ἂν οὖν νήσων ἔξω τῶν περιοικίδων, αὗται δὲ οὐκ ἂν πολλαὶ εἴησαν, ἠπειρώτης ὢν ἐκράτει, εἰ μή τι καὶ ναυτικὸν εἶχεν. εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ ταύτῃ τῇ στρατείᾳ οἷα ἦν τὰ πρὸ

lum exempla profert, ubi certius *καί — τε* legatur apud Thucydidem: 6, 44. [at hic *τε* om. Cl. Ven.] 7, 78. 8, 68., at hoc loco cod. F. particula *τε* caret, atque hoc eodem loco saltem aptam esse dicit interpretationem *etiamque* sive *atque etiam*, quae neque 6, 44. et 7, 78., neque in plerisque exemplorum, quae incertiora sunt, admitti possit. Ad hos locos accedit praesens locus, ubi Reg. (G.) *τε* omittit, ut duo tantum loci sint certe apud Thucydidem, in quibus libri scripti praeter singulos omnes *καί — τε* cum notione *atque etiam* tuentur, praesens locus et 8, 68. Loci per libros dubii sunt 1, 29. 43. 45. 96. 145. 5, 17. 7, 40. 43.

*οὐ χάριτι*] v. Hom. Od. 5, 307. Il. 1, 158. 2, 341., ubi Heyn. „Cum Homerus, ait, ignoret pactum Tyndarei cum procis Helenae, cui ne Thuc. quidem quidquam tribuere videtur, pacta videntur potius respici, quae pepigit Agamemnon cum singulis et Aulide cum omnibus, sacramento adactis.“ Aliis Agamemnon, donis acceptis, militiam condonasse narratur, ut Echepolo Sicyonio Hom. Il. 23, 296. Vid. omnino Platn. Nott. Iur. et Instit. apud Hom. et Hesiod. p. 112. Mox verbis *ἐν τοῦ σκήπτρου τῇ παραδόσει* significat Il. 2, 101—109. Versus qui sequitur Homericus est ibidem 108. Quam late Argos, quatenus in Agamemnonis ditione fuit, patuerit, quaerit Heyn. Exc. 1. ad Hom. Il. 2. Vol. 4. p. 441 sqq. et Od. Muell. Aeginet. p. 24 sq. Quae insulae Agamemnonis fuerint, idem docet ibidem his verbis: „Argolicae, puto, et quae in mare Aegaeum proiectae iacent; nam Zacynthum, Cephalleniam, Dulichium, Taphum (Ithacam et Salamina addit Popp.) tenent alii. Scholia Veneta intelligunt de Aeginetis et Rhodiis, sed *ἀνάσσειν* non est *ἡγεμονεύειν*, aut de novem prope Argos pagis, quos insulas dicebant.“ *Περιοικίδας* quas Thuc. dicit, eae Popponi sunt Calauria, Hydrea, Tiparenus, Cecryphalea, fortasse Aegina, quanquam de ea dubitat Od. Muell. p. 24. init. Mox de verbis *οὐκ ἂν εἴησαν* v. Matth. §. 216, 3. et de verbo *εἰκάζειν* cum dativo rei, unde aliquid colligitur, ibid. p. 742. 2.

*ταύτῃ τῇ στρατείᾳ*] Codices, quantum quidem nobis constat, omnes exhibent *στρατιᾷ*. Et *στρατιά* pro *στρατεία* haud parvo numero locorum Aristophanis dicitur, ubi propter metrum per librarios non mutari licebat, velut Lysistr. 592., ubi v. Brunck., Thesmoph. 828. 1169. Ach. 251. 1143. Equ. 587., ubi v. Dind. Paulo inferius c. 10. de eadem expeditione, qua hic, scriptor habet *τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην*, ubi tamen Popp. ex Cass. Aug. (a sec. man.) A. C. E. [Ven.] dedit *στρατείαν*. In Gr. ibidem est *στρατειάν*. Thuc. vocem *στρατεία*, ita ut omnes libri tueantur, habet uno tantum loco 7, 57. Nam 1, 99. (ubi unus Lugd. *στρατιῶν*) *στρατεία* significat *militiam* (Kriegsdienst, Kriegspflicht). *Στρατιά* sensu Heereszug sive expeditionis bellicae extat in universis libris 1, 9. 14. 4, 8, 70. (nisi quod 4, 74. de eadem illa expeditione, quae primum memoratur c. 70., in omnibus legitur *στρατείαν*;

αὐτῆς. καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν ἢ εἴ τι τῶν τότε 10 πόλισμα νῦν μὴ ἀξιόχρεων δοκεῖ εἶναι, οὐκ ἀκριβεῖ ἄν τις σημείῳ χρώμενος ἀπιστοίη μὴ γενέσθαι τὸν στόλον τοσοῦτον ὅσον οἵ τε ποιηταὶ εἰρήκασι καὶ ὁ λόγος κατέχει. Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυ-

at Vallam, qui convertit *exercitum comparabat*, patet legisse στρατιάν). 5, 79. 7, 17. 55. 8, 108. In compositis forma Attica terminata fuisse videtur per εια, sic ἀστρατεία, *detrectatio militiae*, est apud Aristophanem quoque, qui erat terminus etiam in iure Attico usitatus; sic ἐπιστρατεία est ap. Thuc. 2, 79. sine discrepantia scripturae. Praeterea sensu *expeditionis bellicae* στρατιάν Thucydidis plerique et optimi libri habent 1, 3. 9. 10. 5, 60. 6, 31. 32. 8, 72. Στρατιάς Pal. offert 2, 11., idem στρατιά 2, 80. 87., idem Ven. et H. 2, 101. H. Gr. B. Abd. Flor. Bas. Steph. 1. Reg. (a pr. man.) 1, 110.

10. μικρὸν ἦν] De singulari ἦν v. Matth. §. 305., de neutro μικρὸν ibidem §. 437. 4. Quia autem sententia non generalis est, Popp. praefert ex sequentibus πόλισμα intelligi. Praeterito autem ἦν vel propterea uti debuit, quod Mycenae triginta ferme annis ante initium belli Pelop. ab Argivis eversae erant. vid. Diod. 11, 65. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 71, 13. Scriptor autem hoc loco non sibi probandum proposuit, Mycenas parvas fuisse, sed quod Mycenae aliaeque eo tempore urbes parvae fuerint, inde non effici, ne expeditionem quidem Troianam tantam, quanta a poetis describitur et fama increbuit, Mycenis proficisci potuisse. Haec est sententia primaria, quam deinde exemplis Spartae et Athenarum illustrat. Verba ὅτι μὲν Μ. μικρὸν ἦν iungenda sunt cum voce σημείῳ. De particula μή post ἀπιστεῖν. v. Matth. p. 1048. b. *Quod autem Mycenae parvae fuerint et si quod aliud eius aetatis oppidum nunc immemorabile videtur, infirmo tali argumento utatur, qui inde non tantam Troianam expeditionem profectam esse efficere velit, quantam vel poetae describunt, vel fuisse fama obtinet.* Porro ἄν scriptor iunxit cum χρώμενος, quia, si conditionis significatio inest in participio aliquo, particula ἄν cum hoc participio coniungi solet, ut sit οὐκ ἂν ἀκριβεῖ, εἰ χρῷτο, σημείῳ ἀπιστοίη etc. Docuit Popp. Obss. p. 143. Mox ὁ λόγος κατέχει est *traditio diu durans obtinet*, docuit Valck. ad Eurip. Hippol. p. 322.

τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη] i. e. *fundamenta* (non *areas*) *aedificiorum*, horum autem non per se, sed per metonymiam rei, quae continetur, pro re, quae continet i. e. instructionis pro domo, quae instructa est. Nam negari non potest, saepissime κατασκευήν et οἰκίας discerni, ut patet exemplis apud Popp. 1. Comment. p. 109. et κατασκευάζεσθαι est sich häuslich einrichten. Haec vocabula nude nunquam de habitatione et domibus usurpantur. Vox autem κατασκευή multiplicem apud hunc scriptorem usum habet, ut et suppellectilem sive utensilia domestica (häusliche Einrichtung) et omnia bona tum moventia tum non moventia, nec solum privatorum sed etiam civitatum significet. Arnoldi cura collectos locos Thucydidis percenseamus: 1, 89., ubi Schol. explicat per κινητὴν περιουσίαν i. e. die bewegliche Habe. 2, 5., ubi idem explicat per πραγματικὴ ὕλη i. e. das Wirthschaftsgeräthe, Ackerzeug et similia. 2, 14., ubi Arn. intelligit uxores, liberos et reliquam familiam s. servos. Cuncta autem eo loco appellata, et familiam et pecora et suppellectilem et lignamenta verbo κατασκευαί 2, 16. comprehendit. Porro 2, 38. Arn. ἰδίας κατασκευάς intelligit lautiores privatarum aedium et exstructiones et instructiones tabulis pictis et simi-

*νάμεως προελθόντος πολλοῦ χρόνου τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι· καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω ξυμμάχων πολλῶν· ὅμως δὲ οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ πα-*

libus factas. Cuiusmodi quid sensisse videtur Schol., cuius haec verba sunt: ἡ τέρψις, ἡ ζωγραφία. Porro 2, 65. πολυτελεῖς κατασκευὰς interpretatur sumtuosas instructiones sive omnem suppellectilem, cultum omnem victumque, quo in agris Attici usi erant, quarum rerum verum fructum migrando in urbem amiserant, licet probabile est, eos utensilia, quae proprie dicuntur, Athenas transportasse. Atqui superba columnarum series, qua aedes circumdabantur, et ipsa nomine κατασκευή comprehenditur, quam tamen removeri non licebat, atque exspectari debebat ab hostibus devastatum iri. Deinde 2, 97. τὴν ἄλλην κατασκευὴν Arn. intelligit die übrigen Artikel des Lebensbedarfs, et 6, 31. verba σημείοις καὶ κατασκευοῖς πολυτέλεσι convertit *ornamentis et armamentis navium sumtuosis.* Denique 6, 17. verbis τὰ ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις κατασκευαῖς significari putat castella ad defendendam terram rite instructa. A voce κατασκευή vox παρασκευή ita differt, ut ista apparatus ad tempus facti (Rüstung, Ausrüstung) intelligantur.

πρὸς τὸ κλέος] Praepos. πρός comparationem indicat: *posteri post longum temporis spatium valde, opinor, diffiderent de opibus Spartanorum, comparatione facta cum fama eorum* i. e. comparatione templorum et fundamentorum reliquorum aedificiorum cum fama Spartanorum instituta. Vere de Sparta Thucydidem auguratum esse, Arn. patere monet ex descriptione status hodierni huius urbis, quam Dodw. Classical Tour. 2. p. 403. 404. literis consignavit.

τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας] intellige Laconiam et Messeniam. Thuc. Peloponnesum in has quinque partes divisam cogitat: Laconiam, Messeniam, Argolida, Arcadiam, quia Elis Arcadia comprehendebatur. v. Pausan. 5, 1, 1. Mox de Lacedaemoniorum in Peloponneso principatu v. Od. Muell. Dor. 1. p. 179 sqq.

οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως] Desideret aliquis τῆς πόλεως, at vocem πόλις in iis esse nominibus, quae etiam sensu definito (ut hic: da die Stadt nicht zusammengebaut ist) articulum omittere possunt, Popp. adnotavit, idque fieri non solum, ubi πόλεις Athenas et acropolin significat, aut in trito genere dicendi positum est, sed etiam ibi, ubi nulla ex his vel similibus excusationibus valet, ut 2, 72., ubi verba πόλιν καὶ οἰκίας Popp. apte convertit Stadt und Haus. Similiter et ἀγρός sine articulo dici, adnotavit Schaef. ad Soph. Oed. R. 630. et Appar. Cr. Demosth. 1. p. 384. Adde Matth. p. 545.

κατὰ κώμας] Nomina horum pagorum Od. Muell. Dor. 2. p. 51. ait fuisse Pitanen, Messoam, Limnas et Cynosuram, qui vici circa acropolin iacebant alii alio intervallo, alii in mediocribus collibus, alii in planis terrarum. Hi communi omnes muro Romana demum aetate includebantur v. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 51, 7 sqq. 113, 5. Mox Bau. coniecit φαίνοιτ' ἂν ὑποδεέστερα. Sic c. 102. legitur τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο et 2, 98. ἐπειδὴ αὐτῷ ἑτοῖμα ἦν, quae phrasis aliquoties repetitur. Atque eiusdem generis alia apud hunc scriptorem et alios sunt. v. Matth. §. 443. Converte: so würde sie als hinter der Erwartung zurückbleibend erscheinen. Mox infinitivus εἰκάζεσθαι pendet a primario verbo οἶμαι. Nam verba καίτοι — ὑποδεέστερα in parenthesi sunt. Primariae autem sententiae hae inter se excipiunt: *Λακεδαιμονίων εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη — λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατα-*

λαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα· Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως ἢ ἔστιν· οὔκουν ἀπιστεῖν εἰκός, οὐδὲ τὰς ὄψεις τῶν πόλεων μᾶλλον σκοπεῖν ἢ τὰς δυνάμεις, νομίζειν δὲ τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην μὲν γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς, λειπομένην δὲ τῶν νῦν, τῇ Ὁμήρου αὖ ποιήσει εἴ τι χρὴ κἀνταῦθα πιστεύειν, ἣν εἰκὸς ἐπὶ τὸ μεῖζον μὲν ποιητὴν ὄντα κοσμῆσαι, ὅμως δὲ φαίνεται καὶ οὕτως ἐνδεεστέρα. πεποίηκε γὰρ χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν, τὰς μὲν Βοιωτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν, τὰς δὲ Φιλοκτήτου πεντήκοντα, δηλῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰς μεγίστας καὶ ἐλαχίστας· ἄλλων γοῦν μεγέθους πέρι ἐν νεῶν καταλόγῳ οὐκ ἐμνήσθη. αὐτερέται δὲ ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσὶ δεδήλωκε. τοξότας γὰρ πάντας πεποίηκε τοὺς προςκώπους. περίνεως δὲ οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν ἔξω τῶν βασιλέων καὶ τῶν μάλιστα ἐν τέλει, ἄλλως τε καὶ μέλλοντας πέλαγος περαιώσεσθαι μετὰ σκευῶν πολεμικῶν, οὐδ' αὖ τὰ πλοῖα κατάφρακτα ἔχοντας, ἀλλὰ τῷ παλαιῷ τρόπῳ λῃστικώτερον παρεσκευασμένα. πρὸς τὰς μεγίστας γοῦν

σκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν εἶναι — Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ παθόντων (εἰ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸ αὐτὸ πάθοιεν), διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι.

τῇ Ὁμήρου — ποιήσει] de fide Homeri historia v. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. CXIX. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 287. Creuz. Art. Hist. Gr. p. 58. Dahlm. Herodot. p. 101. Od. Muell. Orchom. p. 367. (coll. p. 210.) 368. adn. 3. 395. libell. de sit. et orig. Syrac. p. 5 sq. et inprimis Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 300. nr. 4. Mox relativi constructio in verbis ἣν εἰκός ad sensum facta est. Quum enim quod praecedit vocabulum κἀνταῦθα eundem sensum habeat, ac si Thuc. scripsisset καὶ περὶ ταύτης τῆς στρατείας, relativum, ut Arn. monuit, feminino genere posuit, relatum illud ad στρατείας.

χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν] Schol. ὁ μὲν Εὐριπίδης (Orest. 352. Androm. 6. El. 2.) καὶ Λυκόφρων (2, 210.) χιλίας ναῦς λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαγεῖν, ὁ δὲ Ὅμηρος χιλίας ἑκατὸν ἑξήκοντα ἕξ. Boeotorum naves enumeratae sunt Il. 2, 509. Philoctetae ibidem 718. Mox cave verba ἐν ταῖς Φιλοκτήτου iungas cum ἦσαν, sensus enim est: *in recensu navium Philoctetae indicavit*. Et τοὺς ἐν τέλει cum Schol. intellige duces, velut Merionem, Patroclum al., qui distinguuntur a regibus.

μέλλοντας — ἔχοντας] Accusativos participii poni licet, ubi subiectum participii certe ex parte inest in subiecto primarii verbi, vel versa vice subiectum primarii verbi certe ex parte inest in subiecto participii. Inest autem hic subiectum primarii verbi περίνεως ex parte in subiecto participiorum μέλλοντας et ἔχοντας sc. Ἕλληνας, nam pars navigantium Graecorum erant hi ipsi περινέῳ. Dicere licebat etiam sic: ἄλλως τε καὶ μελλόντων — ἐχόντων. Vid. Matth. p. 1109. adn., qui tamen loco 1, 49. minus recte utitur, nam ibi ἦρχον iungendum est cum στρατηγοί. Rectius attulisset 1, 100.

πρὸς τὰς μεγίστας γοῦν] Vulgatam γοῦν tuetur Mehlh., quum scripturae οὖν sola a Ven. et Cl. 1. scripturae δ' οὖν nulla a libris scriptis auctoritas sit et hic nexus orationis cum superioribus intercedat. Etiamsi fides habetur poetae, qui res in maius celebrasse putan-

*καὶ ἐλαχίστας ναῦς τὸ μέσον σκοποῦντι οὐ πολλοὶ φαίνονται*
11 *ἐλθόντες ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι. αἴτιον δ' ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦτον ὅσον ἡ ἀχρηματία. τῆς γὰρ τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύσειν, ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, (δῆλον δέ· τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ*

dus est, tamen illam expeditionem minorem fuisse apparebit reputantibus, a tota Graecia factam esse. Nam ex mille ducentis navibus, quibus expeditio facta est, maximum minimumque numerum edidit. Quae sequuntur, *ἐν μέσῳ* posita sunt. Postremo scriptor addit: Si *igitur* mediam *certe* rationem sequamur, quia certior numerus erui non potest, non multos in hanc expeditionem profectos esse apparebit, ut ex omni Graecia missos: Wenn man die Mittelzahl zwischen der Bemannung der grössten und der kleinsten Schiffe aufsucht. Medius ille numerus inter 120 et 50 est 85. Inde cum 1200 (ex Homeri catalogo 1186 conficiuntur) naves fuerint, totus exercitus efficitur summa 102,000 hominum. v. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 215 sq. 287. Eustath. ad Hom. Il. 2. p. 260. Rom. coll. p. 329, 32., apud quem *οἱ τοῦ πλήθους* sunt *viri gregarii.* Accuratius etiam Scholia Venet. ad Il., 2, 488. computationem instituunt. Conf. Scholia Wassenberghii ad Il. 2, 494.

*ὡς — πεμπόμενοι*] i. e. *ut ex omni communiter Graecia missi* sive wenn man bedenkt, dass ganz Griechenland gemeinschaftlichen Antheil am Zuge genommen. v. Matth. p. 1283. e.

11. *τόν τε στρατόν — ἐπειδὴ δὲ*] Respondent inter se *τε* et *δέ*. Nam *τε* ad *καί*, quod est ante *ὅσον ἤλπιζον*, referri nequit, quia particula ista *καί* modo illustratur notio vocis *ἐλάσσω*: *exercitum minorem et quantum inde sperabant se sustentaturos.* Si *καί* ad *τε* relatum voluisset, scripturus fuisset: *τὸν στρατὸν ἐλάσσω τε ἤγαγον καὶ ὅσον* etc. Duo igitur dicit: et statim ab initio Graecos minorem duxisse exercitum, et postquam in Troiana terra appulerint, exercitum divisisse partim contra Troianos pugnantes, partim ad agriculturam et piraticam factitandam conversos. Huius particulae *τε* cum *δέ* relationis exempla sunt apud Thuc. 3, 52. 8, 48. v. Herm. ad Vig. p. 836, 317. Reisig. ad Soph. Oed. C. p. 303. et Coniectt. ad Aristoph. p. 213 sq.

*μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δέ*] Mehlh. verbis *δῆλον δέ — ἐτειχίσαντο* sequentia probari contendit: munitionem non exstruxissent, nisi ad commeatum parandum dividere exercitum coacti essent: als sie aber nach ihrer Ankunft im Felde die Oberhand behauptet, so gebrauchten sie offenbar (denn sonst hätten sie die Verschanzungen für ihr Lager nicht veranstaltet) auch da nicht ihre Gesammtmacht, sondern etc. Et hunc locum iis adnumerat, ubi parenthesis non suo loco collocata sit, quum proprie post *φαίνονται δέ* ponenda vel saltem, parenthesi sublata, post *ἀπορίᾳ* annectenda esset, contra quae Popp. monuit parenthesin in iis locis, ubi non suo loco posita est, nunquam prius sed serius, quam debebat, positam esse. Causa autem, cur de hoc loco ita statueret, Mehlhornio haec fuit, quod Thucydidem negat omnino demonstrare velle Graecos post adventum semel vicisse, et demonstrare id velle eo, quod facta sit munitio. „Quid enim, ait, nonne id bellum Troianum probat? Semel haud dubie eos vicisse necesse est, sive paulo post adventum sive multo. Utrumque factum narrari (*nisi vicissent, munitionem non exstruxissent*) recte cogitatur; sed posterius prioris argumentum per *δῆλον δέ* facere Thucydidi in mentem venire non potuit, quum praesertim posterius magis probatione indi-

geat." At Mehlh. reputare debebat, Thucydidem paulo ante dixisse, Graecos propter inopiam alimentorum minorem exercitum in Asiam traiecisse, quo dubium fieri poterat, num appellere naves possent, et victores discessuri essent: quare deinde addit, et vicisse et id hinc constare, quod non impediri potuerint, quominus castra munirent. Reliqua quae rationi Mehlhornianae repugnant, Osiander plenissime exposuit. Obss. fasc. 3. p. 3.: „δῆλον δὲ sequente γὰρ, ut μαρτύριον δέ, ad antecedentia, quorum argumenta subiunguntur, nec vero ad sequentia referendum est; quod quidem loquendi usum flagitare inter omnes constat. Deinde, si istam sequamur loci praesentis conversionem, φαίνονται et δῆλον uni eidemque sententiae demonstrandae inservire sumendum foret, id quod a brevitate illa Thucydidis prorsus abhorret. Deinde in sequentibus satis superque Thuc. docet, quamobrem non universis copiis in obsidenda Troia usi fuerint Graeci, scilicet ut agris colendis et praedis agendis altera exercitus pars operam dare posset; neque igitur, ut Mehlhornio videtur, argumento opus est aliunde petendo." Necessitatem ipsam castrorum muniendorum quod attinet, Thiersch. contenderat: „Victores si Graeci extiterant, non opus habebant castra munire. Contra si victi erant, illis munimentis opus erat." Et propterea emendaverat: ἐπειδὴ δὲ — ἐκρατήθησαν, addens: „nam quum appulissent, pugna superati sunt, cuius rei argumentum est, quod castra munimentis circumdederunt. „Ubi ante omnia animum adverte ad haec: ἐπειδὴ ἐκρατήθησαν, φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι i. e. Graeci victi sunt et ideo castra muniverunt (nempe ut se intra castra tenerent), ac quum victi essent, et intra munimenta coercerentur, ne tum quidem exierunt, nec totis viribus contra hostes usi sunt. Hoc sonat, quasi dicas, sie waren eingesperrt, und nicht einmal dann, als sie eingesperrt waren, kamen sie heraus. Adde quod vulgaris fama fuit, Graecos non post appulsas naves cum Troianis primum pugnasse, sed appellendarum navium causa, id quod Troiani impedire volebant. In quo conatu appellendi si Graeci victi essent, futurum erat, non tantum ut castra non munirent, sed ut ne appellerent quidem, siquidem sponte intelligitur, sic futurum fuisse, ut in naves reiicerentur. Atque hanc famam pugnae appellendarum navium causa initae servant omnes antiqui, non solum Schol. Thuc., sed etiam Hom. Il. 2, 698., Cypria ap. Procl. p. IX. Bekk., et qui ex Cypriis. Antehomerica sua hausit Tzetzes, Pind. Aristot. Rhet. 2, 22, 12., Schol. Pind. Ol. 2, 147., Theocr. 16, 49., Ovid. Metam. 12, 71. Ac Tzetzes quidem rem ita narrat v. 246. Quum ad litus Troiae Graeci appellerent, sequutum est proelium atrox (non anceps, ut Thiersch. narrat, nam cecidit quidem Protesilaus in ea pugna, id quod unum Homerus prodiderat, atque ex Homero reliqui pendebant in hoc uno, quod prodiderat, at ita Protesilaus cecidit, ut simul, quemadmodum oraculum edixerat, Graecis victoriam pararet. Vid. Tzetz. v. 248.) Non res afflictas Achilles reparavit, ut Thiersch. narrat, sed proelio nocturno post eum ipsum diem, quo appulerant, Cycnum Tenedo ad Troianos auxilii ferendi causa profectum sustulit. Haec est Tzetzae narratio: alii (Aristot. Schol. Pind. et Ovid.) Cycnum interfectum esse faciunt in pugna ipsa Graecorum naves appellentium, et Schol. quidem Pindari Cycnum navali pugna cum Graecis congressum. Utut est, Graeci victores mortuos tollunt, urbem aggrediuntur, terram depraedationibus infestant, Mysiam incursant, ubi tum a Telepho Achivi gravissima clade afficiuntur, quam praeter Tzetzen v. 269. Pind. commemorat Ol. 9, 76. Boeckh. Hanc pugnam ad Caycum in Mysia commissam simili errore (quo Ovid. Metam. 12, 111. res ad Caycum gestas ante naves ad Troianum litus appulsas accidisse fingit, Thiersch. confundit cum pugna illa, qua Protesilaus cecidit. Conf. Boeckh. Explicc.

ἂν ἐτειχίσαντο,) φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι, ἀλλὰ πρὸς γεωργίαν τῆς Χερσονήσου τραπόμενοι

Pind. p. 132, Dissen. p. 518. 547 sq. Haec igitur nihil pertinent ad oppugnationem Troiae. Quis autem praestet, has famas Thucydidem in rebus istis secutum esse? Probabile est, eum in illis quoque explicandis suo iudicio stantem collegisse, ut in reliqua parte prooemii, ex Homero ea, quae inde recte colligi indicaret. Hom. autem nihil narrat, nisi Protesilaum in prima pugna primum cecidisse, interfectum a viro Troiano, quem non nominat, Hectorem fuisse Cypria, alii alium tradunt. Mittamus igitur carmina et quaeramus, quare opus fuerit, ut Graeci etiamsi victores castra munirent. Altum tenere Graeci nec volebant (consilium enim habebant ad Troiam appellendi et urbem capiendi, quod quum Troiani nollent, scilicet pugnam insequi necesse erat, ex qua Graeci victores abire debebant, si in litore firmiter consistere, et non in naves reiici cupiebant); nec vero altum tenere poterant, quia naves Graecorum non ita comparatae erant, ut vel quietem in iis capere, vel victum sumere possent. Itaque Arn. demonstratum ivit, Graecos in expeditionibus maritimis perpetuo in litoribus haesisse. Quorum quum naves apparatu carerent, unde quies et victus militibus et nautis suppeditaret, solebant in omnibus bellis suis navalibus castra ponere cum foro rite in litore instructo, ubi milites nautaeque omne tempus vacationum transigerent, ubi coenam sumerent, noctes peragerent. Naves ad litus trahebantur ante castra et adversus subitos impetus hostium defendebantur certo quodam numero navium non ancoris stantium, impletarum militibus ad pugnam accinctis, stationemque habentium ante castra quasi in excubiis. Interdum etiam munitio palis in mari defixis fiebat ante naves in litus tractas, aut naves sudibus acutis in terra defossis vel simili aliqua munitione terrestri muniebantur. Atque apud Graecos recens in agro Troiano appulsos etiam alia causa accessit, cur castra munirent. Etenim, ut Thuc. narrat, Graecis non omnibus licebat remanere, quia inopia victus coacti ad agrum in Chersoneso colendum et piraticam factitandam dispersi sunt, atque pars tantum ad Troiam in castris remanebat. Quare castra τειχίσασθαι Graecos dixit, ex quo verbo et ipso licet fortasse colligere, Graecos victores circumiacente agro potitos esse: siquidem illo verbo videtur significari non vallum quodlibet, non χῶμα, sed murus lapideus rite exstructus, cui ut multum temporis et operae impendendum erat; ita opus fuit, ut lapides non ex proximo adveherent, et satis tuta advectio fieret. Qui Graeci, si victi erant, murum lapidibus exstruerent tanto otio, et non obturbati in terra victrici? Denique hoc etiam tenendum est, per totum hoc caput auctorem loqui de Troianis tanquam partibus infirmioribus, ut qui explicare studeat, quo modo tam diu Graecis resistere potuerint dispersis, nedum iunctis, et qui non exhibeat Troianos ut victoriae idoneos. Ἔρυμα autem quod dicit, non erat illud, quod Hom. memorat Il. 7, 337. 443 sqq., sed aetate prius ad arcendas Barbarorum incursiones, ut Schol. adnotavit. In verbis φαίνονται δέ particula δέ, ut post particulas temporales in apodosi saepissime, infertur v. Herm. ad Vig. p. 785 sqq. nr. 241, 242. p. 845, 343 b., ad Soph. Ai. 27. Matth. p. 1247.

πρὸς γεωργίαν] sic Diomedes primis annis belli Troiani Thraciam arabat, neque in scena belli versabatur, teste Eustath. ad Il. p. 387. Bas. Λῃστείαν autem dicit Graecorum excursiones in varias regni Troiani partes, urbium Troianarum expugnationes ac direptiones, quarum expeditionum dux fere Achilles erat. Vid. Il. 9, 328. Od. 3, 105. Sievers, ad Hellenic. p. 318. Mox. τὰ δέκα ἔτη est: jene bekannten zehn

καὶ λῃστείαν τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ. ἢ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον βίᾳ, τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις ἀντίπαλοι ὄντες. περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον, οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον. πολιορκίᾳ δ' ἂν προςκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ απονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον. ἀλλὰ δι' ἀχρηματίαν τά τε πρὸ τούτων ἀσθενῆ ἦν καὶ αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα δηλοῦται τοῖς ἔργοις ὑποδεέστερα ὄντα τῆς φήμης καὶ τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος. ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε 12 καὶ κατῳκίζετο ὥςτε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι, (ἥ τε γὰρ ἀναχώρησις τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου χρονία γενομένη πολλὰ ἐνεόχμωσε, καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ὡς ἐπὶ πολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ' ὧν ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον. Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ

Jahre, et ἀντεῖχον βίᾳ intellige cum Haackio: vi, per vim et aperto campo Troiani resistebant, cuius contrarium dolus et defensio moenium cogitari potest. Paulo post τὸν πόλεμον διέφερον est *bellum tolerabant*, ad exitum usque pertulerunt.

12. ἐπεὶ καὶ μετὰ — αὐξηθῆναι] Haec continuantur verbis μόλις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ. v. Matth. p. 1275 sqq. Duo scriptor dicit, primo quid in Graecia acciderit prius, quam turbae consederunt, et in parenthesi has turbas enumerat: diuturnum Graecorum reditum et alios motus (ἥ τε γὰρ ἀναχώρησις — καὶ στάσεις); tum has ipsas στάσεις explicat (Βοιωτοί τε γὰρ — Δωριῆς τε) deinde quid factum sit, postquam Graecia tranquilla facta est, exponit: μόλις τε — ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς — ἀποικίας ἐξέπεμπε. Et ἐπεί initio capitis est *nam*.

ὥςτε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι] i. e. ὥςτε μὴ αὐξηθῆναι τῷ ἡσυχάσαι. Neque aliter ratio particulae μή et participii est 1, 78., ubi πεισθέντες est τῷ πεισθῆναι, item ut ἀμυνόμενοι c. 71. est τῷ ἀμύνεσθαι et προκαταρχόμενοι c. 25. idem quod τῷ προκατάρχεσθαι et c. 84. ξυνετοὶ ὄντες idem quod τῷ ξυνετοὶ εἶναι. Neque aliter habet locus, quem Popp. 1. Commentt. p. 453. affert, quo perperam ait μή bis cogitandum esse, 1, 85., cui adde 1, 141. Mox τὰς πόλεις est: jene bekannten Städte, et intellige urbes, quas Teucer, Philoctetes, Diomedes, Menestheus, Pyrrhus, Idomeneus et alii bene multi condidisse feruntur.

Ἄρνης] Thessalicae. Erat enim etiam Arne in Boeotia. v. Hom. Il. 2, 507. I. *Arne Boeotica*, quam expulsi Thessalia Boeoti condiderunt, pro eadem urbe, quae Chaeronea dicebatur, habita est a Scholiasta ad h. l. et Pausania 9, 40. At Heyn. ad Hom. Il. Vol. 4. p. 300. prope Chaeroneam alteram istam Arnen sitam fuisse existimat. Conf. Od. Muell. Orchom. p. 58. Ab ista urbe inde condita Aeoles Boeotiam habuere; antea enim fere gentes stirpis Pelasgicae, in his Aones eam terram inhabitarunt, permixtae illae posthac Aeolibus. v. Heyn. p. 292. Strab. 9. p. 616. (v. Gosselin. Vol. 1. p. 394. vers. Gall.) Boeotiam narrat primum habitatam fuisse a Barbaris, Aonibus, Temmicibus, Lelegibus et Hyantibus (conf. Valck. ad Eurip. Phoen. 645. p. 247.) deinde a Phoenicibus, qui cum Cadmo venissent (cf. Od. Muell. l. c. p. 113 sqq.

Θεσσαλῶν τὴν νῦν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν· ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ' ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν· Δωριῆς τε ὀγδοηκοστῷ ἔτει ξὺν Ἡρακλείδαις Πελοπόννησον ἔσχον·) μόλις

117 sqq. 216. al.). Hi postea per Pelasgos et Thraces in Thessaliam expulsi reversi sunt cum Boeotis, Arnae Thessalicae incolis, *sexaginta annis post Troiam captam*, atque eiectos Pelasgos Athenas, Thraces vero in Parnassum compulere. Vid. Marx. ad Ephor. p. 129. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 7. p. 286. Conf. Od. Muell. l. c. p. 442. II. Aeoli stirps erat, quae tenebat eam Thessaliae partem, in qua *Arne antiquior* sita fuit, a Boeoto condita, unde Boeoti dicti, qui Arnen Thess. habitabant: recepti ab his Cadmei Thebis profugi una cum Boeotis aliquantisper habitabant. Agrum autem Arnae Thessalicae Aeoles (Boeoti) occupaverant expulsis Pelasgis, qui Dodonam concesserunt. Vid. Od. Muell. l. c. inde a p. 391., qui inter alia p. 393.: „Nulli igitur belli Troiani tempore Boeoti in Boeotia, quae serius dicebatur. Atqui Homerus Boeotos iam totius Boeotiae praeter Orchomenum et Aspledonem dominos facit, quam poetae cum historicis repugnantiam ut removeret, fortasse Thuc. Boeotorum certe partem [ἀπόδασμον i. e. *portionem a multitudine avulsam* Wess. ad Herodot. 1, 137.], unde essent Boeoti, qui expeditionem Troianam sequerentur, iam tum in Boeotia fuisse, reverentia vatis Homeri ductus, excogitavit.“ Deinde p. 394 sq. exponit, cur Boeotorum mentio catalogo navium Homerico inserta sit, etsi nulli aetate expeditionis Troianae in Boeotia Boeoti fuerint. Ad haec alii respondent, non tantam Homeri apud Thucydidem fuisse auctoritatem, ut reverentia eius ductus quidquam poneret, quod non aliunde probabile esse comperisset. Uti enim eum plerumque de Homero formula dubitationem fidei significante: εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Addunt alii, haec de ἀποδάσμῳ Boeotorum non suo nomine scriptorem proferre, sed ut rem etiam aliis probatam. Quod autem Arne Boeotica iam apud Homerum est, quae demum sexaginta post Troiam eversam annis condita dicatur, ita explicare studet Heyn. ad Il. Vol. 4. p. 300.: „Utrique (Homero et Thucydidi) fidem suam constare puto, si, ut in multis urbibus factum, locum ac tractum iam antea nomen Arnes habuisse, ideoque Arnen, συνοικίαν vicum seu χώραν, iam isto tempore, quo bellum in Troianos susceptum est, extitisse, serius autem urbem ab Aeolibus e Thessalia reducibus conditam esse statuamus.“ Conf. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 33. §. 15. et Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 47, 28. Cadmeos et Aeoles Boeotos confundit Beck. Welt- u. Völk.-Gesch. Vol. 1. p. 838. ed. sec.

ᾤκησαν] omnes libri scripti praeter A., quem nuperrimi editores secuti, dederunt ᾤκισαν, quod ex vicino ᾤκισαν, paulo inferius posito, ortum habere videtur. Etenim alibi quoque aoristis initium actionis significatur, velut verbo ἰσχύσας, mächtig geworden 1, 3. 9. et aoristis, quos profert Lobeck. ad Phryn. p. 197. Popp. 1. Commentt. p. 51. Krueg. de Authent. Xenoph. Anab. p. 8. adn. In Latinis idem usus est perfecti, ut ap. Horat. 3. Carm. 5, 1. v. Ern. ad Tacit. 1. Hist. 11. p. 24. a. Oberl. Atque hoc loco quidem indicatur, quod Graeci sedes figere coeperint, aliquo concesserint, sive profecti sint habitatum, quemadmodum 6, 2. 3.

ξὺν Ἡρακλείδαις] v. Od. Muell. Dor. 1. p. 58 sqq. 2. p. 484. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 33 sqq. §. 15—18. Mox de formula ἔστιν ἃ χωρία v. Matth. p. 902. Schol. nominat Ambraciotas, Anactorios, quibus Popp. addit Corcyram, Leucadiam, Corinthiorum colonias.

τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς βεβαίως καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη ἀποικίας ἐξέπεμπε· καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλέον Πελοποννήσιοι τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία· πάντα δὲ ταῦτα ὕστερον τῶν Τρωικῶν ἐκτίσθη.

Δυνατωτέρας δὲ γιγνομένης τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν χρημά- 13 των τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ποιουμένης τὰ πολλὰ τυραννίδες ἐν ταῖς πόλεσι καθίσταντο, τῶν προσόδων μειζόνων γιγνομένων· πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι· ναυτικά τε ἐξηρτύετο ἡ Ἑλλὰς καὶ τῆς θαλάσσης μᾶλ-

13. *τυραννίδες*] Vid. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 274 sqq.

*ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι*] Scholiastam Doederl. reprehendit, quod *γέρατα* explicet per *τιμάς*, rectius *dona* intelligi. Munera (*δωτίνας*) haec *γέρατα* dicit fuisse Heyn. ad Il. 9, 155., regibus tunc offerri solita, ut in Oriente, pro tributo voluntario. Intelligenda sunt potius et *δωτῖναι* illae, et omnino *λιπαραὶ θέμιστες*, quas Hom. ibidem dixit i. e., ut uno verbo complectar, *τὰ δίκαια* regum sive omnia regibus ex iure et consuetudine praestanda, inprimis autem reditus regum. Recte igitur, ut videtur, Scholiastes. Haec fusius exponunt Platn. Nott. Iuris etc. 2, 4. p. 90 sqq. Heeren Ideen 3, 1. c. 4. 5. Feith. Antt. Homer. 2, 2. p. 105 sqq. Argent. „Apud Homerum reges tribus generibus redituum fruuntur, reditibus ex agro privato, quod erat *τὸ τέμενος*, complectens saepe arva, pascua et arbusta; mercede singulorum iudiciorum, quae *δῶρα* appellabantur, denique conviviis publice instructis. Eo accedunt dona extra ordinem collata, pars bellicae praedae, aliaque munera honoraria.“ Od. Muell. Dor. 2. p. 105 sq., qui ibidem regiam dignitatem, qualis apud Homerum est, cum regia potestate Spartanorum comparat. Conf. p. 9 sq. et Tittm. Gr. Staatsverf. p. 68. adn. 69. Nec tamen celandum est, Aristotelem *γέρατα* huius loci Thuc. longe alio sensu accepisse. Is enim Polit. 3, 9, 7. scribit *κύριοι δ' ἦσαν τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί· καὶ πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον*, et paulo post c. 10, 1. *ἡ περὶ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους (βασιλεία) ἦν ἑκόντων μέν, ἐπὶ τισὶ δὲ ὡρισμένοις· στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος.* Et ibidem §. 8. *ἐπεὶ δὲ χείρους γιγνόμενοι ἐχρηματίζοντο ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἐντεῦθέν ποθεν εὔλογον γενέσθαι τὰς ὀλιγαρχίας· ἔντιμον γὰρ ἐποίησαν τὸν πλοῦτον· ἐκ δὲ τούτων πρῶτον εἰς τυραννίδα μετέβαλλον*, quae omnia quam cum praesenti loco conveniant, animadvertit Didot. p. 414 sq. Conf. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 21. §. 15. Mox *μεταχειρίσαι* idem est, quod *μεταχειρίσασθαι*, *tractare*. v. Phot. et Anecdd. Bekk. 1. p. 107. Paulo post de Aminocle v. Ukert. Geogr. Gr. et Rom. 1. p. 9. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 381. 57.

*πατρικαὶ βασιλεῖαι*] Schol. explicat per *ἀπὸ πατέρων προςλαμβανόμεναι κατὰ διαδοχὴν γένους.* Hoc postremum de successione non prorsus verum est. Nam constat, aetate heroica regnum paternum non iure hereditario ad filios transmissum esse, et videntur potius populus ac principes successorem legisse, nisi rex ipse, dum adhuc in vivis erat, cum consensu multitudinis et procerum regnum in natos suos conferret. v. Heeren Ideen 3, 1. p. 126 sq. Itaque tantum ex usu et consuetudine, non ex iure filios in regna paterna successisse opinio est etiam Platneri Nott. Iur. et Iust. ap. Hom. et Hes. p. 111 sq., qui idem ex Hom. Od. 1, 386. comprobat. Idemque dicit Aristot. Polit. 3, 9, 7. p. 125. Schn. De successionis ratione viri docti fere consentiunt; at

λον ἀντείχοντο. πρῶτοι δὲ Κορίνθιοι λέγονται ἐγγύτατα τοῦ νῦν τρόπου μεταχειρίσαι τὰ περὶ τὰς ναῦς καὶ τριήρεις πρῶτον ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἑλλάδος ἐνναυπηγηθῆναι. φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. ἔτη δ' ἐστὶ μάλιστα τριακόσια ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθε. ναυμαχία τε παλαιτάτη ὧν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους. ἔτη δὲ μάλιστα καὶ ταύτῃ ἑξήκοντα καὶ διακόσιά ἐστι μέχρι τοῦ

27. ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ] Saepe ea memorari reperimus, unde diversas interdum diversis coloniis deducendis leges fuisse scriptas et conditiones propositas colligimus, quibus ii, qui nomina sua coloniis dare vellent, adstringerentur, eoque ipso inaequali iure ac foedere essent. Hic Corinthii, qui magnum colonorum numerum conficere colebant, proclamant ἐπὶ τῇ ἴσῃ — ἰέναι. Hoc igitur alias non usitatum erat. Et sane si peregrini una cum civibus in coloniam mittebantur, debuit tum diversa colonorum conditio esse. Atque has esse formulas, de quibus Harpocrationis locus accipiendus sit, existimamus, quum ἀποίκια interpretatur tabulas, secundum quas coloniae deducerentur. Heyn. p. 323 sq. Minus recte hunc locum cepit Drum. Verf. d. Gr. Staaten p. 511., qui intelligit a Corinthiis proclamatum esse, ut nomina darent, qui aequis et paribus conditionibus eo abire cuperent, aequis *inter se*, puto, et paribus. Sed illa formula significantur coloni aequo cum civibus maioris patriae iure, id quod patet ex c. 34., ubi coloni ἐκπέμπονται ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις (civibus patriae maioris) εἶναι. Conf. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 153, 44. Mox de variatione modorum in verbis εἰ δέ τις μὴ ἐθέλοι — βούλεται v. Matth. §. 524. adn. 1. De drachmis Corinthiis v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 17. Od. Muell. Aeginet. p. 88 sq. Drachma Attica (6 obolos Atticos continens) pretii erat 5¼ gross.; drachma Corinthia s. Aeginetica (10 obolos Atticos continens) valebat 9⅙ gross. Arn. cum drachmis Corinthiis confudit stateras Corinthios sive δεκάλιτρα, quae 10 non Atticos sed Aegineticos obolos continebant. Hanc pecuniam ideo, puto, novi coloni deponere tenebantur, qui non statim abibant, ut Corinthia metropolis numeri colonorum secura agros recte adsignare et reliqua ordinare posset, prout numerus novorum colonorum cognitus iubebat. Procul dubio deposita pecunia ab iis amittebatur, qui postea in coloniam proficisci negligerent; iis autem restituebatur, qui pacto tempore fide stetissent. „Sortes agrorum iam in maiori patria assignatas esse, apparet etiam ex iis, quae fiebant, quum Syracusae condebantur.“ Od. Muell. Dor. 2. p. 61. adn. 1. Conf. 1. p. 116., ubi, „hic erat, ait, communis mos in condendis coloniis, ut colonis in antecessum agri assignandi portio promitteretur, quae promissa portio et ipsa κλῆρος appellabatur. Talem sortem, quum Syracusae condebantur, Aethiops, heluo Corinthius, uni convictorum suorum vendidit pretio mellitae placentae.“ Idem addit, primos conditores Syracusarum terram Siculis ereptam in tot sortes distribuisse, quot numerum in colonia partem ha-

παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας μένειν. ἦσαν δὲ καὶ οἱ πλέοντες πολλοὶ καὶ οἱ τἀργύριον καταβάλλοντες. ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψειν, εἰ ἄρα κωλύοιντο ὑπὸ Κερκυραίων πλεῖν. οἱ δὲ παρεσκευάζοντο αὐτοῖς ὀκτὼ ναυσὶ ξυμπλεῖν καὶ Παλῆς Κεφαλλήνων τέσσαρσι, καὶ Ἐπιδαυρίων ἐδεήθησαν, οἳ παρέσχον πέντε. Ἑρμιονῆς δὲ μίαν καὶ Τροιζήνιοι δύο, Λευκάδιοι δὲ δέκα καὶ Ἀμπρακιῶται ὀκτώ. Θηβαίους δὲ χρήματα ᾔτησαν καὶ Φλιασίους, Ἠλείους δὲ ναῦς τε κενὰς καὶ χρήματα. αὐτῶν δὲ Κορινθίων νῆες παρεσκευάζοντο τριάκοντα καὶ τρισχίλιοι ὁπλῖται.

28 Ἐπειδὴ δὲ ἐπύθοντο οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευήν, ἐλθόντες ἐς Κόρινθον μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Σικυωνίων πρέσβεων, οὓς παρέλαβον ἐκέλευον Κορινθίους τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ φρουρούς τε καὶ οἰκήτορας ἀπάγειν ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν· ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν. ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι. πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι ἔφασαν, ἐκείνων βιαζομένων, φίλους ποιεῖσθαι οὓς οὐ βούλονται ἑτέρους τῶν νῦν ὄντων μᾶλλον ὠφελείας ἕνεκα. οἱ δὲ Κορίνθιοι ἀπεκρίναντο αὐτοῖς, ἢν τάς τε ναῦς καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπαγάγωσι, βουλεύσεσθαι· πρότερον δὲ οὐ καλῶς ἔχειν τοὺς μὲν πολιορκεῖσθαι, αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι. Κερκυ-

bentium aequabant. Mox de futuro *ξυμπροπέμψειν* v. Matth. §. 506. VI. Lobeck. ad Phryn. p. 747. Qui sequuntur, Epidaurii, Megarenses, Hermionenses, Troezenii etc. antiquo foedere Peloponnesiaco iuncti erant. v. Od. Muell. Dor. 1. p. 178.

28. *οὓς παρέλαβον*] Schol. *ἵνα αὐτοῖς ὦσι μάρτυρες τῶν λόγων ἢ ἵνα αὐτοὺς αἰδεσθῶσιν οἱ Κορίνθιοι.* Mox intellige *παρὰ πόλεσι, παρ' αἷς ἂν ξυμβῶσιν ἀμφότεροι δοῦναι δίκας.* v. Matth. p. 1192. Et *οὐκ εἴων* est *dissuadebant, mitibus verbis dehortabantur*, ut vult Valck. ad Herodot. 2, 30. at conf. Herm. ad Soph. Phil. 441. Mox *εἰ δὲ μή*, pro quo *εἰ δὲ* exspectes, sine respectu ad seriem orationis est *sin minus.* v. Vig. p. 510. Matth. p. 1249. b.

*οὓς οὐ βούλονται*] Schol. *οἱ Κερκυραῖοι, οὐχὶ οἱ Κορίνθιοι.* De verbis *ἑτέρους τῶν* v. Matth. §. 366. d. Porro *τοὺς νῦν ὄντας* quidam intelligunt civitates Peloponnesi foederatas. At in illo foedere Corcyraei nusquam apparent, et ipsi fatentur c. 31., se nulli Graecorum foederi adscriptos esse. Imo praesentes amici sunt exules et Illyrii, quibuscum tum adversus Epidamnum profecti erant. v. cap. 26. *Μᾶλλον* iunge cum *ἑτέρους*, hoc sensu: alios potius amicos separaturos, quam quos adhuc habuissent, et vel Spartanos vel Athenienses significari adnotavit Haack. Athenienses, opinor. Vid. cap. 31. 33. 35. Mox *ποιήσειν ταῦτα* est *ἀπάξειν τὰς ναῦς.*

*αὐτοὺς δικάζεσθαι*] Pronomen non pertinet ad utrosque litigantes, sed ad solos Corinthios. Nolumus, aiunt, nos litigantes desidere, dum vos agitis. Inter se ex adverso modo Corinthii et Cor-

ραῖοι δὲ ἀντέλεγον, ἢν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀπαγάγωσι, ποιήσειν ταῦτα· ἑτοῖμοι δὲ εἶναι καὶ ὥςτε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς ποιήσασθαι ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται.

Κορίνθιοι δὲ οὐδὲν τούτων ὑπήκουον, ἀλλ' ἐπειδὴ πλή-29 ρεις αὐτοῖς ἦσαν αἱ νῆες καὶ οἱ ξύμμαχοι παρῆσαν, προπέμψαντες κήρυκα πρότερον πόλεμον προεροῦντα Κερκυραίοις, ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε δισχιλίοις τε ὁπλίταις ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον Κερκυραίοις ἐναντία πολεμήσοντες. ἐστρατήγει δὲ τῶν μὲν νεῶν Ἀριστεὺς ὁ Πελλίχου καὶ Καλλικράτης ὁ Καλλίου καὶ Τιμάνωρ ὁ Τιμάνθους· τοῦ δὲ πεζοῦ Ἀρχέτιμός τε ὁ Εὐρυτίμου καὶ Ἰσαρχίδας ὁ Ἰσάρχου. ἐπειδὴ δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, οἱ Κερκυραῖοι κήρυκά τε προὔπεμψαν αὐτοῖς ἐν ἀκατίῳ ἀπεροῦντα μὴ πλεῖν ἐπὶ σφᾶς καὶ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρουν ζεύξαντές τε τὰς παλαιὰς

cyraei, non Corinthii Corcyraeique Epidamniis ponuntur. Id quod magis appariturum fuisset, si Thuc. activo usus scripsisset: πρότερον δὲ οὐ καλῶς ἔχειν, τοὺς μὲν πολιορκεῖν, αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι. De ratione particularum μὲν — δέ v. Buttm. Gr. §. 433. (ed. 13.)

ἑτοῖμοι δὲ εἶναι — ποιήσασθαι] Schol. particulam δέ, quae vulgo post σπονδὰς legitur, non in suo exemplari invenerat. Popp. intellexit, eam particulam melius abesse ita ut ὥστε non pendeat ex ἑτοῖμοι, sed ex σπονδὰς ποιήσασθαι; praeterea particulam καί iustum locum in his verbis, si δὲ post σπονδὰς servetur, non obtinere, quia dicendum fuerit aut sic: ἑτοῖμοι δὲ καὶ εἶναι ὥστε, aut sic: ἑτοῖμοι δὲ εἶναι ὥστε καί ἀμφοτέρους. Si δέ delebis, ὥστε significabit, *hac lege, ut.* Vid. Matth. §. 479.

29. δισχιλίοις ὁπλίταις] supr. c. 27. extr. 3000 nominavit. Schol. putat, non amplius bis mille opus visos esse, Steph. monet, supra tantum ter mille paratos legi, et fortasse tot milites haberi non potuisse, quot parabant. Mox de ἐστρατήγει v. Matth. p. 605. De nominibus Καλλικράτης Καλλίου etc. Boeckh. Explicc. Pind. p. 265. et Staatsh. d. Ath. 2. p. 235.

ζεύξαντες] Ζευγνύναι ναῦν est navem reficere, ἀναζευγνύναι ναῦν est navem solvere, ut 8, 108. Saepius tamen ἀναζευγνύναι significat castra movere. Ad rationem naves reficiendi pertinet Horat. 1. Carm. 14, 6., ubi Vanderb. „*Funes*, ait, (quas Hor. in reficiendis navibus commemorat,) significant, quod Galli dicunt *des cables* (Ankertaū, Kabel). Si quando navis aquam transmittit, carina nonnunquam circumdatur minutis illis funibus, quas peculiari nomine Galli *grelins* dicunt, ut quoad eius fieri potest hiscentia carinae ligna revinciant. Et naves hoc modo ligare Gallis *cintrer*, Graecis ζεῦξαι est. Funibus istis nostra aetate addunt lintea velaria pice liquida uncta.“ Baxter. contulit Actt. Apost. 27, 17. Vid. ante omnia Schneid. ad Vitruv. 10, 21, 6. Extat insignis in hanc rem locus Platon. De Rep. 10. p. 616. C., ubi τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων illae ipsae Horatii funes sunt. Accedit locus Polybii 27, 3, 3., ubi est ὑποζωννύειν. Addit Arn., naves Russicas, quae captae sunt in Tago a. 1808, hoc modo, quem verbis Vanderburgii descripsi, colligatas fuisse propter vetustatem et minus integram conditionem. Idem iubet adiri Schleusn. in lexic. s. v. ὑποζωννύειν. Fuit alter modus naves reficiendi, fortasse cum illo coniungi solitus, de quo Casaub. ad Aristoph. Equ. 278. cogitasse videtur.

ὥςτε πλωίμους εἶναι καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες. ὡς δὲ ὁ κῆρυξ τε ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ τῶν Κορινθίων καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο οὖσαι ὀγδοήκοντα, τεσσαράκοντα γὰρ Ἐπίδαμνον ἐπολιόρκουν, ἀνταναγόμενοι καὶ παραταξάμενοι ἐναυμάχησαν· καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παρὰ πολὺ καὶ ναῦς πεντεκαίδεκα διέφθειραν τῶν Κορινθίων. τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυνέβη καὶ τοὺς τὴν Ἐπίδαμνον πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ ὥςτε τους μὲν ἐπήλυδας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δή-
30 σαντας ἔχειν ἕως ἂν ἄλλο τι δόξῃ. μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν οἱ Κερκυραῖοι τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ τῆς Κερκύρας ἀκρωτηρίῳ τοὺς μὲν ἄλλους οὓς ἔλαβον αἰχμαλώτους ἀπέκτειναν, Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον. ὕστερον δὲ ἐπειδὴ οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσημένοι ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου, τῆς θαλάσσης ἁπάσης ἐκράτουν τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία οἱ Κερκυραῖοι καὶ πλεύσαντες ἐς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν τῆς γῆς ἔτεμον, καὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ἐπίνειον ἐνέπρησαν, ὅτι ναῦς καὶ χρήματα παρέσχον Κορινθίοις. τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐκράτουν τῆς θαλάσσης καὶ τοὺς τῶν Κορινθίων ξυμμάχους ἐπιπλέοντες ἔφθειρον μέχρι οὗ Κορίνθιοι περιιόντι τῷ θέρει

Gregor. enim Cor. in Scholl. ad Hermog. p. 889. scripsit: *τὸ ζεύξαντες τὰς παλαιὰς ναῦς ἀντὶ τοῦ ζυγώματα κρατύναντες κεῖται· ζυγώματα δὲ καλοῦνται τὰ ξύλα τὰ ἀπὸ τοῦ τοίχου τῆς νεὼς πρὸς τὸν ἕτερον διατείνοντα τοῖχου· ἀφ' οὗ τὴν ναῦν σφίγξαι καὶ συναγαγεῖν, ἵνα μὴ χαυνωθῇ· ἢ ζυγώματα τὰ ξύλα τὰ ἐμβαλλόμενα ταῖς σανίσιν, ὥστε συζεῦξαι τὰς σανίδας τὰς διῃρημένας ἔστιν ὅτε· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, προεθεράπενον οἷς ἔδει τὰς ναῦς.* Quibuscum consentit alter Schol. Thuc.: *ζεύξαντες ζυγώματα αὐταῖς ἐνθέντες, ὥστε συνέχεσθαι* et *τὰς μὲν ἔζευξαν διαλελυμένας οὔσας καὶ ζυγωμάτων προσαδεηθείσας εἰς συνοχήν*, id quod varie convertunt: *radouber* i. e. clouer des planches neuves pour contenir les vieilles aux endroits où elles étaient fatiguées. Recte vero etiam Passov.: mit Tauen umbinden, et (propter usum linteorum et picis, qui nunc obtinet), calfatern.

*ἐπισκευάσαντες*] Hoc verbum significat, *navem ad cursum aptare*, quod de navibus, quae per vela aguntur, dicas: segelfertig machen. Alias *ἐπισκευάζειν ναῦν* significat fere *ἐκ παλαιότητος εἰς νέαν κατάστασιν εἰδοποιεῖν*, ut verbis Scholiastae utar. v. Mor. ad Isocr. Panegyr. c. 41. extr.

*τεσσαράκοντα*] Schol. *προεῖπε γὰρ ὅτι ἑκατὸν εἴκοσιν εἶχον.* v. cap. 25. fin. Mox *ἀνταναγόμενοι* recte editur, quamquam *παραταξάμενοι* sequitur: vulgo aor. 2. exhibetur. At conf. 8, 23. 95. et mox c. 52. init. Deinde de formula *ἐνίκησαν παρὰ πολὺ* v. Matth. §. 588. p. 1174.

*ξυνέβη αὐτοῖς*] Corcyraeis, ad quos eosdem etiam referendum est *πολιορκοῦντας*, non tamen ad omnes, sed ad eum tantum Corcyraeorum exercitum, qui Epidamnum obsidebant. Haack. Statim *ἀποδόσθαι* est in servitutem vendere. Tametsi c. 30. legimus, a Corcyraeis istos captivos exceptis Corinthiis interfectos esse.

30. *τοὺς — ἄλλους οὓς ἔλαβον*] Ambraciotas, Leucadios, aliosque cum Corinthiis Epidamnum profectos. V. cap. 26. init. et c. 29., ubi *ἐπήλυδες* vocantur. Mox de verbis *τῆς γῆς ἔτεμον* v. Matth. §. 323. b.

*περιιόντι τῷ θέρει*] Reisk. coniecit *περιιόντι τῷ θέρ.* De aestate

πέμψαντες ναῦς καὶ στρατιάν, ἐπεὶ σφῶν οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν, ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος, φυλακῆς ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ὅσαι σφίσι φίλιαι ἦσαν. ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ ναυσί τε καὶ πεζῷ. ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις, ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον ἑκάτεροι.

31 Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὸν ὕστερον οἱ Κορίνθιοι ὀργῇ φέροντες τὸν πρὸς Κερκυραίους πό-

eadem loquitur, qua pugna navalis inter Corinthios et Corcyraeos commissa est. Id quod apparet ex verbis paulo superius lectis *τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐκράτουν τῆς θαλάσσης* Corcyraei, si conferas cum extremis huius capitis: *ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι χειμῶνος ἤδη* (*ὄντος* sc.) *ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον ἑκάτεροι* et initium cap. 31. *τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὸν ὕστερον οἱ Κορίνθιοι — ἐναυπηγοῦντο* etc. Primo pugnae navalis exitum narravit, deinde quid aestate post pugnam factum sit; hinc Corcyraeos et hostes eorum ingruente hieme stationes utrosque suas reliquisse, quas post pugnam habuerant; denique addit, quid anno proximo et altero post pugnam egerint. Porro si in sensum verborum *περιόντι τῷ θέρει* inquiras, non possunt illa significare *reliqua aestate* (in dem übrigen Theil des Sommers); sic enim dicere debebat vel *τῷ περιόντι τοῦ θέρους* vel *τῷ θέρει τῷ περιόντι*. Vis enim articuli ea est, ut maius momentum addat ei vocabulo, cui additus est. Vid. Krueg. de Authent. Xenoph. Anab. p. 42 sq. Verba *περιόντι τῷ θέρει* nihil aliud significant, nisi *τῷ θέρει, ὃ περιῆν* i. e. in dem Sommer, der (von zwei oder mehreren Sommern) übrig war. Similiter *ἐπ' ἀκρῶν τῶν ὀρῶν* est: auf den Bergen, wo sie am höchsten sind. Aliter pone articulum, aliusque item sensus exibit: *ἐπὶ τῶν ἀκρῶν ὀρῶν*, auf den hohen Bergen. Vides hac positione articuli gravius momentum addi adiectivis, ut cogitetur mons non quivis, sed montium tantum ii, qui alti sunt. Hoc fit, ut in vulgata huius loci scriptura vix acquiescas. Recte scribitur *περιιόντι τῷ θέρει*. Etenim *περιιέναι ἐνιαυτός* dicitur annus vertens i. e. ad finem vergens. Hoc sensu si verbum a Thucydide positum esse statuas, neque in grammatica ratione, neque in narratione est, quod difficultatem pariat. Pugna navalis aestate ineunte vel vere commissa est; per maiorem partem aestatis Corcyraei victores maritimo imperio in illis oris potiti sunt; aestate ea ad finem vergente Corinthii novas copias miserunt, ut Corcyraeos paululum coercerent; hieme tandem ingruente utrique domum redierunt. Quod participium praepositum est, id significat, ea aestatis parte id factum esse, qua aestas ad finem vergebat. Sic articulus nec supervacaneus est, nec pravo loco positus. Quae ratio quo firmius comprobetur, licet conferre Xenoph. H. Gr. 3, 2, 25., ubi res narratas sive cum Diodoro 14, 17. uno anno includas, sive cum Pausania 3, 8, 2. in duos annos dispertias (v. Mans. Spart. 3, 1. p. 16.), verba Xenophontis *περιιόντι τῷ ἐνιαυτῷ* annum Atticum exeuntem significabunt, quo sensu Herodot. 7, 20. dixit *ἔτει ἀνομένῳ*.

31. *ὀργῇ φέροντες*] Corinthii cupidi vindictae et acceptae ignominiae labem abolendi bellum fortiter toleraverunt i. e. sumtus omnes bellicos in se receperunt, ita ut per biennium non desinerent naves aedificare, remiges conducere. Sic *εὐοργήτως* bellum gerere ab hoc scriptore dicuntur, qui a cupiditate in eo gerendo temperant, qui iusto

*λεμον ἐναυπηγοῦντο καὶ παρεσκευάζοντο τὰ κράτιστα νεῶν στόλον, ἔκ τε αὐτῆς Πελοποννήσου ἀγείροντες καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐρέτας, μισθῷ πείθοντες. πυνθανόμενοι δὲ οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν ἐφοβοῦντο, καὶ, ἦσαν γὰρ οὐδενὸς Ἑλλήνων ἔνσπονδοι οὐδὲ ἐσεγράψαντο ἑαυτοὺς οὔτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς οὔτε ἐς τὰς Λακεδαιμονίων, ἔδοξεν αὐτοῖς ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμάχους γενέσθαι καὶ ὠφέλειάν τινα πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκεσθαι. οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ τὸ Ἀττικὸν προσγενόμενον ἐμπόδιον γένηται θέσθαι τὸν πόλεμον ᾗ βούλονται. καταστάσης δὲ ἐκκλησίας ἐς ἀντιλογίαν ἦλθον, καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι ἔλεξαν τοιάδε.*

32 *Δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μήτε εὐεργεσίας μεγάλης μήτε ξυμμαχίας προοφειλομένης ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας ὥςπερ καὶ ἡμεῖς νῦν δεησομένους ἀναδιδάξαι πρῶτον, μάλιστα μὲν ὡς καὶ ξύμφορα δέονται, εἰ δὲ μή, ὅτι γε οὐκ ἐπιζήμια, ἔπειτα δὲ ὡς καὶ τὴν χάριν βέβαιον ἕξουσιν· εἰ δὲ τούτων μηδὲν σαφὲς καταστήσουσι, μὴ ὀργίζεσθαι ἢν ἀτυχῶσι. Κερκυραῖοι δὲ μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως καὶ ταῦτα πιστεύοντες ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι ἀπέστειλαν ἡμᾶς. τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα πρός τε ὑμᾶς ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι ἀξύμφορον, ξύμμαχοί τε γὰρ οὐδενός πω ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἑκούσιοι γενόμενοι*

tempore bellum et incipiunt et deponunt. Sic 1, 122. dixit *ὀργισθεὶς περὶ τὸν πόλεμον* eodem fere sensu, quo phrasi huius loci usus est, et similiter 5, 80. *τὰ ἄλλα θυμῷ ἔφερον*, quod Popp. interpretatur *reliqua impetu quodam animi administrabant*. *Φέρειν* autem *πόλεμον* crediderim dictum esse ex analogia phrasis *διαφέρειν τὸν πόλεμον*, nisi quod *διά* notionem addit belli ad finem usque tolerati. Mox medium *ἐσεγράψαντο* addito pronomine reflexivo Popp. exponit per *inscribendum se curare*. Ceterum c. 47. Zacynthii Corcyraeorum socii in bello gerendo sunt. Mox de coniunctivo *γένηται* post verbum praeteriti temporis v. Matth. p. 996. Paulo post Popp. secutus codicum auctoritatem et leges concinnitatis *τὸ Ἀττικὸν* scripsit pro vulgata *τὸ αὐτῶν*.

32. *προοφειλομένης*] sc. *ὑφ' ὑμῶν, Ἀθηναίων*. Mox *οἱ πέλας* sunt *alii* v. Brunck. ad Soph. Antig. 475. De formula *μάλιστα μὲν, εἰ δὲ μή* v. Vig. p. 416.

*τετύχηκε — ἀξύμφορον*] i. e. es hat sich aber getroffen, dass unser bisheriges Verfahren in Beziehung auf euch für unser Begehren schlecht begründet ist, und zugleich für unsere gegenwärtigen Verhältnisse unvortheilhaft. *Τὸ ἄλογον* his explicat: nunquam cuiusquam socii voluntarii facti nunc aliorum opem imploramus. Alterum, *τὸ ἀξύμφορον* his: ad bellum contra Corinthios gerendum vires nostrae non sufficiunt, quia sociorum auxilia nulla habemus. Iunge *πρὸς ὑμᾶς ἄλογον* et *ἐς τὰ ἡμέτερα ἀξύμφορον*. Verba *ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν* idem significant, ac si dixisset *ἐς τὴν χρείαν ἡμετέραν* i. e. in unserem Anliegen. Etenim *ἡμῖν* cum *τετύχηκε* iungendum eundem sensum efficit ac *χρείαν ἡμετέραν*. Mox *ἐπιτήδευμα* est unsere Politik, (Beobachtung der Neutralität).

νῦν ἄλλων τοῦτο δεησόμενοι ἥκομεν, καὶ ἅμα ἐς τὸν παρόντα πόλεμον Κορινθίων ἐρῆμοι δι' αὐτὸ καθέσταμεν, καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. τὴν μὲν οὖν γενομένην ναυμαχίαν αὐτοὶ κατὰ μόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους· ἐπειδὴ δὲ μείζονι παρασκευῇ ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται καὶ ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες τῇ οἰκείᾳ μόνον δυνάμει περιγενέσθαι, καὶ ἅμα μέγας ὁ κίνδυνος εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς, ἀνάγκη καὶ ὑμῶν καὶ ἄλλου παντὸς ἐπικουρίας δεῖσθαι, καὶ ξυγγνώμη εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν. γενή-33 σεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας· πρῶτον μὲν ὅτι ἀδικουμένοις καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε, ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι ὡς ἂν μάλιστα μετὰ ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθεῖσθε· ναυτικόν τε κεκτήμεθα πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν πλεῖστον. καὶ σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα, εἰ ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προςγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος ἄνευ κινδύνων καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτήν, καὶ προςέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετήν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχύν·

περιέστηκεν — φαινομένη] i. e. περιέστηκεν ἐς τὸ φαίνεσθαι. Mox ἀβουλία posuit respectu ad τὸ ἄλογον, et ἀσθένεια respectu ad τὸ ἀξύμφορον.

μὴ μετὰ κακίας — ἐναντία τολμῶμεν] i. e. und es ist verzeihlich, wenn wir nicht als arglistige, sondern in Folge einer unrichtigen Politik im Widerspruch mit der früher von uns beobachteten Neutralität auftreten. Vocem ἐναντία pro adverbio habeo, ut τἀναντία 6, 79., ut sit: im Gegentheil. Sic ἀντίπαλον 1, 3. est adverbium. Si pro τολμῶμεν scripsisset συμμαχίαν αἰτοῦμεν, nemo his verbis offenderet: et tamen τολμῶμεν prorsus idem significat. Conf. Herm. ad Soph. Ai. 1037. El. 138.

33. ὡς ἂν μάλιστα — καταθεῖσθε] Ὡς ἂν μάλιστα sicut formula latina ut qui maxime elliptica locutio est. Cass. Aug. Pal. καταθῆσθε. Vulgo κατάθησθε. (De qua diversitate accentus v. Buttm. Gr. max. 1. p. 538. adn. 35.) Aut legendum est καταθεῖσθε, quod si fit, sensus erit καταθεῖσθε ἂν ὡς ἂν μάλιστα καταθεῖσθε. Haec est Bekkeri coniectura. Conf. Schaef. App. crit. Demosth. Vol. 1. p. 213 sq. Vol. 2. p. 268. Aut ex aliorum coniectura scribendum ὡς ἂν μάλιστα καταθήσεσθε i. e. καταθήσεσθε ὡς ἂν μάλιστα καταθεῖσθε, ut est apud Thuc. 6, 57. Sensus est: *nos beneficio nunquam obliviscendo obstringeretis.* Translatio facta est a pecunia apud aliquem deposita, quam cum fenore repetas.

ἢ τις λυπηροτέρα, εἰ ἣν] Pro εἰ solus F. habet ἤ. Prima facie cum Reiskio exspectaveris ἢ εἰ. Vulgatam servant Anecdd. Bekk. 1. p. 164, 30. Cum cod. F. faciunt Suid. Zonar. Phavorin. in ἐτιμήσασθε. Εἰ sine ἢ satis defendunt exempla ap. Matth. p. 846., qui supplet τούτου, (εἰ ἣν etc.).

ἀρετὴν] i. e. *iustitiae existimationem.* Vid. Suid. Anecdd. Bachm.

ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη, καὶ ὀλίγοι ξυμμαχίας δεόμενοι οἷς ἐπικαλοῦνται ἀσφάλειαν καὶ κόσμον οὐχ ἧσσον διδόντες ἢ ληψόμενοι παραγίγνονται. τὸν δὲ πόλεμον, δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἴημεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι, γνώμης ἁμαρτάνει καὶ οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας καὶ τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας καὶ προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτῶν μετ' ἀλλήλων στῶμεν, μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. ἡμέτερον δ' αὖ ἔργον προτερῆσαι, τῶν μὲν διδόντων, ὑμῶν δὲ δεξαμένων τὴν ξυμμαχίαν, καὶ προεπιβου-**34**λεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. ἢν δὲ λέγωσιν ὡς οὐ δίκαιον τοὺς σφετέρους ἀποίκους ὑμᾶς δέχεσθαι, μαθέτωσαν ὡς πᾶσα ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὁμοῖοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. ὡς δὲ ἠδίκουν σα-

1. p. 142, 21. Bekk. 1. p. 443. Harpocr. Phavorin. et praecipue Schoem. Obss. ad Thuc. p. 18., qui sic interpretatur: *quae virtutem affert apud vulgum* h. e. efficit, ut virtus vobis a vulgo tribuatur, ideoque virtutis famam vobis conciliat. Adde Plutarch. De audiend. poet. c. 6. Vol. 1. p. 91. Wyttenb., (ubi *ποιοῦνται* est: man nimmt von den Dichtern an, dass sie etc.) Non aliter Virg. 6. Aen. 807. *virtus* dixit pro virtutis gloria. Conf. Schaef. Appar. cr. Demosth. Vol. 5. p. 603. Herm. ad Soph. Philoct. 406. Mox *ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ* est *omni tempore, quod novimus*, id est autem *ex omni memoria*, quum *ἐν παντὶ χρόνῳ* sine articulo esset *omni tempore*. v. Matth. p. 564. Altera scriptura *ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ* vim sententiae imminuit, quia sic in certum tempus restringitur, quod de omni tempore valere debet.

*μηδὲ δυοῖν φθάσαι*] Orator Corinthios in populares suos impetum facere dicit, ne duobus excidant. „Iam qui duobus non vult excidere, is, si minus duo, certe alterutrum consequi cupit. Quocirca *ne duobus excidant* idem est quod *ut alterutrum adipiscantur*, et sententia totius loci haec est: Corinthii priusquam vos, Athenienses, invadunt, nos, Corcyraeos in ditionem suam redigere student, ne communi odio ducti contra eos ab iisdem partibus stemus, neve duobus, quae sibi parant, excidant, sed alterutrum potius prius, (quam in vos impetum faciunt) consequantur, aut hoc ut nos (si iis resistamus et cedere nolimus) malis afficiant, aut hoc ut se ipsos (si nos perterriti iis nos submittamus), corroborent, atque potentiam suam augeant. *Δυοῖν* igitur pendet ex *ἁμάρτωσιν*, et *φθάσαι* adiunctum habet infinitivum, non participium, ut etiam alibi, teste Matth. §. 553. extr. Popp. Ne autem repetito verbo dicendum esset *ἢ τοῦ φθάσαι ἡμᾶς κακῶσαι, ἢ τοῦ φθάσαι σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι*, scriptor insolentiori structura dixit *δυοῖν ἁμάρτωσι, φθάσαι* i. e. *ne duabus rebus ad praevertendum excidant*. Herm. De Ellips. et Pleon. p. 141. Mox *τῶν μὲν διδόντων* intellige *ἡμῶν διδόντων*. Paulo post *προεπιβουλεύειν* Greg. Cor. ad Hermog. p. 921. interpretatur *φθάνειν τὴν ἐπιβουλήν, τὸ δὲ ἀντεπιβουλεύειν τὸ κατόπιν ἐλθόντα τῆς ἐπιβουλῆς ἀμύνασθαι τοὺς λυπήσαντας.*

34. *τοῖς λειπομένοις*] civibus maioris patriae. Mox verba *ἐκ τοῦ εὐθέος* iunge cum *δεομένοις*, ut sit: in demjenigen, worin sie euch ge-

φές ἐστι· προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν πολέμῳ μᾶλλον ἢ τῷ ἴσῳ ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. καὶ ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον ἃ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ξυγγενεῖς δρῶσιν, ὥςτε ἀπάτῃ τε μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν, δεομένοις τε ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ ὑπουργεῖν. ὁ γὰρ ἐλαχίστας τὰς μεταμελείας ἐκ τοῦ χαρίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις λαμβάνων ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη. λύσετε δὲ οὐδὲ τὰς Λακεδαιμονίων σπονδὰς δεχόμενοι ἡμᾶς μηδετέρων ὄντας ξυμμάχους. εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μεδαμοῦ ξυμμαχεῖ ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται ἐλθεῖν. καὶ δεινὸν εἰ τοῖςδε μὲν ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς καὶ προςέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων, ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς προκειμένης τε ξυμμαχίας εἴρξουσι καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλοθέν ποθεν ὠφελείας, εἶτα ἐν ἀδικήματι θήσονται πεισθέντων ὑμῶν ἃ δεόμεθα. πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ ἡμεῖς μὴ πείσαντες ὑμᾶς ἕξομεν. ἡμᾶς μὲν γὰρ κινδυνεύοντας καὶ οὐκ ἐχθροὺς ὄντας ἀπώσεσθε· τῶνδε δὲ οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προςλαβεῖν περιόψεσθε ἣν οὐ δίκαιον, ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους, ἢ καὶ ἡμῖν πέμπειν καθ' ὅ,τι ἂν πεισθῆτε ὠφέλειαν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους βοηθεῖν. πολλὰ δὲ ὥςπερ

radezu ansprechen. Schol. iungit cum ὑπουργεῖν. At Corcyraei putandi sunt nolle Athenienses hostibus suis auxiliari, sive nunc auxilientur, sive postea. Ex adverso ponuntur ἐκ τοῦ εὐθέος et ἀπάτῃ, quemadmodum ἀπὸ τοῦ εὐθέος et ἀπάτῃ 3, 43. Ἐκ τοῦ εὐθέος autem non significat *statim*, sed idem quod ἄντικρυς sive ἐκ τοῦ προφανοῦς sive φανερῶς, quae promiscue cum ἀπὸ τοῦ εὐθέος ponuntur eodem loco, ibique ex adverso ponitur ἀφανῶς quoque pro ἀπάτῃ.

35. εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς] sc. ἐν ταῖς σπονδαῖς τριακοντούτεσιν. Vid. 1, 115. Negat orator Corcyraeus, receptis suis popularibus per Athenienses illam pacem violatum iri. Videtur tamen futurum fuisse, ut Corcyraeis receptis violaretur, si Od. Muell. Dor. 1. p. 134. adn. verum sentit de clausula illius pacis: τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις etc. Hanc enim dicit huius pacti mentem fuisse: Urbibus illis, quae in neutra societate essent, accedere licuisse ad socios utroslibet; eam orator mox dicit τὴν προκειμένην ξυμμαχίαν. Accedendo sociis utrisvis fieri, ut induciis triginta annorum includantur, praestetque societas incolumitatem sociorum recens receptorum. Sin vero urbs recipiatur, quae in bello versetur contra urbem iam ἔνσπονδον (velut Corinthii iam bellum gerebant cum Corcyraeis, et erant Corinthii ἔνσπονδοι), id non aliud esse, quam bellum a societate, quae novum socium recipit, simul et ipsa gerendum suscipi, velut Athenienses, si Corcyraeos in societatem suam recipiebant, Corinthiis bellum indicere cogebantur. Hoc liquet ex oratione Corinthii c. 40.

παρ' ὁποτέρους] i. e. ἐλθεῖν παρ' ἐκείνους παρ' ὁποτέρους (ἐλθεῖν) ἂν ἀρέσκηται. Popp. Mox de formula οὐχ ὅπως, *non modo non* v. Herm. ad Vig. p. 790, 253. Ad verba ἣν οὐ δίκαιον supple προςλαβεῖν Κορινθίους. Paulo post ὑπείπομεν Schol. interpretatur per προείπομεν vid. Herm. ad Vig. p. 864, 433.

ἐν ἀρχῇ ὑπείπομεν τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν· καὶ μέγιστον ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν ἦσαν, ὅπερ σαφεστάτη πίστις, καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι· καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις· ἀλλὰ μάλιστα μέν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μή, ὅςτις ἐχυρώτατος, 36τοῦτον φίλον ἔχειν. καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον

ἡμῖν ἦσαν] *Nobis* intellige Corcyraeis et Atheniensibus. Porro „exspectes, aiunt, potius *εἰσίν*, nam quod iidem Corcyraeis et Atheniensibus hostes erant, non satis est. Poterant enim cum iis, qui hostes fuerant, in gratiam redire et amicos habere, quos hostes habuerant." Equidem tantum absum, ut *ἦσαν* improbem, ut *εἰσίν* si hic invenirem, corrigendum putarem. Quid enim? Ne potuit quidem orator *εἰσί* dicere, quia Corinthii eo tempore Atheniensibus *ἔνσπονδοι* erant. Quamvis igitur Corinthios *ἐχθροὺς* Atheniensium appellet, tamen *πολέμιοι* praesenti quidem tempore non erant. Cur imperfecto *ἦσαν* usus sit, iudicari licet ex c. 42., ubi orator Corinthius ad hunc locum et ad verba superius lecta: *οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε* respiciens dicit: *τῆς δὲ ὑπαρχούσης πρότερον διὰ Μεγαρέας ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν μᾶλλον.* Quomodo propter Megarenses Athenienses et Corinthii hostes facti sint, narratur 1, 103. Ad ea tempora, quibus hostes facti sunt, refertur imperfectum *ἦσαν*, quo orator Corcyraeus cum tecta malitia usus esse cogitandus est, ut vetus ulcus rescinderet, quod probe noverat male sartum esse per inducias tricennales, necdum coisse. Hoc *ἦσαν* sonat, quasi orator dicat: ***erant? nonne etiamnum sunt hostes?*** Hinc duo alia perspicua fiunt, tum cur orator Corcyraeus addat *ὅπερ σαφεστάτη πίστις*, tum cur adversarius tectam hanc mentionem veteris inimicitiae *ὑποψίαν* appellet, quam dicit potius attenuandam esse, videlicet quam cum oratore Corcyraeo incendendam. Mox *τοὺς μεταστάντας* orator intelligit se et populares suos. Nam c. 28. Corcyraei Corinthios dehortantur, ne bellum causae suae per arbitros dirimendae praeferant; sin minus, sese vel invitos relictis Corinthiis (*μεταναστάντας*) alios amicos quaesituros, quam qui nunc sunt. Ubi Athenienses intelligendi sunt, non Lacedaemonii, quibuscum Corinthii arctiori necessitudine coniuncti erant, quam ut Corcyraeis sperare liceret, ut eos sibi conciliarent, vid. cap. 33. *τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς* (apud Lacedaemonios). Atque c. 31. disertis verbis scriptum est *ἔδοξε* (Corcyraeis) *ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμάχους γενέσθαι.* Paulo inferius *οὐχ ὁμοία* idem est quod *μείζων.* Conf. c. 143.

*ἀλλὰ — ἐᾶν — ἔχειν*] Sequi debebat *καὶ* pro *ἀλλά*, nam series infinitivorum haec est: *ἀλλὰ δίκαιον ἢ — κωλύειν — ἢ — πέμπειν — μάλιστα δὲ — δεξαμένους βοηθεῖν — καὶ μάλιστα μὲν — μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μὴ — φίλον ἔχειν.* Quia autem inter *βοηθεῖν* et *μάλιστα μὲν — ἐᾶν* haec sententia in parenthesi interposita est: *πολλὰ δὲ — καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρωτίδος — οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις*, id accidit, quod saepe, ut parenthesis vim haberet in eam partem sententiae primariae, quae post parenthesin insequitur. Nam *οὐχ ὁμοία* et *ἀλλὰ μάλιστα* inter se referuntur. v. Matth. p. 1297 sq.

36. *τὸ μὲν δεδιός*] est timor, ne bellum fiat; *τὸ θαρσοῦν* est fiducia, non fore. Hoc comprobatur verbis in orat. Corinthii c. 42.

φοβῆσον· τὸ δὲ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον καὶ ἅμα οὐ περὶ τῆς Κερκύρας νῦν τὸ πλέον ἢ καὶ τῶν Ἀθηνῶν βουλευόμενος, καὶ οὐ τὰ κράτιστα αὐταῖς προνοῶν ὅταν ἐς τὸν μέλλοντα καὶ ὅσον οὐ παρόντα πόλεμον τὸ αὐτίκα περισκοπῶν ἐνδοιάζῃ χωρίον προςλαβεῖν ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦταί τε καὶ πολεμοῦται. τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, ὥςτε μήτε ἐκεῖθεν ναυτικὸν ἐᾶσαι Πελοποννησίοις ἐπελθεῖν, τό τε ἐνθένδε πρὸς τἀκεῖ παραπέμψαι, καὶ ἐς τὰ ἄλλα ξυμφορώτατόν ἐστι. βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον, τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε· τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ τὸ Κορινθίων. τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς ταὐτὸν ἐλθεῖν καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε· δεξάμενοι δὲ ἡμᾶς ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ἡμετέραις ἀγωνίζεσθαι. τοιαῦτα μὲν οἱ Κερκυραῖοι εἶπον· οἱ δὲ Κορίνθιοι μετ' αὐτοὺς τοιάδε.

37 Ἀναγκαῖον Κερκυραίων τῶνδε οὐ μόνον περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς τὸν λόγον ποιησαμένων, ἀλλ' ὡς καὶ ἡμεῖς τε ἀδικοῦμεν καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰκότως πολεμοῦνται, μνησθέντας πρῶ-

*Καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου, ᾧ φοβοῦντες ὑμᾶς Κερκυραῖοι κελεύουσιν ἀδικεῖν, ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται.* Τὸ δεδιός et τὸ θαρσοῦν participia sunt pro infinitivis τὸ δεδιέναι — θαρσεῖν, vel pro substantivis τὸ δέος — θάρσος. v. Herm. ad Soph. Tr. 195. Matth. §. 570. p. 1126. Dicas idem, quod scriptor dixit, his verbis: *γνώτω, δεδιότα μὲν αὐτὸν καὶ ἰσχὺν ἔχοντα*, sive τὸ μὲν δέος αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχοντος — μᾶλλον φοβῆσαι, unde simul patet, melioribus libris obsequendum fuisse, qui habent αὐτοῦ, non αὑτοῦ. Quorum pronominum de differentia v. Buttm. Gr. §. 127. III. 3. (ed. 13.) et Exc. 10. ad Demosth. Orat. Mid. Statim ἀδεέστερον est *minus formidandum* et πολεμοῦται *inimica redditur.*

*παράπλου*] pendet a καλῶς. v. Matth. p. 645. Genitivi Ἰταλίας et Σικελίας vicissim pendent ex παράπλου: da der Ort so bequem zu der Fahrt nach Italien und Sicilien liegt, dass gegen unsern Willen kein Schiff von dorther nach dem Peloponnes kommen, von hier aus hingegen allemal eine Flotte bequem dahin abgehen kann.

*βραχυτάτῳ — ναυτικά*] Poppo verba τοῖς ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον pro neutris habens dativum per Germanicum: für explicat, hoc sensu: ein kurzer Inbegriff für Alles und Jedes sive *brevissima summa omnia ac singula complectens haec est, unde discatis.* Participium ὄντα pendere facit ab μάθοιτε ἄν, quod sane facilius fit, si ἴστε repetas (vel simile quid) latens in illo μάθοιτες, et ante τρία μὲν ὄντα suppleas: *brevissima autem summa universa et singula complecteas, unde non deserendos nos esse discatis, haec est: scitote, Graecis tres esse classes memoratu dignas, vestram, nostram et Corinthiorum quarum si duas* etc.

*ναυσὶ ταῖς ἡμετέραις*] i. e. mit so viel Schiffen mehr, als die Zahl der unsrigen beträgt. Dativus ταῖς ἡμετέραις pendet ex πλείοσι, ut πολλῷ in phrasi πολλῷ πλείονες, ut sit um die unsrigen mit mehr Schiffen, sicut alterum est um vieles mehr.

τον καὶ ἡμᾶς περὶ ἀμφοτέρων, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον λόγον ἰέναι, ἵνα τὴν ἀφ' ἡμῶν τε ἀξίωσιν ἀσφαλέστερον προειδῆτε καὶ τὴν τῶνδε χρείαν μὴ ἀλογίστως ἀπώσησθε. φασὶ δὲ ξυμμαχίαν διὰ τὸ σῶφρον οὐδενός πω δέξασθαι· τὸ δ' ἐπὶ κακουργίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῇ ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν, οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι. καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἅμα, αὐτάρκη θέσιν κειμένη, παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσί τινα μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι, διὰ τὸ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέοντας μάλιστα τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ καταίροντας δέχεσθαι. κἀν τούτῳ τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν

37. *ἀξίωσιν — χρείαν*] *Ἀξίωσις* petitio est, quam aequitas iubet, *χρεία*, quam necessitas cogit. BRED.

*αἰσχύνεσθαι*] Nolunt sociis quasi onerari, ne pudore suffundantur, si eos hortentur in communionem turpium consiliorum suorum venire. Mox *αὐτάρκη θέσιν* intellige, eorum urbem ita sitam fuisse, ut nulla alia urbe indigeret, aliis sese indigentibus. Bloomf. iniurias Corcyraeorum non in piratica factitanda, ut Schol., sed in hoc positas fuisse putat, quod vectigalia iniqua ex nautis portus ipsorum intrantibus extorserint. Quam fraudulenter in Persicis bellis egerint, Popp. addit apparere ex Herodot. 7, 168.

*ἢ κατὰ ξυνθήκας*] i. e. *ἡ πόλις αὐτῶν — παρέχει αὐτοὺς μᾶλλον δικαστὰς ὧν βλάπτουσί τινα ἢν (δικαστὰς) κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι*, *urbis eorum situs sibi sufficiens efficit, ut ipsi magis sint arbitri iniuriarum, quibus alios afficiunt, quam ut iudices constituantur ex pactis.* Vocabulum *δικαστάς* bis cogitandum et repetendum ante *κατὰ ξυνθήκας*. *Ξυνθήκας* autem intelligit non pacta civitatum de commercio iuris inter cives privatos dandi et repetendi (*δίκας ἀπὸ ξυμβόλων*), sed pacta de litibus inter civitates per arbitros dirimendis: id quod et nomen *ξύνθηκαι* indicat, quo constanter ab hoc scriptore induciae tricennales Atheniensium et Lacedaemoniorum significantur, at hoc loco pacta illis induciis tricennalibus similia, quare articulum *τὰς* ante *ξυνθήκας* non addidit. Illarum autem induciarum inter alia hoc caput erat: *διδόναι καὶ δέχεσθαι τὰ δίκαια* i. e. *lites per arbitrium civitatis utrique civitati litiganti amicae disceptantur.* Quare hoc cap. extr. dicit, Corcyraeis, si viri probi esse voluissent, licuisse sese tali foederi adscribendos curare *διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια*. Hoc probe intelligens Dukas adnotavit: *καθιστᾶσιν ἑαυτοὺς δικαστὰς τῶν κακῶν, ἃ ποιοῦσιν ἑτέρους· τοὺς τοιούτους δὲ αἱρετοὺς ἔδει εἶναι, ἐκ συμφώνου παρ' ἑκατέρων τῶν διαφερομένων ᾑρημένους.*

*διὰ τὸ δέχεσθαι*] i. e. *διὰ τὸ αὐτοὺς ἥκιστα μὲν ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλεῖν, μάλιστα δὲ τοὺς ἄλλους δέχεσθαι, ἅτε δὴ ἀνάγκῃ ἐκεῖσε καταίροντας.* STEPH. Si ad alios navigassent, hi par pari relaturi fuissent. *Ἀνάγκῃ* Schol. explicat per *διὰ πνευμάτων βίαν*, adde fori et agnationis causa et similia.

*οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσι*] i. e. *κἀν τούτῳ προβέβληνται τὸ ἄσπονδον εὐπρεπές, ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως — βιάζωνται — πλέον ἔχωσιν — ἀναισχυντῶσιν, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν.* Hyperbaton est sive perturbatio ordinis naturalis verborum ac sententiarum, facta plerumque hoc consilio, vel ut aliquid maiori cum vi et efficacia efferant, vel studio brevitatis, vel ob venustatem concinnae orationis, vel studio per antitheta conformandi vel orbe includendi orationem. Velut hic si oratio constructa esset, ut in explicatione adscripsi, et

ἑτέροις προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι καὶ ὅπως ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχωσιν, ἤν δέ πού τι προςλάβωσιν, ἀναισχυντῶσι. καίτοι εἰ ἦσαν ἄνδρες ὥςπερ φασὶν ἀγαθοί, ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια δεικνύναι. ἀλλ' οὔτε πρὸς τοὺς 38 ἄλλους οὔτε ἐς ἡμᾶς τοιοίδε εἰσίν, ἄποικοι δὲ ὄντες ἀφεστᾶσί τε διὰ παντὸς καὶ νῦν πολεμοῦσι λέγοντες ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν ἐκπεμφθείησαν. ἡμεῖς δὲ οὐδ' αὐτοί φαμεν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι καὶ τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι. αἵ γοῦν ἄλλαι ἀποικίαι τιμῶσιν ἡμᾶς καὶ μάλιστα ὑπὸ ἀποίκων στεργόμεθα. καὶ δῆλον ὅτι εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖςδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν οὐδ' ἐπιστρατεύομεν ἐκπρεπῶς μὴ καὶ

membra deinceps inter se exciperent, et non per aliam sententiam alia inclusa esset, languida ac frigida redderetur, quare etiam aliis locis *οὐκ* — *ἀλλά* positum reperias pro *καὶ οὐκ*. Cuius usus insigne exemplum est Epigr. ap. Demosth. Or. pr. Cor. p. 322. Reisk. et simillimus locus Cicer. 1. De Orat. 24. §. 111. Alium praeterea fontem traiectionis Longin. de sublim. 22, 1. 2. demonstravit. Etenim non raro calidior loquentium animus effecit, ut traiectione uterentur, fitque adeo verborum color vividior, magisque penetrans ipsorum audientium animos, cuius usus exemplum Longinus protulit Herodoti: possint addi innumera alia. Illud traiectionis genus, quod *διὰ μέσου* vocant, (v. Matth. p. 1098. 1290 sq. Erf. ad Soph. Antig. 533. Doederl. in Script. Acad. Erlang. 1827. 4. Conf. Aristoph. Vesp. 603 sq., ibiq. Brunck. Thuc. 3, 68. 8, 33. ut plurimum oritur verbo finito posito, ubi per participium naturalis et solita constructio servari poterat, velut in parte exemplorum, quae Matth. p. 1299 sq. posuit. Saepe etiam structura *διὰ μέσου* orta est studio scriptorum exprimendi festinationem imperantium aliquid, vel cupide volentium. Cuius usus exempla sunt Plaut. Aulul. 2, 3, 3., (quem feliciter imitatus est Popius *Epistl. to* Dr. *Arbuthnot,* sive Prologi satir. init.), Arist. Plut. 625., ubi v. Schol. Structuram *διὰ μέσου* habent etiam loci prolati ab Heindorfio ad Plat. Phaedon. §. 98. p. 166. ed. pr. Traiectio singulorum verborum *σύγχυσις* appellatur. Est denique traiectio non solum in verbis et oratione, sed etiam in rebus, cuius insigne exemplum est apud Thuc. 1, 61. adde 1, 109. extr., ubi v. Dukam 1, 1. *καὶ ἐλπίσας.* 8, 66. *δεδιὼς καὶ ὁρῶν* etc., quibus locis si ante vocem traiectam *καὶ* deleas, nihil relinquetur, quod explicatione indigeat. Vid. Krueg. ad Dionys. p. 115 sq.

*καὶ ὅπως — ἀναισχυντῶσι*] i. e. *utque, ubi viribus praevalent, vi agant; ubi latent, fraude suam rem augeant; ubi quid acquisiverint, impudentes sint.*

*εἰ ἦσαν*] Conf. cap. sq. *καλὸν δ' ἦν.* v. Matth. p. 967. adn. 2. Hoc dicit: Atqui si viri probi erant, quo minus expugnabiles ab aliis erant, eo apertius iustitiam suam comprobare poterant patiendo lites iure et arbitrio disceptari. „Nam illi sane prae ceteris aliorum arbitrio suam rem disceptandam possunt tradere, quibus propter ipsorum securitatem iniusta iudicia non timenda sunt.“ Haack. *Ἄληπτοι*, Dukas interpretatur, *ἀνεξάρτητοι* et *τὸ ἀληπτότεροι*, ait, *ἀντὶ τοῦ μὴ εἰς ἄλλους αὐτοὺς καταίρειν, μηδὲ τῶν ἐκείνων λιμένων χρῄζειν εἴληπται, τουτέστιν ἀνενδεεῖς.*

38. *ἐκπρεπῶς*] Thuc. 3, 55. *ἐν μέντοι τῷ πολέμῳ οὐδὲν ἐκπρεπέ-*

διαφερόντως τι ἀδικούμενοι. καλὸν δ' ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, τοῖςδε μὲν εἶξαι τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ, ἡμῖν δὲ αἰσχρὸν βιάσασθαι τὴν τούτων μετριότητα. ὕβρει δὲ καὶ ἐξουσίᾳ πλούτου πολλὰ ἐς ἡμᾶς ἄλλα τε ἡμαρτήκασι καὶ Ἐπίδαμνον ἡμετέραν οὖσαν κακουμένην μὲν οὐ προςεποιοῦντο, ἐλθόντων δὲ 39 ἡμῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ ἑλόντες βίᾳ ἔχουσι. καί φασι δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι, ἥν γε οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖ, ἀλλὰ τὸν

στερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε ἐμελλήσατε, ubi Schol. verum vocis sensum aperuit: ἔξωτοῦ πρέποντος. v. Thom. M. p. 318. et ante omnia Valck. ad Herodot. 2, 142. Est igitur *modo iniquo* i. e. modo maiori patriae indigno (auf eine dem Mutterstaat nicht angemessene Weise), statim vi agendo, ubi modestia coloniae suadebat leniorem viam ingredi. V. ea quae statim apud auctorem sequuntur. Converte: *neque solemus bellum inferre* (ἐπιστρατεύομεν, quam scripturam pro vulgata ἐπιστρατεύοιμεν satis Popp. stabilivit), *indigno maiori patriae modo, nisi insigni iniuria cogimur.* Mox participio ἀδικούμενοι permanentem effectum rei praeteritae significari docuit Herm. ad Soph. El. 47. et ad Vig. p. 901., quo fit, ut participium substantivi instar sit. Conf. Matth. p. 957. lit. t. Krueg. ad Dionys. p. 304. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 277.

ἡμῖν δὲ αἰσχρόν] Quum incipiat καλὸν ἦν τοῖσδε μέν, sequi debebat ἡμῖν δέ repetito καλὸν ἦν, quod et ad μέν et ad δέ pertinet eo, quem obtinet, posita. Nunc suggerit ἡμῖν δὲ αἰσχρόν, ergo ante debebat, τοῖς μὲν καλὸν ἦν. Bau. Repetito καλὸν ἦν debebat etiam scribere μὴ βιάσασθαι. Mox μετριότητα intellige *modestiam.*

39. ἥν γε οὐ — δοκεῖν δεῖ] Vulgo legitur λέγειν τι, δοκεῖν δεῖ τηρεῖν. At τηρεῖν, quod et a multis libris abest, nec Schol. agnoscit, recte eiicitur. Τηρεῖν enim antiquis Graecis non erat *observare* hoc sensu, quo dicas iustitiam observare i. e. colere, sed quo dicas *captare, exspectare* sive: abpassen velut 4, 27., vel *attendere* sive: aufpassen, vel *custodire.* Haec autem interpolatio facta videtur ab iis, qui et pronomen ἥν habere vellent, unde penderet, quum unde pendeat, non viderent, et sensum formulae λέγειν τι non perspicerent: *dicere quod alicuius momenti sit,* quum οὐδὲν λέγειν sit *dicere, quod nullius momenti sit,* ubi nos: das lässt sich hören et das will nichts sagen. v. Interpp. ad Vig. p. 152., ibique Herm. p. 731, 113. Quare Schol. addit: οὐ δεῖ δοκεῖν ὅτι λέγει τι, ἀλλὰ καταφρονεῖν. Verborum sententia sic magis apparebit: ἥν γε τὸν ἐς ἴσον τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα λέγειν τι δοκεῖν δεῖ προκαλούμενον, ἀλλ' οὐ τὸν προκαλούμενον προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς, sive ἀλλ' οὐ τὸν προκαλούμενον ταύτην προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς λέγειν τι δοκεῖν δεῖ, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον — καθιστάντα. Προκαλεῖσθαι δίκην dictum, ut προκαλούμενοι τὰ εἰρημένα 5, 37. Conf. Arist. Ach. 652. Br. add. 984. Equ. 796. Praeterea aliis locis Thuc., velut 4, 18. hoc verbum iungitur cum accusativis pronominum ἅ etc., quae tamen nihil probarent, nisi substantivorum accusativos cum eo iunctos inveniremus. v. Matth. §. 419. h. Articulus τόν ante προὔχοντα pertinet ad προκαλούμενον et iuxta se posita sunt προὔχοντα i. e. wenn er im Zustande der Ueberlegenheit, wenn er im Vortheil ist et ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς i. e. wenn er im Zustande der Sicherheit ist. Corcyraei autem certe se putabant potentiores et in tuto, quamdiu Epidamnum obsidebant, Corinthiis nondum ad bellum paratis. Vid. c. 26. 27. Ante hoc tempus non loquebantur de lite per arbitros dirimenda. Dignus, qui confera-

ἐς ἴσον τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους πρὶν διαγωνίζεσθαι καθιστάντα. οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡγήσαντο ἡμᾶς οὐ περιόψεσθαι, τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο. καὶ δεῦρο ἥκουσιν οὐ τἀκεῖ μόνον αὐτοὶ ἁμαρτόντες, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς νῦν ἀξιοῦντες οὐ ξυμμαχεῖν ἀλλὰ ξυναδικεῖν καὶ διαφόρους ὄντας ἡμῖν δέχεσθαι σφᾶς· οὓς χρῆν ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προςιέναι καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι, μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυνάμεως αὐτῶν τότε οὐ μεταλαβόντες τῆς ὠφελείας νῦν μεταδώσετε, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας

tur locus 3, 82. τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα ἐνεδέχοντο ἔργων φυλακῇ, εἰ προὔχοιεν, καὶ οὐ γενναιότητι, quo scriptor significat, etiam eos, ad quos conditiones ferebantur, non prius eas eo tempore, de quo scriptor loquitur, accepisse, quam postquam res sibi suae placere coeperunt, et se factis in tuto posuerant, caventes sibi, si forte pactum rumperetur ab adversario: οὐ γὰρ λόγων τῶν ἐναντίων πίστει, ἀλλὰ ἔργων φυλακῇ καὶ προὔχοντες latas conditiones accipiebant quemadmodum hic Corcyraei tulisse conditiones dicuntur. Porro in verbis ἐς ἴσον τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους καθιστάντα Popp. probat interpretationem Casae: *eum, qui factis pariter atque oratione aequitatem retinet.* Imo sensus est idem, qui verborum 2, 72. ἢν ποιῆτε ὁμοῖα τοῖς λόγοις. Recte Port.: *qui facta verbis aequat* i. e. qui non aliter agit, quam loquitur, qui non ita loquitur, quasi bellum nolit, ut idem ita agit, quasi bellum velit. Sequuntur verba πρὶν διαγωνίζεσθαι, quae Popp. interpretatur *priusquam bellum incipit.* Hanc interpretationem docere ait verba sequentia: οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον etc. At nunc orator sententiam proponit universalem: agere decere ante ius et iudicium, quemadmodum quis loquatur: mox transit ad causam definitam Corcyraeorum, non in universum hominum, dicens Corcyraeos prius aliter egisse (sc. πολιορκῆσαι), aliter nunc loqui (δικάζεσθαι). Mox παρέσχοντο etc. est: *conditionem ferebant speciosam* causae per arbitros disceptandae. Nam παρέχεσθαι est *verbis*, παρέχειν *re offerre.* Sensus igitur non alius est, quam si scripsisset προὐκαλοῦντο, nec opus est coniectura Valckenarii ad Callim. Fragmm. p. 227. προέσχοντο, cuius verbi vis inest in τὸ εὐπρεπές. Verba paulo post sequentia facile aliquis repugnantia putet cum superioribus, legitur enim: οὓς χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, postquam haec praecesserunt ἦν γε οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖ. At tenendum est, altero loco oratorem dicere, Corcyraeis auxilium Atheniensium petendum fuisse, quum se in tuto positos esse sentirent; supra dixerat, Corcyraeos non, quum se in tuto positos et potentiores esse sentirent, agere oportuisse, quasi bellum vellent, quum postea nolle se loquerentur. Nihil igitur hic repugnantiae est.

μηδ' ἐκ ᾧ μεταδώσετε] Ordo verborum est μηδὲ ἐν ᾧ μεταδώσετε αὐτοῖς τῆς ὠφελείας ὑμεῖς τότε τῆς δυνάμεως αὐτῶν οὐ μεταλαβόντες. Significat bellum Samium et Aegineticum, de quo vid. c. 40. 41. 105. 115. Popp. dicit generatim a Thucydide negari, Corcyraeos ullius unquam Atheniensium periculi socios fuisse. Cui repugnat illud τότε, quod significat definitum, notumque aliquod tempus, ut 1, 101. 7, 31. 8, 62. Mox ἀπογενόμενοι est *quum longe abfueritis a delictis eorum.* v. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 238. C. Deinde τῆς αἰτίας τὸ ἴσον ita intellige: criminabimus socios Corcyraeorum ut hostes, et vos quoque criminabimus, hostes appellantes.

τὸ ἴσον ἕξετε, πάλαι δὲ κοινώσαντας τὴν δύναμιν κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν, [ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους οὕτω 40τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν.] ὡς μὲν οὖν αὐτοί τε μετὰ προςηκόντων ἐγκλημάτων ἐρχόμεθα καὶ οἵδε βίαιοι καὶ πλεονέκται εἰσὶ δεδήλωται· ὡς δὲ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὺς δέχοισθε μαθεῖν χρή. εἰ γὰρ εἴρηται ἐν ταῖς σπονδαῖς ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους τις τῶν ἀγράφων πόλεων βούλεται ἐλθεῖν, οὐ

Huds. de arte factis loquens „Portus, ait, absolvuntur tribus partibus quod attinet ad eorum structuram, quorum una χηλή, altera στόμα, tertia μυχός vocatur. χηλή opus est utrimque prominens in mare, quo vis ventorum fluctuumque coerceatur.“ Adde Thuc. 8, 90. et Xenoph. Anab. 7, 1, 17., qui loco praesenti similis, ut ovum ovo. „Ima pars urbium muri, qua in portu mari alluebantur, apud veteres muniebatur genere quodam molis fluctibus oppositae et magnis saxis constructae, quae moles utrimque procurrebat extra rectam lineam moenium urbis, ita sensim incurvata, ut introitum portus artaret. Moenia Potidaeae mare attingebant utroque latere isthmi, ac cum portae in exteriori latere urbis ad Olynthum converso non aperiri possent, ne Athenienses simul cum fugientibus vi in urbem penetrarent, Aristeus coactus est, secundum litus praeter eam ipsam molem fluctibus oppositam et sub ipsis moenibus progredi, dum per unam portarum in interiori latere urbis, Pallenam versus spectante admitteretur. Quod dum fecit, expositus fuit telis Atheniensium, quorum naves urbem obsidebant. Quo factum est, ut nonnullos militum amitteret.“ Arn.

ἀπέχει] Cass. Aug. Ven. Cl. H. Vat. It. Reg. ἀπεῖχε, quod tempus nemini aptum videatur. Neque tamen aliter locutus est Xenoph. H. Gr. 2, 1, 21. et vid. Krueg. Vit. Thuc. p. 73, 3. Mox οἱ Μακεδόνες ἱππῆς sunt equites Philippi et Pausaniae, sociorum Atheniensium. Vid. c. 61. Epitaphium Atheniensium in hac pugna caesorum, nuper inventum explicat Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 300. Interfuit illi pugnae etiam Socrates comite Alcibiade, ut ex Platone, Plutarcho, Isocrate et Athenaeo novimus.

64. ἐκ τοῦ ἰσθμου] i. e. auf der Seite des Isthmus. v. Matth. p. 1132. Mox ἀτείχιστον ἦν est sine muro obsidionali erat. „Potidaea urbe occupatum fuisse totum Isthmum inde a mari ad mare, ita ut omnis aditus intercluderetur, terra quidem, inter hostem, qui urbem impugnaret inde a Pallene, et hostem, qui castra posuisset externo Isthmi latere, apparet non solum ex narratione Thucydidis, sed etiam Herodoti 8, 129.“ Arn. Deinde ἀπετείχισε est: er schloss die Stadt von der See zur See durch eine Belagerungsmauer ein. Vid. Wessel. ad Herodot. 6, 35.

τὴν Παλλήνην ἀτείχιστον οὖσαν, χρόνῳ ὕστερον πέμπουσιν ἑξακοσίους καὶ χιλίους ὁπλίτας ἑαυτῶν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίου στρατηγόν. ὃς ἀφικόμενος ἐς τὴν Παλλήνην καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος προςήγαγε τῇ Ποτιδαίᾳ τὸν στρατὸν κατὰ βραχὺ προϊὼν καὶ κείρων ἅμα τὴν γῆν. ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει ἐς μάχην, ἀπετείχισε τὸ ἐκ τῆς Παλλήνης τεῖχος· καὶ οὕτως ἤδη κατὰ κράτος ἡ Ποτίδαια ἀμφοτέρωθεν ἐπολιορκεῖτο καὶ ἐκ θαλάσσης ναυσὶν ἅμα ἐφορμούσαις. Ἀριστεὺς δὲ ἀποτειχισθείσης 65 αὐτῆς καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας, ἢν μή τι ἀπὸ Πελοποννήσου ἢ ἄλλο παρὰ λόγον γίγνηται, ξυνεβούλευε μὲν πλὴν πεντακοσίων ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις ἐκπλεῦσαι, ὅπως ἐπὶ πλέον ὁ σῖτος ἀντισχῇ, καὶ αὐτὸς ἤθελε τῶν μενόντων εἶναι. ὡς δ᾽ οὐκ ἔπειθε, βουλόμενος τὰ ἐπὶ τούτοις παρασκευάζειν, καὶ ὅπως τὰ ἔξωθεν ἕξει ὡς ἄριστα, ἔκπλουν ποιεῖται λαθὼν τὴν φυλακὴν τῶν Ἀθηναίων. καὶ παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι τά τε ἄλλα ξυνεπολέμει καὶ Σερμυλίων λοχήσας πρὸς τῇ πόλει πολλοὺς διέφθειρεν· ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἔπρασσεν ὅπῃ ὠφέλειά τις γενήσεται. μετὰ δὲ τῆς Ποτιδαίας τὴν ἀποτείχισιν Φορμίων μὲν ἔχων τοὺς ἑξακοσίους καὶ χιλίους τὴν Χαλκιδικὴν καὶ Βοττικὴν ἐδῄου, καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλε.

Τοῖς δ᾽ Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις αἰτίαι μὲν αὗται 66 προςγεγένηντο ἐς ἀλλήλους· τοῖς μὲν Κορινθίοις ὅτι τὴν Ποτίδαιαν ἑαυτῶν οὖσαν ἀποικίαν καὶ ἄνδρας Κορινθίων τε καὶ

65. *παρὰ λόγον*] Vulgo legebatur *παράλογον*. Et *τοῦ πολέμου τὸν παράλογον* conferebant cum dictione *ὁ πλεῖστος τοῦ χρόνου*, statuentes Thucydidem voce *παράλογος* ut adiectivo usum esse, quod eum nunquam fecisse, Krueg. Commentt. Thuc. p. 267. demonstravit. Mox *ἀντίσχῃ* derivandum est ab *ἀντίσχειν*. Vid. Buttm. Gr. max. Ind. Verb. Anomal. s. v. *ἔχειν*. Deinde de verbis *τῶν μενόντων εἶναι* v. Matth. p. 629. Et *τὰ ἐπὶ τούτοις* significat *id quod deinceps opus facto erat*. Ad *ξυνεπολέμει* supple *τοῖς Χαλκιδεῦσιν*. Ad *λοχήσας* Schol. adnotavit: *τὸ ἑξῆς οὕτω, καὶ πολλοὺς τῶν Σερμυλίων διέφθειρε, λοχήσας αὐτοὺς πρὸς τῇ ἑαυτῶν πόλει. ἔστι δὲ ἡ Σερμυλὶς Χαλκιδικὴ πόλις, τὰ τῶν Ἀθηναίων φρονοῦσα*. Vid. Thuc. 5, 18. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 304 sq. Mox „*Βοττικὴ* significat novam patriam Bottiaeorum, orientem versus a Potidaea et sinu Thermaico sitam, ubi sedes figebant, postquam expulsi sunt e pristinis sedibus per Macedones. v. Thuc. 2, 99. *Bottiaea* autem significat veterem eorum patriam, magis occidentem versus sitam inter Axium et Lydiam fluvios. Thraciam quum invadebat Sitalces, Botticam ingressus est, sed nunquam Bottiaeam attigit. v. Thuc. 2, 99—101.“ Arn. add. Od. Muell. De Maced. p. 10. *ἐδῄου*] Schol. mirum esse ait, quod Phormio, qui murum versus Pallenam spectantem custodiret (v. c. 64.), Chalcidicen et Botticam vastaverit, et non potius altera pars obsidentium, cui Callias ante obitum praefuerat (v. c. 64. init.). Quam quaestionem ut solvat, dicit partem agri Potidaeae ab Olyntho hostilem, partem ab Pallena Atheniensibus amicam fuisse. Proinde portionem Phormionis neglectam esse, utpote Palleneusibus sufficientibus ad suum latus tuendum. At falsum est, partem a Pallena sitam Atheniensibus amicam fuisse, ut apparet ex cap. 64.

*Πελοποννησίων ἐν αὐτῇ ὄντας ἐπολιόρκουν· τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐς τοὺς Πελοποννησίους ὅτι ἑαυτῶν τε πόλιν ξυμμαχίδα καὶ φόρου ὑποτελῆ ἀπέστησαν, καὶ ἐλθόντες σφίσιν ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐμάχοντο μετὰ Ποτιδαιατῶν. οὐ μέντοι ὅ γε πόλεμός πω ξυνεῤῥώγει, ἀλλ' ἔτι ἀνακωχὴ ἦν· ἰδίᾳ γὰρ ταῦτα οἱ Κο-*
67 *ρίνθιοι ἔπραξαν. πολιορκουμένης δὲ τῆς Ποτιδαίας οὐχ ἡσύχαζον, ἀνδρῶν τε σφίσιν ἐνόντων καὶ ἅμα περὶ τῷ χωρίῳ δεδιότες· παρεκάλουν τε εὐθὺς ἐς τὴν Λακεδαίμονα τοὺς ξυμμάχους καὶ κατεβόων ἐλθόντες τῶν Ἀθηναίων ὅτι σπονδάς τε λελυκότες εἶεν καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον. Αἰγινῆται τε φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι, δεδιότες τοὺς Ἀθηναίους, κρύφα δέ, οὐχ ἥκιστα μετ' αὐτῶν ἐνῆγον τὸν πόλεμον, λέγοντες οὐκ εἶναι αὐτόνομοι κατὰ τὰς σπονδάς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, προςπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων καὶ εἴ τίς τι ἄλλο*

66. *ξυνεῤῥώγει*] i. e. *nondum eruperat.* v. Valck. ad Eurip. Hippol. p. 309 C.

67. *φανερῶς μὲν οὐ — κρύφα δέ*] Particulae *μὲν — δέ* interdum ad ea ipsa, quae inter se contrarie posita sunt, referri manente constructione participii, adnotavit Herm. ad Soph. El. 1059. Trach. 63., ita ut illae particulae hoc loco positae esse putandae sint, quasi scripsisset *οὐ μὲν φανερῶς ἐπρεσβεύοντο, κρύφα δὲ πρεσβευόμενοι ἐνῆγον.* Eadem de hoc loco sententia est Buttmanni ad Demosth. Or. Mid. Exc. 12. p. 149. Solum *μέν* extat in eadem structura apud Thuc. 1,52. *Τὰς μὲν ναῦς ἄραντες — ἡσύχαζον.* Adde Matth. p. 1246. Praesentem locum eximi posse putat Krueg. ad Dionys. p. 110., si comma post *κρύφα δέ* ponatur, repetito participio *πρεσβευόμενοι*, coll. c. 95. 125. 2, 98.

*κατὰ τὰς σπονδάς*] Utrisque (et quinquennalibus et tricennalibus induciis, per quas licebat civitatibus, neutri societati adscriptis, alterutram amplecti) prior est Aegina in ditionem Atheniensium redacta (v. Thuc. 1, 108. coll. 1, 115. 112.), neque quidquam illis induciis in statu Aeginetarum mutatum est. Spectare verba *τὰς σπονδὰς* potius crediderim ad *τὸ συμμαχικὸν* Graecorum, auctoritate Spartanorum factum, Graecorumque in eo foedere inter se libertatis stipulationem. Od. Muell. Aeginet. p. 180. v. Herodot. 9, 106. coll. Thuc. 1, 102. Graeci, quum alterum bellum Persicum ingrueret, auctore Themistocle (v. Plut. V. Them. 6. extr.) omnem inter se inimicitiam deponebant, et ante omnia bellum Atheniensium cum Aeginetis componebant (v. Herodot. 7, 145.), quos ideo probabile est non accessisse ad societatem Graecorum contra Persas coniunctorum, nisi promissionem *αὐτονομίας* adeptos. Formulam iurisiurandi, qua se foederati Graeci ad bellum Persicum obstrinxerunt, habet Diod. 11, 27., ubi v. Wessel., unde discas quidem, Theopompo historico hanc formulam ab Atheniensibus confictam visam esse; poterat tamen ea formula ex fama Graeciam inde ab antiquo tempore pervagata composita esse, et plenius eandem formulam habet Lycurg. adv. Leocrat. p. 193. Reisk. Natura foederis Graecorum contra Persas cognoscitur ex foedere Pausaniae cum Plataeensibus apud Thuc. 2, 71., per quod Plataeenses in magnum foedus Graecorum recepti sunt, et quod, si summam spectes, cum formula apud Diodorum et Lycurgum consentit. Vid. Arn. ad 2, 71.

*τῶν ξυμμάχων — ἄλλο*] Vulgo *τε* post *ξυμμ.* Haec particula om. in Cass. Aug. Lugd. F. Pal. Reg. (G.) H. Ven. Recte; nam, quod Haack. animadvertit, in vulgata offensioni sunt verba *εἴ τίς τι ἄλλο,*

ἔφη ἠδικῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων, ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες τὸν εἰωθότα λέγειν ἐκέλευον. καὶ ἄλλοι τε παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο ὡς ἕκαστοι καὶ Μεγαρῆς, δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς παρὰ τὰς σπονδάς. παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι καὶ τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξῦναι τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπεῖπον τοιάδε.

pro quibus scribi debebat vel εἴ τις τῶν ἄλλων, vel εἴ τις ἄλλος, vel εἴ τίς τι ἄλλος. Omnibus his correctionibus supersedeas, si eiecta particula τε sententiam hanc effeceris: *Lacedaemonii vero sociorum praeterea advocatis, si qui alia quapiam in re se ab Atheniensibus iniuriam accepisse dicerent, legitimo suae gentis concilio facto, qui vellent, eos dicere iusserunt.*

τὸν εἰωθότα] Schol. τὸν εἰωθότα λέγει ξύλλογον ὅτι ἐν πανσελήνῳ ἐγίγνετο ἀεί. De tempore ordinariorum comitiorum Od. Muell. Dor. 2. p. 86. 88. adn. consentit, sed idem negat, verbum εἰωθότα ad tempus comitiorum referendum esse. Etenim Thuc. discernit τὸν εἰωθ. ξύλλ. a minoribus comitiis, ad quae τοὺς ὁμοίους tantum (v. ibid. p. 83.) advocatos esse, Muell. coniicit, utpote ἐκκλήτους ex omni civitate. Itaque τὸν εἰωθ. ξύλλ. intelligemus maiora comitia omnium civium Spartanorum, qui quidem trigesimum vitae annum attigissent (v. ibid. p. 87.). Quare infra c. 72. Thuc. de his iisdem maioribus comitiis dicit: καὶ ἔφασαν (legati Atheniensium) βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ π λ ῆ θ ο ς α ὐ τ ῶ ν εἰπεῖν. Etenim τὸ πλῆθος hic iidem sunt, qui Demostheni et Aristoteli audiunt ὁ δῆμος Spartanorum, neque alii sunt, nisi qui alibi ὑπομείονες appellantur i. e. omnes Spartani οὐχ ὅμοιοι. Vid. C. Fr. Herm. De Homoeis p. 7. 9. 14. coll. Aristot. Polit. 2, 6, 15. Illud πλῆθος male intellexit Tittm. Gr. Staatsverf. p. 89. Docet Herm. p. 17., Homoeos inter Spartanos sive Dorienses eos fuisse, qui, quum soli eum agrorum modum possiderent, unde et syssitiorum sumtibus sufficere et rei familiaris cura soluti Lycurgeae disciplinae vicibus inde a pueritia unice vacare possent, soli etiam ea in republica dignitate iurisque plenitudine gaudebant, cuius fructum Lycurgus illis conditionibus circumscripsisset. Qui enim minus agrorum arabant, etsi pariter cum Homoeis Spartani nati erant, eos ὑπομείονας et dictos et habitos esse. Homoeos idem dixerat p. 14 sq. solos exercuisse, iura quaecunque per Lycurgi leges civibus Spartanis concessa essent, remotis reliquis, quippe qui legibus illis non satisfacere possent. Proinde quae populi comitiis Lycurgus attribuisset, ea ad Homoeos transisse, eosdemque Homoeos esse, quos identidem Xenoph. τοὺς ἐκκλήτους appellet i. e. eos, qui *in parvam concionem* convenirent, quam ipsorum Homoeorum fuisse verisimillimum esse statuit. Adde eundem Antt. Gr. p. 88 sq. et de comitiis Spartanorum Tittm. p. 89 sqq. 99 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 212 sq.

λιμένων — εἴργεσθαι] Dicunt, ait Schol., Periclem, quum rationem reddere deberet de signo Minervae, quod Phidias fecerat, quo se verteret nesciisse. Quem quum videret Alcibiades etiamtum puer, Quid tristis esset? quaesivisse. Illo respondente se perturbato animo esse, quod nesciret, quomodo rationem pecuniae redderet, ille intercipiens, Magis, ait, vide, quomodo non reddas. Hoc consilium accipiens ille rogavit apud populum, ut Megarenses portubus et foro rerum venalium arcerentur. Qua re occupatis Atheniensibus ipse evasit ne rationem

68 Τὸ πιστὸν ὑμᾶς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας καὶ ὁμιλίας ἀπιστοτέρους, ἐς τοὺς ἄλλους ἤν τι λέγωμεν, καθίστησι· καὶ ἀπ' αὐτοῦ σωφροσύνην μὲν ἔχετε, ἀμαθίᾳ δὲ πλέονι πρὸς τὰ ἔξω πράγματα χρῆσθε. πολλάκις γὰρ προαγορευόντων ἡμῶν ἃ ἐμέλλομεν ὑπὸ Ἀθηναίων βλάπτεσθαι, οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς ἕνεκεν τῶν

daret. Alii narrant, illum propterea illud rogasse, quod Megarenses Aspasiam, magistram Periclis contumelia affecerant stuprum per convicium appellantes. Conf. Schol. Arist. Pac. 604 sqq. Plut. V. Pericl. 29—31. Diod. Sic. 12, 38 sqq. Arist. Ach. 515. (unde sua habet Tzetz. Chil. 10, 950 sqq. 959.) Adde Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 209. coll. Meiners. Hist. Liter. Vol. 2. p. 233 sqq. adn. Mans. Spart. 1, 1. p. 398. adn. c. Plut. de Malign. Herod. p. 397. Thuc. 1, 127. 139. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 120 sq. et inprimis Od. Muell. Vit. Phidiae p. 30 sqq.

68. *τὸ πιστόν*] i. e. das redliche Verfahren. Haec scriptor ipse explicat 3, 37. *τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους* dicens. *Τὴν καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείαν* dicas die innere Verwaltung, cui mox contrarie ponuntur *τὰ ἔξω πράγματα.* Mox verba *ἐς τοὺς ἄλλους* dubitant, utrum iungenda sint cum *ἀπιστοτέρους καθίστησιν,* ut sit *καθίστησιν ὑμᾶς ἀπιστοτέρους ἐς ἡμᾶς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωμεν,* quia inter se qui sine suspicionibus agunt, iidem aliorum suspiciones improbent, neque iis fidem habere possint. Quae eadem sententia inest in loco 3, 37. *διὰ τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε,* quia qui inter se sine suspicionibus agunt, iidem nullas in alios alant. An potior sit sententia Heilmanni interpretati: das redliche Verfahren, das ihr in der Verwaltung öffentlicher Angelegenheiten und eurem gesammten Betragen gegen Andre beobachtet, macht, dass ihr uns auch nicht leicht Glauben zustellet, wenn wir uns über Andere zu beschweren haben; und daher kommt es, dass ihr bei allem noch so vernünftigen eigenen Betragen gar zu wenig Einsicht in die auswärtigen Angelegenheiten beweiset. Videtur interpres verba in eurem gesammten Betragen gegen Andere, Graecis *τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας* adhibuisse: quod si ita est, debebat potius scribere: in eurem Betragen gegen einander. Verba *ἐς τοὺς ἄλλους* iunxit cum verbis *ἤν τι λέγωμεν.* Kistem. Heilmanni viam ingressus sic se fecisse ait, ne verba *ἤν τι λέγωμεν* nimis indefinite dicantur. Contra quem Haack. dixit, *λέγειν τι* sic simpliciter positum extare etiam c. 39. init. At ibi *λέγειν τι* est *dicere quod alicuius momenti sit.* Hic autem haec verba hunc sensum habere debent: wenn wir eine Klage vorbringen, quem sensum per se habere nequeunt nisi additis verbis *ἐς ἄλλους* vel simil. Occurritur ab Haackio dubitante, num Graece dicatur *λέγειν τι ἐς τινα* pro *λέγειν ἐς τινα* vel *λέγειν τινά τι.* Quorum prius qui non adiecto *τι* dici possit, adiecto non possit, haud equidem intelligo. Comma ante *ἐς τοὺς ἄλλους* poni et verba *ἐς τοὺς ἄλλους ἤν τι λέγωμεν* iungi, hoc praeterea suadet, quod si altero modo facias: *ἀπιστ. ἐς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγ.*, minus accurate scriptorem loqui facias. Nam si haec eius mens fuisset, dicere debebat aut *ἐς ἡμᾶς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωμεν,* aut *ἐς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωσι.* Mox de verbis *τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε* v. Matth. p. 775. adn. 4.

*τῶν λεγόντων — ὑπενοεῖτε*] Genitivum Popp. negat pendere a verbo *ὑπονοεῖν,* sed ex tota formula *ὡς λέγουσι,* quia eius sensus idem

αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσι· καὶ δι' αὐτὸ οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν, τοὺς ξυμμάχους τούςδε παρεκαλέσατε ἐν οἷς προςήκει ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὑβριζόμενοι, ὑπὸ δὲ ὑμῶν ἀμελούμενοι. καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προςέδει. νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν, ὧν τοὺς μὲν δεδουλωμένους ὁρᾶτε, τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας αὐτούς, καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις καὶ ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένους, εἴ ποτε πολεμήσονται. οὐ γὰρ ἂν Κέρκυράν τε ὑπολαβόντες βίᾳ ἡμῶν εἶχον καὶ Ποτίδαιαν ἐπολιόρκουν, ὧν τὸ μὲν ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἀποχρῆσθαι, ἡ δὲ ναυτικὸν ἂν μέγιστον παρέσχε Πελοποννησίοις. καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι τό 69 τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ Μηδικὰ κρατῦναι καὶ ὕστερον τὰ μακρὰ στῆσαι τείχη, ἐς τόδε τε ἀεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη ξυμμάχους. οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δέ, ἀληθέστε-

sit, ac si scripsisset ἀλλὰ τῶν λεγόντων τὸ λέγειν ἕνεκεν τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων ὑπενοεῖτε. Aliter explicat Matth. p. 593. coll. §. 342. 1. 2. Mox ἰδίᾳ non secus substantivo adiungitur, quam adverbia temporis νῦν, πρότερον, πάλαι et simil., aut adverbia loci ἐκεῖ, ὧδε etc. articulo praefixo. Deinde praesens ὡς λέγουσι positum est, quia oratio recta et obliqua de more permutantur. Vid. Matth. §. 507. 3. De formula οὐχ ἥκιστα — ὅσῳ v. ibidem §. 462. p. 860. et de οὐχ ἥκιστα §. 463. p. 861., de ἀμελούμενοι p. 922.

δεδουλωμένους] sc. τοὺς Αἰγινήτας.

τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας] sc. Potidaeatis et Megarensibus.

προπαρεσκευασμένους] Schol. ὡς συνειδότας τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας καὶ γιγνώσκοντας ὡς πάντως οὐκ ἀνεξόμεθα, ἀλλὰ πολεμήσομεν. Mox πολεμήσονται est *si quando bellum iis infertur.* De futuro medii posito pro futuro pass. v. Matth. p. 928. II. Buttm. Gr. §. 113. 5. p. 259 sq. (ed. 13.) Deinde οὐ γὰρ ἂν etc. converte *alioquin Corcyram non a nobis abalienassent.* Supple, nisi perpetuo consilio hoc agerent, ut Graecis libertatem eripiant. Et πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἀποχρῆσθαι idem significat, ac πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ὥστε ἀποχρῆσθαι τοῖς ἐπὶ Θρ., ut plenum fructum percipiatis ex terris vestris ad Thraciam sitis. Hunc sensum verbi esse, Arn. colligit collatis 6, 17. 7, 42. Simili, si non eodem sensu Latini dicunt *abuti.* v. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 93. et Interpp. ad Cic. de N. D. 2, 60. p. 464. Creuz.

69. τοὺς ὑμετέρους — ξυμμάχους] Aeginetas maxime, Megarenses et Potidaeatas. Vid. c. 67. Quod autem gravius est, si Lacedaemonii suos, quam si Corinthiorum foederatos sinere in servitutem redigi dicuntur, Popp. vulgatam ὑμετέρους alteri scripturae ἡμετέρους praetulit. Mox αὐτὸ δρᾷ intellige τὸ δουλοῦσθαι. Verba ὡς ἐλευθερῶν sic accipe: *si quidem ultro virtutis laudem fert, quod liberator Graeciae sit,* wenn er anders ausserdem, dass er uns retten *kann*, auch retten sollte und die Pflicht hat, uns zu retten, weil er die rühmliche Meinung für sich hat, dass er der Befreier Griechenlands sei. „*Εἴπερ* (wenn anders) usurpatur de re, quae sumitur, sed in incerto relinquitur, utrum iure an iniuria sumatur.“ Herm. ad Vig. p. 833 sq. Par-

ρον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. μόλις δὲ νῦν τε ξυνήλθομεν καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ φανεροῖς. χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅ τι ἀμυνούμεθα. οἱ γὰρ δρῶντες βεβουλευμένοι πρὸς οὐ διεγνωκότας, ἤδη καὶ οὐ μέλλοντες, ἐπέρχονται. καὶ ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας. καὶ λανθάνειν μὲν οἰόμενοι διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν ἧσσον θαῤῥοῦσι· γνόντες δὲ εἰδότας περιορᾶν ἰσχυρῶς ἐγκείσονται. ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινὰ ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι, καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες. καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι

ticipium praesentis vice substantivi fungitur. Lacedaemonii Atheniensibus imperarunt τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφιέναι. v. cap. 139.

μόλις δὲ νῦν τε] Recte Bake in Bibl. Cr. 2. p. 256. „Quia τε δέ, ait, nunquam hic scriptor iungit, particulam τε post νῦν transmisit.“ Eundem usum harum particularum habes 3, 40. prop. fin. κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε, καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα καταστήσατε, ubi v. adnot. et 4, 95. init. τὸ ἴσον δὲ πρός τε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν. Mox ad ἐπὶ φανεροῖς Schol. adnotavit: καὶ νῦν γὰρ ἀμφιβάλλεται, εἰ ἀδικούμεθα. „Etenim conventus sociorum, ait Popp., non a Lacedaemoniis hoc ipso consilio, ut bellum decernerent, indictus erat, sed Corinthiis auctoribus multi legati Spartam venerant. Vid. c. 67. Secus postea factum c. 120. Proxima plene sic scriberentur: εἰ γὰρ ἐπὶ φανεροῖς ξυνήλθομεν, οὐ χρῆν etc.“

οἱ γὰρ δρῶντες] Nos, ait, consultamus, num violati simus, cum iam opus sit, eos, qui aperte violaverint, impugnare. Secus Athenienses: hi enim, quia agunt, iam consulto et non demum consultaturi incessunt nos non confirmatos consilio. Haec ita inter se respondent: βεβουλευμένοι et οὐ διεγνωκότας, tum ἤδη et οὐ μέλλοντες. Ex duobus autem participiis δρῶντες βεβουλευμένοι id, quod priori loco positum est, ex usu Graecorum, rationem et causam continet alterius participii; itaque δρῶντες βεβουλευμένοι est: entschlossen, weil sie handeln. Vid. Herm. ad Soph. Oed. C. 172.

τῇ μελλήσει] i. e. exspectatione, proximo quoque tempore hostem validum arma expediturum esse, quo si non laedit, certe terret. Ergo μέλλησις terror est et metus a civitate, quam est reapse cur metuas. Sensum exprimas dicendo: als imponirende Macht. Hanc notionem optime illustrant duo loci 4, 126. med. et extr. Mox de verbis ὧν ὁ λόγος τοῦ ἔργου v. Matth. p. 821., qui ὧν pro neutro habens explicat τοῦ ἀσφαλοῦς εἶναι ὁ λόγος ἐκράτει. Mihi probabilius videtur, ὧν masculinum ad Lacedaemonios referri. Conf. ibid. §. 342. 1. Thuc. 2, 42. ὥσπερ τῶνδε ὁ λόγος τῶν ἔργων ἰσόῤῥοπος φανείη. Et ἐκράτει est *fama erat potior re ipsa.* v. Matth. p. 674. adn. 1. Mox ἀξίως dixit, quia copiae cum Leonida Thermopylas missae parvae erant, ut Popp. explicat. Et ἐπιστάμενοι est pro καίπερ ἐπιστάμενοι. Sensus enim est: Per vos si stetisset, pridem perissemus. Nam vos cunctari soletis et in fortunam vos dare, quamvis probe scientes, non tam per vos a Persis nos liberatos esse et servitutem Atheniensium adhuc evitasse, quam ipsorum hostium nostrorum erroribus. Sic. 5, 82. δεομένων est pro καίπερ δ. et 6, 9. νομίζων pro καίπερ ν.

ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει. τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλθόντα ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι, καὶ νῦν τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἑκὰς ὥςπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας περιορᾶτε, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἐπιόντας, καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καταστῆναι, ἐπιστάμενοι καὶ τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῇ ἀφ' ὑμῶν τιμωρίᾳ περιγεγενημένους· ἐπεὶ αἵ γε ὑμέτεραι ἐλπίδες ἤδη τινάς που καὶ ἀπαρασκεύους διὰ τὸ πιστεῦσαι ἔφθειραν. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπ' ἔχθρᾳ τὸ πλέον ἢ αἰτίᾳ νομίσῃ τάδε λέγεσθαι. αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἁμαρτανόντων· κατηγορία δὲ ἐχθρῶν ἀδικησάντων. καὶ ἅμα εἴπερ τινὲς καὶ 70

*περὶ αὑτῷ*] i. e. *sua ipsius culpa*. Sic 6, 33. *κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς πταίσωσι*, ubi Schol. *ἂν ἄρα — περὶ αὐτοὺς σφαλῶσι*. v. Matth. p. 1177. „Being wrecked upon himself i. e. ipsum fuisse quasi rupem, ad quam fortuna ipsius affligebatur, sive sua ipsius stultitia perisse." Arn., qui confert Herodot. 9, 101. *μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς*, *ne in Mardonio Graecia pedem offendat*, sive ne Mardonius impedimentum fiat, quod Graecia non possit vincere, sed in quod allidens procumbat et pervertatur. Addit Dionys. A. R. 7, 4. Adde ibid. p. 1187. Mox *αἱ ὑμέτεραι ἐλπίδες* significat spem in Lacedaemoniis collocatam. Deinde „*τινας* fortasse ad Euboeenses 1, 114. spectat, certe ad Potidaeatas 1, 58. Idem postea accidit Mytilenaeis libr. 3. init." Popp.

*αἰτία — κατηγορία*] I. Summa in nominum distinctione fuit Prodici cura. v. Plat. Protag. p. 337. Heind. ad Plat. Charm. p. 84. Quam Prodici *ἀκριβολογίαν* Thucydidem imitatum esse Marcellin. §. 36. et Schol. ad Thuc. 4, 135. testantur, quem emendat Ruhnk. de Antiph. p. 801. Huius imitationis, si qua est, exempla sunt haec *αἰτία* et *κατηγορία* et 3, 39. *ἐπανέστησαν* et *ἀπέστησαν*. Sed quis non videt, talia multum differre a Prodici affectatione? Krueg. ad Dionys. p. 194 sq., qui praeterea cum praesenti loco comparat Isocr. Panegyr. c. 36. §. 149. Bekk. Adde Doederl. Lat. Synon. 2. p. 164. Cic. de N. D. 1, 3., ibique Davis. Bau. negat, quemquam praeter Thucydidem *αἰτίαν* et *κατηγορίαν* distinxisse: „si *μέμψιν*, ait, amicis tribuisset i. e. obiurgationem, expostulationem, facilius ferrem; nunc *ἀκριβολογῆσαι* videtur suo more, quo 1, 71. *ἀδικεῖσθαι* et *βιάζεσθαι* distinguit, quum alibi *βίαν* pro *ἀδικίᾳ* ponat, ut 1, 45. extr. 68." II. Ac sane iniuriae notio in utroque est, nisi quod *βιάζεσθαι* superiori viribus tribuitur, *ἀδικεῖν* autem pari, ut ipse Bau. explicat. Atque propter id ipsum Thuc. recte istas voces distinguit, nam *ἀδικεῖν* est *iniuste agere*, ubi legum aequitate te cum adversario experiri posse existimes, *βιάζεσθαι* autem est eius, qui vim maiorem exercet. III. Neque nimium quid in discernendo ea verba continent, quae Bau. attulit ex 7, 77., ubi *ξυμφοραί* et *κακοπάθειαι* distinguuntur, nam ibi ipse reprehensor verba *παρὰ τὴν ἀξίαν* aliquid discriminis efficere fatetur. „*Ξυμφοραί* in universum sunt *fortunae vices*, malae praesertim, et eo loco in universum clades acceptae spectantur, quum *κακοπάθειαι* miserandam exercitus conditionem, c. 75. descriptam, significent." Krueg. Addendis ad Dionys. p. LV., ubi de reliquis synonymis huius scriptoris disputat. In foro *κατηγορία* non est accusatio sive actio, sed oratio, quam apud iudices

ἄλλοι ἄξιοι νομίζομεν εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν, ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων περὶ ὧν οὐκ αἰσθάνεσθαι ἡμῖν γε δοκεῖτε, οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε πρὸς οἵους ὑμῖν Ἀθηναίους ὄντας καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας ὁ ἀγὼν ἔσται. οἱ μέν γε νεωτεροποιοὶ καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σώζειν καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν καὶ ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι. αὖθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι, τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, τῶν τε δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους. οἴονται γὰρ οἱ μὲν τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ τῷ ἐπελθεῖν καὶ τὰ ἑτοῖμα

accusator habet. Vid. Meier. et Schoem. Att. Proz. p. 194. Ἀδικεῖν est *contra leges delinquere, iniuste agere*; βία quid forensi sensu sit, docent iidem viri docti p. 545. Ἀπόστασις est: Abfall, ἐπανάστασις Aufstand. Adde Krueg. ad Thuc. 8, 21. in Commentt. Thuc. p. 328.

70. ὡς πᾶν διαφέροντας] v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 5 sqq. Mox ad ὑμεῖς δέ ex praegresso ὀξεῖς repete ἱκανοί vel simile quid. Dein ἐπιγνῶναι est *praeterea excogitare*, nam ἐπί hic propter ea, quae praecesserunt, suam vim retinet, itidemque in ἐπινοῆσαι et ἐπιτελέσαι (*cumulum addere consultis et factis*), id quod docent vocabula ex adverso posita. Mox quid παρὰ γνώμην sit, docet Livius 45, 23. *Atheniensium populum fama est celerem et supra vires audacem esse ad conandum: Lacedaemoniorum cunctatorem et vix in ea, quibus fidit* (τῆς γνώμης τοῖς βεβαίοις Thuc.) *ingredientem*. Nam „γνώμη est in universum iudicium consulto et cum rerum ponderatione latum, atque studia significat ex tali consultatione nata. Hoc sensu γνώμη contrarium est ὀργῇ, seu coeco animorum impetui, id quod clarissime apparet ex Thuc. 3, 42., ubi iunguntur ὀργή et βραχύτης γνώμης, item ex 2, 65., ubi Pericles dicitur δυνατὸς ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ et c. 65. γνώμης ἁμάρτημα.“ Heilm. Conf. 4, 19. extr. καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν i. e. das äusserste wagen, wenn ihm auch seine Vernunft Unmöglichkeiten zeigt. Itaque παρὰ γνώμην κινδυνευτής nihil aliud est, nisi: ein tollkühner Waghals, id quod probatur ex iis, quae contrarie ponuntur: Λακεδαιμόνιοι τῆς γνώμης οὐδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεύοντες. Exemplum talis Atheniensium audaciae adest c. 74. προθυμίαν δὲ καὶ πολύ etc. Paulo inferius ἐνδεᾶ est: was hinter der Erwartung, die man von eurer Macht hat, zurückbleibt, et τῆς γνώμης τοῖς βεβαίοις intellige τῇ βεβαίᾳ γνώμῃ. Dein ἐπελθεῖν (pro quo D. et Tus. ἀπελθεῖν), videtur significare *ex patria abire hostium aggrediendorum causa*, sicut non ita multo post significat *hostiliter* sive *armis aggredi*. Bake in Bibl. Cr. 2. p. 256. monet, in ἐπελθεῖν latere sensum occupandi alienam possessionem: quod quum fieri soleat opum augendarum et spe et consilio, Lacedaemonios eo abstinuisse, qui sic praesentes opes amitti posse putarent. Tum ἐξέρχονται est *victoria utuntur, victoriam exsequuntur*. Et ἀναπίπτουσιν significat mentis et animi desponsionem, translatione ducta a corpore, quod labore fessum reclinatur. v. Grammat. pone Hermanni libr. De Emend. rat. gr. gr. p. 323. Suid. in v. Eustath. ad Hom. Od. 9. p. 1641. Rom. Athenae. 1, 19. p. 23. B. coll. Arnoldo ad h. l.

ἂν βλάψαι. κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται, καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν. ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ γνώμῃ δὲ οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς. καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐξέλθωσιν, οἰκεῖα στέρεσθαι ἡγοῦνται· ἃ δ' ἂν ἐπελθόντες κτήσωνται, ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πράξαντες. ἢν δ' ἄρα καί του πείρᾳ σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα

*σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις*] i. e. *τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν οὕτω χρῶνται ὥστε εἶναι ἀλλοτριώτατα* seu *τοῖς ἑαυτῶν σώμασι χρῶνται ὥσπερ οὖσιν ἀλλοτριωτάτοις*. Popp. Hoc dicit, Athenienses in pugnis pro patria corporibus quasi re aliena uti, quasi patriae corpora sint, non sua, neque ipsi vulnera sentiant ideoque ne mortem quidem oppetere detrectare. His deinde *γνώμῃ οἰκειοτάτῃ* ex adverso ponitur, hoc sensu: iudicio quam maxime suo utuntur i. e. suorum consiliorum sunt tenacissimi et mentis ad excogitanda nova consilia plane compotes. Habes repetitum illud *ἐπινοῆσαι* et *ἐπιτελέσαι* initii huius cap., eamque appellat *προθυμίαν ἀοκνοτάτην* c. 74. sive *τολμηροτάτην* ibidem, sive *προθυμίαν ἀπροφάσιστον* 6, 83. Sunt, qui interpretentur: animo utuntur *patriae* deditissimo sive totam mentem, ubi pro patriae salute consultatione opus est, patriae dicant, suae quisque utilitatis immemores. Sic vero omnis vis antitheti, quod in vocibus *ἀλλοτριωτάτοις* et *οἰκειοτάτῃ* inest, evanescit. Quare malim convertere: ihren Geist aber gebrauchen sie als die Kraft, die sie ganz in ihrer Gewalt haben. Hanc per figuram voce *ἀλλότριος* multi usi sunt, quum dicere volebant, nec corpori nec animae aliquem parcere pro re cara immolandae. Vid. Solan. ad Lucian. Asin. 22. Vol. 6. p. 483. Bip. Totus cum praesenti Thucydidis loco convenit Lys. Orat. Funebr. pag. 87. Reisk. Adde Isocr. Panegyr. c. 86. de Pac. c. 4. Adde locos ab Abr. allatos Theoph. Sim. 3. Hist. 13. Chrysost. Vol. 3. Opusc. 284. et locum, quem Bloomf. adscripsit, Iosephi 1, 253, 10. Add. Demosth. Or. Mid. p. 83. ibique Spald. Neque secus verbo *alienus* utuntur Latini, velut Senec. De Consol. ad Helviam 3, 1. De Clement. 12, 5. Diversissimo ab his sensu *ἀλλοτρίας σάρκας* de sagina pinguis viri habet Plat. Polit. 8. p. 556. E.

*καὶ ἃ μὲν ἂν*] v. Matth. §. 481. adn. 1. et de verbis *οἰκεῖα στέρεσθαι* ibidem §. 418. e.

*ἡγοῦνται — πράξαντες*] sunt, qui participium *πράξαντες* pro infinitivo positum putent, sicut participium sequitur post verba dicendi, persuadendi, decernendi et alia cognatae significationis loco infinitivi. v. Matth. p. 1091., ut sit *ἡγοῦνται ὀλίγα πρᾶξαι πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν*. Verum inter illa verba *ἡγεῖσθαι* non est. v. Matth. §. 534. b. Praeterea huic explicationi obstat verbum *τυχεῖν*, quia *ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν* non dici potest pro eo, quod dici debebat *ὀλίγα πρὸς ἐκεῖνα, ὧν μέλλουσι τυχεῖν*. Nihil igitur restat, nisi ut periphrasin statuamus inesse in verbis *τυχεῖν πράξαντες* i. e. *forte se gessisse* et *τυχεῖν* pendere ex *ἡγοῦνται*, *si vero quae laboribus consecuti perfecerint, per exigua se forte peregisse iudicant, praequam quae posthac se consecuturos sperant*. Addo *forte* sive *forte fortuna*, quae vis inest in *τυχεῖν*, et cum mente Atheniensium convenit, qui parum adhuc laboris se subisse putant, plus forte fortuna prospere gessisse. Mox *ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν* Reisk. convertit: so büssen sie damit die Lücke des fehlgeschlagenen Versuches aus. Structuram explicat Thiersch. Gr. §. 333. 1. c. citatus a Popp.

ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν. μόνοι γὰρ ἔχουσί τε ὁμοίως καὶ ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι, διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσι. καὶ ταῦτα μετὰ πόνων πάντα καὶ κινδύνων δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος μοχθοῦσι· καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι, καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι, ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον. ὥςτε εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε 71 τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι. ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε· καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες· ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε ἄλλους καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι τὸ ἴσον νέμετε. μόλις δ' ἂν πόλει ὁμοίᾳ παροικοῦντες ἐτυγχάνετε τούτου· νῦν δ' ὅπερ καὶ ἄρτι ἐδηλώσαμεν ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς ἐστιν. ἀνάγκη δὲ ὥςπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν· καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει

*μήτε ἑορτὴν ἄλλο*] Schol. Lacedaemonios significari ait, qui tempore festo in bellum non iverint, quam tamen de Spartanis sententiam valde restringi oportet; nam modo Carneo mense nullam ante plenilunium expeditionem suscipiebant. Et locus Herodoti 6, 106. non refertur nisi ad Hyacinthia et Carnea. Vid. Ot. Muell. Dor. 2. p. 247 sq. Mox ad *ἐᾶν* supple *ἔχειν ἡσυχίαν*.

71. *καὶ οἴεσθε — νέμετε*] Scribere debebat *ἀλλ' οἳ ἂν νέμωσι*, pro quo dicit *ἀλλὰ νέμετε*, tamquam in praecedentibus negatione cum *οἴεσθε* iuncta dixisset *καὶ οὐκ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν τούτοις ἀρκεῖν*. *Neque putatis, quietem iis maxime contingere, qui neminem quidem iniuria afficiant, sed quos tamen constet iniuriam esse ulturos. Vos vero iniuriam non modo non infertis, sed ne defenditis quidem a vobis, si metuendum sit, ne detrimentum ex defensione capiatis in eoque agendi modo iustitiam ponitis.* Popp. Participium *ἀμυνόμενοι* puta dictum pro *τῷ ἀμύνεσθαι*, atque *τὸ ἴσον νέμειν ἐπί τινι* est *ponere ius et aequum in aliqua re* (die Gerechtigkeit in etwas suchen). Proprie autem, ut Popp. interpretatur, est: *iustitiam colitis* vel potius *tribuitis hac conditione, ut* etc. De re v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 247 sqq. Mox *πόλει ὁμοίᾳ* Schol. explicat per *ὁμογνώμονι*.

*νῦν δέ*] i. e. *νῦν δὲ οὐχ ὁμοίᾳ πόλει προσοικούντων ὑμῶν, ἀλλὰ πολὺ διαφερούσῃ, καὶ δὴ τοιαύτῃ ὥστε ἀρχαιότροπα εἶναι τὰ ὑμῶν ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς, πῶς ἂν τούτου τυγχάνοιτε;* Steph.

*ὥσπερ τέχνης*] i. e. *ἀνάγκη δὲ ἀεὶ* (*καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι*) *τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν, ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖ.* Popp. Exempli loco erit poesis, quae ut recentissima ita libentissime auditur *παρὰ τὸ Ὁμηρικόν*, ait Schol., Od. 1, 351. Liban. Or. 19. p. 483. E. *οὐκ ἀκουσόμεθα τοῦ λέγοντος, ὡς ἐν ταῖς τέχναις τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖ.* Ad sententiam Popp. porro confert Isocr. Evag. §. 7., eandemque sententiam ad singulas artes transferri dicit, velut a Xenoph. Cyrop. 1, 6, 38. ad cantum vocis et nervorum tibiarumque; ab Athenaeo 3, 95., a Pindaro Ol. 9, 73. Apte etiam Wass. utitur Antiphane Alexandr. *τοῦτο γιγνώσκων ὅτι Ἓν καινὸν ἐγχείρημα, κἂν τολμηρὸν ᾖ, Πολλῶν παλαιῶν ἐστὶ χρησιμώτερον.*

*καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει*] Commentarii loco erunt dicta a Wachs-

τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα, πρὸς πολλὰ δὲ ἀναγκαζομένοις ἰέναι πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖ. διόπερ καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς πολυπειρίας ἐπὶ πλέον ὑμῶν κεκαίνωται. μέχρι μὲν οὖν τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυτής· νῦν δὲ τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ποτιδαιάταις, ὥςπερ ὑπεδέξασθε, βοηθήσατε κατὰ τάχος ἐςβαλόντες ἐς τὴν Ἀττικήν, ἵνα μὴ ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοῖς ἐχθίστοις πρόησθε, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους ἀθυμίᾳ πρὸς ἑτέραν τινὰ ξυμμαχίαν τρέψητε. δρῷμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων. λύουσι γὰρ σπονδὰς οὐχ οἱ δι' ἐρημίαν ἄλλοις προςιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι. βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι μενοῦμεν· οὔτε γὰρ ὅσια ἂν ποιοῖμεν μεταβαλλόμενοι οὔτε ξυνηθεστέρους ἂν ἄλλους εὕροιμεν. πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ καὶ τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν.

72 Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον. τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων πα-

muthio Antt. Gr. 1, 2. p. 257. §. 70. Mox πρὸς πολλὰ ἰέναι Bloomfieldio est: to engage in many undertakings. Et ἐπὶ πλέον ὑμῶν minus plene dictum pro ἐπὶ πλέον τῶν ὑμῶν vel ἐπὶ πλέον ἢ τὰ ὑμῶν, quia praecessit τὰ τῶν Ἀθηναίων. Vid. Matth. §. 453. Itidem paulo superius est: ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς ἐστιν i. e. πρὸς τὰ αὐτῶν. Deinde μέχρι τοῦδε ὡρίσθω converte: hier muss es ein Ende haben mit eurer Langsamkeit, cum Matthiaeo p. 947. Imperativo perfecti passivi actio plane perfecta significatur. Plene sic dixisset: μέχρι τοῦδε προϊοῦσα ὡρίσθω. Mox Potidaeatae ξυγγενεῖς audiunt, quia coloni Corinthiorum erant.

πρὸς ἑτέραν τινὰ ξυμμαχίαν] Schol. πρὸς τοὺς Ἀργείους· ἐχθροὶ γὰρ ἦσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις. Mox ad δρῷμεν δ' ἂν deest protasis incipienda per εἰ. Vid. Matth. p. 1022. adn. Et πρὸς θεῶν — ἀνθρώπων est: vor Göttern und Menschen. v. Vig. p. 661. ibique Herm. Matth. p. 1179. β. Paulo post τῶν αἰσθανομένων idem valet ac τῶν αἴσθησιν ἐχόντων, quare *homines aliquo sensu praeditos* interpretatur Steph. recteque Wass. addit, alludi ad τὸ ἀναίσθητον Lacedaemoniorum c. 69. i. e. illam inscitiam et incuriam rerum externarum, quam ἀμαθίαν c. 68. init. dixit.

τὴν Πελοπόννησον ἐξηγεῖσθαι] De h. l. Dionys. p. 803. disputat, ubi, opinor, hoc dicit, sensum verborum Thucydidis non hunc esse: *educere Peloponnesum in exteras terras*, quia id terrae quidem fieri non liceat, sed *Peloponneso ita praeesse, ut maior eius gloria exeat.* Itaque in ἐξηγεῖσθαι simul vim *educendi* et *ducendi* (quatenus *ducere* idem significat, quod *praeesse*) latere statuit. Popp. vim *educendi* totam abesse vult, ἐξηγεῖσθαι enim et ἡγεῖσθαι apud hunc scriptorem idem esse, ut sensus sit: *studete Peloponneso ita praeesse, ut ea non minor sit, quam* etc., quod idem statuens Heilm. hac circumscriptione utitur: μὴ ἐλάσσω καταστῆσαι ἐξηγουμένους. Aliena ab usu scriptoris est explicatio Ot. Muelleri Dor. 1. p. 179, 5. *ad finem* (ἐξ in ἐξηγεῖσθαι) *praesitis* i. e., opinor, *porro facite, ut praesitis.* De structura verbi ἐξηγεῖσθαι cum accusativo, quam tamen praeter hunc locum modo 6, 85. vere habet, v. Matth. p. 675.

72. τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γάρ] i. e. τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἔδοξε

ρουσα, καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους ὧν αἱ πόλεις ἐνεκάλουν, δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντὸς, ὡς οὐ ταχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη, ἀλλ' ἐν πλείονι σκεπτέον. καὶ ἅμα τὴν σφετέραν πόλιν ἐβούλοντο σημῆναι ὅση εἴη δύναμιν, καὶ ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῖς τε πρεσβυτέροις ὧν ᾔδεσαν καὶ τοῖς νεωτέροις ἐξήγησιν ὧν ἄπειροι ἦσαν, νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν. προςελθόντες οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν εἰπεῖν εἴ τι μὴ ἀποκωλύοι. οἱ δ' ἐκέλευόν τε ἐπιέναι, καὶ παρελθόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον τοιάδε.

73 Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντιλογίαν τοῖς ὑμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο, ἀλλὰ περὶ ὧν ἡ πόλις ἔπεμψεν· αἰσθόμενοι δὲ καταβοὴν οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν παρήλθομεν οὐ τοῖς ἐγκλήμασι τῶν πόλεων ἀντεροῦντες, οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν

*παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, ἔτυχε γὰρ αὐτῶν πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λ. παροῦσα.* Structura, quam auctor praetulit, hanc causam habet: Sententia causalis, per *γάρ* incipiens, ei, cuius causam complectitur, a Graecis anteponi solet. Primam igitur sedem quum sententiae causali assignent, fit ut subiectum orationis primarium sententiae causali adstruatur, velut hoc loco subiectum *οἱ Ἀθηναῖοι* non iungitur cum *ἔδοξε*, ut sit *ἔδοξε τοῖς Ἀθηναίοις*, sed cum verbis per *γάρ* incipientibus *ἔτυχε γὰρ πρεσβεία*, quae verba quia praeposita sunt, iam non poterat dicere *ἔτυχε γὰρ πρεσβεία αὐτῶν*, quia sic non intelligeretur, quo *αὐτῶν* referatur; quare subiectum ipsum ponere debebat, unde haec structura: *τῶν δ' Ἀθηναίων ἔτυχε γάρ* etc. orta est, quam fusius explicat Werfer. Actt. Philol. Monac. 1. p. 79. Matth. p. 1242. 1295 sq. Itidemque praemittuntur sententiae causales per *δέ* et *autem* incipientes, velut 1, 26. extr. et apud Cic. Off. 3, 9, 28. Neque aliter accipiendus est locus Thuc. 7, 48. et 8, 30., ubi anacoluthon esse perperam iudicat Krueg. Commentt. Thuc. p. 313. adn. Paululum differt locus 1, 115., ubi *ἀλλά* structuram turbat, verum haec particula illata est propter *οὐ*, quod est in praegressa parenthesi, non aliter atque c. 35. extr. Neque secus extrema in parte sententiae primariae praesentis loci (*καὶ ὡς ᾔσθοντο*) per *καί* parenthesis continuatur, quemadmodum in exemplis, quae Matth. §. 631. 2. p. 1297 sq. adfert. Adde Thuc. 8, 79. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — (διέχει δὲ — Μυκάλην), καὶ ὡς εἶδον* etc.

*ἀπολογησομένους*] Hic accusativus non abhorret a consuetudine Atticorum, qui adiectiva verbalia in *τέος* non solum dativo, sed etiam accusativo iungunt propter notionem vocis *χρή* vel *δεῖ*, quae in illis inest. Vid. Thuc. 8, 65. Matth. §. 447. 4. extr. Buttm. Gr. §. 134. 10. adn. 4. (ed. 13.) Mox *αἱ πόλεις* sunt socii Lacedaemoniorum. Deinde variatur oratio transitu ex participio *ἀπολογησομένους* in infinitivum *δηλῶσαι* facto. v. Matth. p. 1040. c. Et virgulam post *περὶ τοῦ παντός* Popp. posuit propter sequentis cap. verba *βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου δηλῶσαι.* Alii ante ea verba posuerunt. De *βουλευτέον* v. Matth. §. 447. 4., de verbis *τὴν σφετέραν πόλιν* ibid. p. 592., de verbis *ὅση εἴη* p. 1028. 2. Postremo Popp. desiderat *εἰ μή τι ἀποκωλύει*, et sane sensus non est *si aliquid non impedit* (wenn gar nichts hindert), sed *nisi quid* (*εἰ μή τι*) *impedit.*

73. *τοῖς ὑμετέροις ξυμμάχοις*] v. Matth. p. 717. §. 390.

οὔτε ἡμῶν οὔτε τούτων οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο, ἀλλ' ὅπως μὴ ῥᾳδίως περὶ μεγάλων πραγμάτων τοῖς ξυμμάχοις πειθόμενοι χεῖρον βουλεύσησθε, καὶ ἅμα βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου τοῦ ἐς ἡμᾶς καθεστῶτος δηλῶσαι ὡς οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα, ἥ τε πόλις ἡμῶν ἀξία λόγου ἐστί. καὶ τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων; τὰ δὲ Μηδικὰ καὶ ὅσα αὐτοὶ ξύνιστε, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν· καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελείᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου μὴ παντός, εἴ τι

*ὅπως μὴ — βουλεύσησθε*] Quod hic locus canoni Davesiano de temporum modorumque usu post *ὅπως μή* repugnat v. Matth. p. 999 sq. et Popp. 1, 1. p. 136. Mox *τὰ πάνυ παλαιά* Schol. intelligit *τὰ κατὰ Ἀμαζόνας καὶ Θρᾷκας καὶ Ἡρακλείδας.*

*ἀκοαὶ — ὄψις*] i. e. *ὧν ἀκοαὶ λόγων* (sive *λόγοι ἀκουσθέντες*) *μᾶλλον μάρτυρες ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων.* Heilm.: wir wollen hier keiner uralten Dinge erwähnen, wobei wir uns nur auf Anderer Erzählungen, nicht auf den Augenschein unserer Zuhörer berufen dürfen.

*δι' ὄχλου — ἀεὶ προβαλλομένοις*] Haec sunt, qui ita ordinent: *ἀνάγκη ἡμῖν ἀεὶ προβαλλομένοις λέγειν, necesse est, nos haec quamvis minus grata vobis futura semper proferentes dicere.* Contra quam distinctionem verborum Haack. et Popp. plura protulerunt, ex quibus vel hoc unum sufficiat ad eam damnandam, quod Popp. monuit, Thucydidem, si ita voluisset, perspicuitatis causa usitatiorem in tali structura accusativum *προβαλλομένους* praelaturum fuisse. Alii interpungunt post *προβαλλομένοις* verba ita iungentes: *εἰ καὶ ἀεὶ προβαλλομένοις (ἡμῖν) δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται* i. e. *quamvis haec nobis semper exprobrantibus molesta magis quam grata futura sint.* Verbum *προβάλλεσθαι* apud hunc scriptorem duplici sensu maxime gaudet, primo *praetexendi*, ut sit idem quod *προέχεσθαι.* v. Bachm. Anecdd. 1. p. 353, 9. et Thuc. 1, 37. 2, 87. 6, 92. Hic sensus hoc quidem loco ineptus foret. Altera significatio verbi est *exprobrare* (vorhalten, vorrücken), ut hic et 5, 16. Et vero erat quaedam exprobratio in mentione rerum Persicarum erga ipsos Corinthios, aliosque Graecos, quin etiam Lacedaemonios. (v. infr. ad verba *μόνοι προκινδυνεῦσαι.*) Non igitur usquequaque verum est, quod dicit Plut. de Mal. Herodot. p. 453. Reisk. *Θουκυδίδης ἀντιλέγοντα ποιῶν τῷ Κορινθίῳ τὸν Ἀθηναῖον ἐν Λακεδαίμονι, καὶ πολλὰ περὶ τῶν Μηδικῶν λαμπρυνόμενον ἔργων, οὐδεμίαν αἰτίαν προδοσίας, ἢ λειποταξίας ἐπενήνοχε Κορινθίοις.* Hinc simul apparet, cur se invitos de illis rebus mentionem iniicere dicat orator, et cur proximis verbis *καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν* etc. id ipsum excuset. De formula *δι' ὄχλου ἔσται* v. Matth. p. 1149. e.

*τοῦ ἔργου μέρος*] Vere Schol. *ἐπειδὴ ἕως Μυκάλης ἐδίωξαν, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἕως Παμφυλίας* i. e. usque ad pugnam prope Eurymedontem. v. Thuc. 1, 100. et conf. c. 75. 95 sqq. 3, 10. *ἡμῖν* (Mytilenaeis) *δὲ καὶ Ἀθηναίοις ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον, ἀπολιπόντων μὲν ὑμῶν* (Lacedaemonios dicit) *ἐκ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, παραμεινάντων δὲ ἐκείνων πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τῶν ἔργων.* Cum Scholiasta consentiens interpretor: *quas res quum gessimus, in communem salutem pericula subiimus, cuius parandae vos quidem participes aliquatenus fuistis, nos vero ne omni commemoratione, ubi prodest, privemur.* Persimilis est locus Demosthenis, quem interpretes ex oratione pro Cor. attulerunt, equidem multum quaerendo non reperi: *ἃ πολλῶν μὲν ἕνεκα ἀκούσατέ*

ὠφελεῖ, στερισκώμεθα. ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου καὶ δηλώσεως πρὸς οἵαν ὑμῖν πόλιν μὴ εὖ βουλευομένοις ὁ ἀγὼν καταστήσεται. φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ καὶ ὅτε τὸ ὕστερον ἦλθεν, οὐχ ἱκανοὶ ὄντες κατὰ γῆν ἀμύνεσθαι ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεὶ ἐν Σαλαμῖνι ξυνναυμαχῆσαι, ὅπερ ἔσχε μὴ κατὰ πόλεις αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν, ἀδυνάτων ἂν ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν. τεκμήριον δὲ μέγιστον αὐτὸς ἐποίησε· νικηθεὶς γὰρ ταῖς ναυσὶν ὡς οὐκέτι αὐτῷ ὁμοίας οὔσης τῆς δυνάμεως κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ
74 στρατοῦ ἀνεχώρησεν. τοιούτου μέντοι ξυμβάντος τούτου, καὶ

*μου, μάλιστα δὲ αἰσχρόν ἐστιν, εἰ ἐγὼ τὰ μὲν ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε.* Hic *τὰ ἔργα τῶν πόνων* sunt: die wirkliche Mühe, ut praesenti loco *τῆς ὠφελείας τὸ ἔργον* est: die Verwirklichung der Rettung. Utrobique contrarie ponitur *ὁ λόγος* i. e.: das Sprechen davon. *τοῦ ἔργου τὸ μέρος* a parte Lacedaemoniorum est: die theilweise Mitverrichtung, et *ὁ λόγος πᾶς* a parte Atheniensium: die Erwähnung dieser Verrichtungen ganz. Quod enim dicit Lacedaemonios ex parte salutem una secum parasse, ea ratione includitur, Athenienses totum opus peregisse ad finem usque, eoque dignos esse, quibus verba facere de rebus a se gestis concedatur. Tametsi Bred. *τὸ ἔργον τῆς ὠφελείας* interpretatus est: das Wesentliche der Vortheile, cui, ne alia dicam, repugnat perpetuus usus vocis *ἔργον*, ubi contrarie *τῷ λόγῳ* ponitur. v. Herm. ad Soph. Tr. 229. Maxime autem illam interpretationem damnat hoc, quod scriptor dixit *μετέσχετε*, quum, si vera esset, praesenti *μετέχετε* usus esset, quia etiamtum, quum orator Atticus verba faciebat, Lacedaemonii illa utilitate fruebantur. Accedit, quod Lacedaemonii non parte fructuum libertatis, sed totis fructibus una cum Graecis etiamtum liberis utebantur. Quo fit, ut *μέρος* prorsus absurde adiectum esset. De verbis *μέρος μετέσχετε* v. Matth. §. 325. adn. 1. Coniunctivum *στερισκώμεθα* Popp. recepit ex Cass. Aug. [Ven.] It. Vat. Reg. Lugd. cod. vet. Steph. Vind. m. Chr. Tus. et emend. Gr. Vulgo *στερισκόμεθα*.

*Μαραθῶνι*] Omittitur *ἐν* in hoc uno nomine, fortasse etiam in *Ἐλευσῖνι*, ut Lys. c. Andoc. §. 4. habet pro *ἐν Ἐλ.* Conf. Matth. p. 742. b., quem Popp. arguit, usum poetarum et prosae orationis scriptorum non satis diligenter distinxisse. Dicitur tamen etiam *ἐν Μαραθῶνι*, velut 1, 18. 2, 34., at sine *ἐν* habet Pausan. 2, 29, 4. Mox ad vocem *μόνοι* Popp. monuit, Plataeenses ab oratore omissos esse ob exiguum numerum, quamquam de illis Latini scriptores distinctius loquantur, quam Herodot. 6, 108. 111. 112.

*προκινδυνεῦσαι*] i. e. *ante alios pugnasse*, pro quo Hom. et Tyrtaeus dicunt *προμάχους γενέσθαι*. Dativo *βαρβάρῳ* significatur *adversus hostem*, quia in illo verbo sensus pugnandi inest. v. Matth. p. 739. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 9 sq. adn. 27. *Τοὺς δὲ Πλαταιεῖς*, ait Schol., *εἴασεν, ὅτι ὕστερον παρεγένοντο.* Imo Spartani sero adveniebant. v. Herodot. ll. cc. Mox *πανδημεί* est *omnis civitas*. Schol. *καὶ γέροντες καὶ νέοι.* „Pauci enim, qui in Cecropia remanserunt (Herod. 8, 51. 52.) et mox obtruncati sunt, iure praetermittuntur.“ Popp. Deinde *ἔσχε* Schol. interpretatur per *ἐπέσχε, διεκώλυσε* v. Herm. ad Soph. Oed. C. 430. Valck. ad Herodot. 5, 101. Matth. §. 534. adnot. 4. 3. Denique verba *ὡς οὐκέτι ὁμοίας οὔσης* converte: *quia putabat, suam potentiam non amplius similem atque ante pugnam esse.*

σαφῶς δηλωθέντος ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο, τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην, ναῦς μὲν γε ἐς τὰς τετρακοσίας ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν, Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώ-

74. *δηλωθέντος*] v. Matth. §. 563. p. 1110. Mox ἐς in verbis ἐς τὰς τετρακοσίας pendet a verbo παρέχεσθαι, non significat *circiter*. Fallitur Matth. p. 1146. f. Pro τετρακοσίας Vind. Ar. Chr. b. habent τριακοσίας. Schol. ἦσαν αἱ πᾶσαι τετρακόσιαι· κατὰ δὲ ἄλλους τετρακόσιαι ὀγδοήκοντα, ubi τριακόσιαι ὀγδοήκοντα legendum esse Popp. affirmat, nam 480 naves a nullo scriptore memorari. v. Aesch. Pers. 348. Herodot. 8, 44, 48. Lys. Or. funebr. p. 105. Reisk. Ctes. c. 28. Demosth. pr. Cor. c. 70. τριακοσίων οὐσῶν τῶν πασῶν τριήρεων τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο, (ubi cum Didoto malim legere τετρακοσίων, quo facto Herodotus, Thucydides et Demosthenes consentient, quamquam 300 naves sunt item De Symmor. §. 29.) Isocr. Paneg. c. 31. Panathen. §. 50. 51. Plut. V. Themist. 14. Diod. 15, 78. Aristid. p. 132. coll. p. 528. C. Nep. Themist. 3. Ex recentioribus multi de numero navium illarum dixere, ut Valck. ad Herodot. 8, 1. 48. Mor. ad Isocr. Paneg. 31. Iacobs. ad Demosth. Oratt. de rep. habitas p. 43. ed. pr. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 1. p. 275. Interpp. ad Demosth. de Symmor. p. 186. Bred. et Bloomf. ad h. l. Thuc. Ot. Muell. Aeginet. p. 120 sqq. Quorum omnium disputationes si inter se comparantur, Popp. negat, scripturam τετρακοσίας hic ullo modo ferri posse. Simul concidere argumentum Dahlmanni Herodot. p. 220., quod ex hoc loco petiit, ut Herodoti libros a Thucydide non lectos esse demonstraret. Verum quaerendum prius est, quid τὸ δίμοιρον sit? Interpretes Gallici Strabonis Vol. 1. p. 448., Bred. Popp. alii sentiunt, verba αἱ δύο μοῖραι, τὰ δύο μέρη Graecis non magis esse ambigui sensus, quam τὸ δίμοιρον; fuisse in usu, assem cogitare tribus unciis divisum; proinde assem τρίμοιρον fuisse sive ternis partibus constitisse; ubi solennis haec assis distributio non intelligatur, ibi Thucydidem disertis verbis, quotus partium numerus cogitandus sit, indicare, velut 1, 10. Praesenti loco solennem illam in tres partes distributionem locum habere existimarunt, cum eisque faciens Schol. τὸ δίμοιρον 400 navium dicit fuisse 260. Contra quos Didot. monuit, videri Thucydidem, quotus partium numerus cogitandus sit, verbis ἐς τὰς τετρακοσίας indicasse, et τὸ δίμοιρον esse ducentas naves: quod si statuatur, Thucydidi plane convenire cum Herodoto 8, 44., qui numeret naves Atheniensium 180. i. e. ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν διακοσίων. Haec si probes, (et videntur probanda esse), vulgatam scripturam praesentis loci τετρακοσίας nihil est cur deseramus. Ceterum sic nihilo plus valebit Dahlmanni argumentum, de quo v. Vit. Thuc. §. 15, 5.

*τῶν δύο μοιρῶν*] Articulum ignorant Cass. Aug. [Ven.] Cl. F. It. Lugd. Pal. Vat. H. Reg. (G.) cod. Bas. Laur. E. Vind. Tuentur loci 1, 104. 2, 10. 47. et Aristot. Polit. 2, 6, 11. Aristid. p. 528. Adde Thuc. 1, 10. Popp. Articulus (ut semel hoc loco defungar) numeralibus additur I. „ubi res ipsis numeris definitae et in vulgus notae ponuntur, velut 1, 11. τὰ δέκα ἔτη. II. instruuntur articulo numeri, quamvis non apud omnes pervulgati, ex praegressa tamen narratione cogniti, velut 2, 58., ubi militum mille sexcentorum prima mentio iniecta erat 1, 64., ibique sine articulo, tum pariter atque loco libri 2. apposito articulo iterum memorantur c. 65. Ponitur III. articulus ante numeralia in illis sententiis, quibus, de dicta quadam summa numero detracto, ad reli-

τατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο. ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα

quum numerum articulus adsumitur propterea, quod hic numerus iam computando definiri potest, velut 7, 25. ναῦς δώδεκα — καὶ αὐτῶν μία μὲν — αἱ δὲ ἕνδεκα etc. Quum vero indefinitam vim numero quodam deduxeris, articulus non ad reliquum numerum vocatur, velut 3, 7. ναῦς ἐπέστειλαν τριάκοντα — ἔπειτα τὰς μὲν πλείους ἀποπέμπει — αὐτὸς δ' ἔχων δώδεκα etc. IV. Fieri tamen potest, ut scriptor, etsi summam quandam verbis non definiat, mente tamen definitam concipiat. Quare postquam dictum numerum subtraxit, articulum assumit ad reliquum, velut 7, 22. αἱ δὲ τριήρεις τῶν Συρακοσίων ἅμα καὶ ἀπὸ ξυνθήματος πέντε μὲν καὶ τριάκοντα ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπέπλεον, αἱ δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἐκ τοῦ ἐλάσσονος, ubi summam octoginta navium colligendam lectoribus reliquit, quam ipse iam cogitatione definitam amplexus esset. V. Saepe numerorum, ex quibus tota summa conficitur, alter excipit alterum, mutuoque hae partes per particulas μέν — δέ inter se contrarie ponuntur, ubi tum ob hanc ipsam causam articulus una cum particulis μὲν — δέ, sicut alias fit, adhibetur, velut 7, 22. οἱ δ' Ἀθηναῖοι — ἀντιπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς, ταῖς μὲν πέντε καὶ εἴκοσι — ἐναυμάχουν· ταῖς δ' ἐπιλοίποις ἀπήντων etc. Sed haec separatio etiam tunc locum habere potest, quum post praemissam summam una tantum sequitur pars, altera vero verbis quidem praeteritur, cogitatione tamen tenetur. Quae est causa, cur, etiamsi una tantum pars maiorem numerum sequitur, haec pars articulo ante numerale posito enuntietur, velut 1, 116. ἐναυμάχησαν Σαμίων ναυσὶν ἑβδομήκοντα, ὧν ἦσαν αἱ εἴκοσι στρατιώτιδες. Itaque temere a nonnullis praesente loco articulus deletus est. VI. Teneo tamen equidem, non ubique illum dicendi modum receptum esse, velut 2, 58. ὁ μὲν οὖν Ἅγνων ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησεν — ἀπὸ τετρακισχιλίων ὁπλιτῶν χιλίους καὶ πεντήκοντα τῇ νόσῳ ἀπολέσας. Ac non fieri potest, quin scriptores in hac re varient, quum eosdem numeros possis etiam indefinitos cogitare, sicut nos facere consuevimus: idque fieri solet, ubi plena illa summa longius praecessit, quam ut deducta parte reliquum statim numero definitum teneas, velut 2, 84. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καταδιώξαντες καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες. Omnis enim hostium numerus c. 83. indicatus est. Unde sequitur, quum integra vis indefinite tantum et non numero significata sit, ibi merito a parte excepta articulum abesse." Blum. Script. Schol. De locis nonnull. Thuc. p. 15 sq.

αἰτιώτατος — ναυμαχῆσαι] i. e. τοῦ ναυμαχῆσαι. v. Matth. p. 1064. β. Mox ἐν τῷ στενῷ Schol. explicat per ἐν τῇ Σαλαμῖνι. Deinde καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα praeeunte Valck. ad Herodot. 8, 124. scripsi ex libris quam plurimis optimisque. Vulgo καὶ αὐτὸν διὰ τοῦτο ὑμεῖς ἐτιμήσατε μάλιστα δή. At δή melius post τοῦτο ponitur, quia hoc demonstrativum sonum habere sensus iubet. v. Matth. p. 1209. Αὐτοί autem praeferendum erat, quia vis in hoc ipso inest, quod ipsi Spartani merita Themistoclis dignis praemiis condecoraverint. Nam et curru et oleae ramo eum donaverunt, et ex iuventute sua miserunt, qui eum ad fines usque terrae suae prosequerentur. v. Plut. Vit. Themist. 17. Plat. Menex. 10. Herodot. 8, 124. Aristid. Vol. 2. p. 177. Iebb. Mox ceteros, quos auctor serviisse dicit (τῶν ἄλλων δουλευόντων) Schol. indicat Macedones, Thessalos, Locros, Boeotios, Phocenses ad fines usque Atticos omnes fuisse. Verba τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες idem accipit non de urbe, sed supellectile et utensilibus, quotquot occultare, et in navibus absportare non licuerit. Verba ἐπὶ

ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων. προθυμίαν δὲ καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδείξαμεν, οἵ γε ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει, τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων ἠξιώσαμεν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν καὶ τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες μηδ' ὡς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν, μηδὲ σκεδασθέντες ἀχρεῖοι αὐτοῖς γενέσθαι, ἀλλ' ἐςβάντες ἐς τὰς ναῦς κινδυνεῦσαι καὶ μὴ ὀργισθῆναι ὅτι ἡμῖν οὐ προετιμωρήσατε. ὥςτε φαμὲν οὐχ ἧσσον αὐτοὶ ὠφελῆσαι ὑμᾶς ἢ τυχεῖν τούτου. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀπό τε οἰκουμένων τῶν πόλεων καὶ ἐπὶ τῷ τὸ λοιπὸν νέμεσθαι, ἐπειδὴ ἐδείσατε ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐχ ἡμῶν τὸ πλέον, ἐβοηθήσατε· ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῶοι, οὐ παρεγένεσθε· ἡμεῖς δὲ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι ὁρμώμενοι καὶ ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης κινδυνεύοντες ξυνεσώσαμεν ὑμᾶς τε τὸ μέρος καὶ ἡμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ προςεχωρήσαμεν πρότερον τῷ Μήδῳ, δείσαντες ὥςπερ καὶ ἄλλοι περὶ τῇ χώρᾳ, ἢ μὴ ἐτολμήσαμεν ὕστερον ἐςβῆναι ἐς τὰς ναῦς ὡς διεφθαρμένοι, οὐδὲν ἂν ἔτι ἔδει ὑμᾶς μὴ ἔχοντας ναῦς ἱκανὰς ναυμαχεῖν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἂν αὐτῷ προεχώρησε τὰ πράγματα ᾗ ἐβούλετο. ἆρ' ἄξιοί 75 ἐσμεν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε καὶ γνώμης ξυνέσεως ἀρχῆς γε ἧς ἔχομεν τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως

τῷ νέμεσθαι Didot. propter opposita (ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης) explicat per ἐπ' ἐλπίδι τοῦ νέμεσθαι. Conf. Matth. p. 1165. De verbis καὶ οὐχ ἡμῶν v. ibid. p. 455. b. De verbis ἀπὸ τῆς οὐκ οὔσης ἔτι et ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης ita Didot. disputat. „Animadverte repetitum οὔσης, quo legentium animi excitantur, ut magis attendant. Athenae non iam ullae erant, et patria, quam cives subito in classem traduxerant, parvam spem excitabat. Imago sumta est a duobus caris, quorum alter est mortuus, alter in periculo versatur. Apparet, Thucydidem respicere classem, quam edictum oraculi verbis ξύλινον τεῖχος significaverat ut rem fragilem, in qua exilis fiducia esset. Verba ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης non intelligenda sunt de urbe Atheniensium, quam iam nullam fuisse dixerat, sed de classe, patriae quasi receptrice.“ Paulo post τὸ μέρος est *pro virili* sive *quantum in nobis erat*. Vid. Vig. p. 109. De ratione modorum in verbis εἰ δὲ προσεχωρήσαμεν — οὐδὲν ἂν ἔδει v. Matth. p. 965. b.

ὥσπερ καὶ ἄλλοι] Schol. οἱ Θηβαῖοι δηλονότι.

ὑμᾶς μὴ ἔχοντας ναῦς] Schol. decem tantum naves sive Lacedaemoniis sive Peloponnesiis largitur. Lacedaemonii in pugna apud Artemisium habebant 10, (v. Herodot. 8, 1) in pugna Salaminia 16 naves. (v. Herodot. 8, 43.) Ad ὑμᾶς videtur referri ad Peloponnesios. Hi inclusis Lacedaemoniis 89 naves habebant praeter Aeginetas et Megarenses.

75. ἆρ' ἄξιοι] i. e. *ecquid digni sumus* sive: sind wir nun nicht für würdig zu achten? v. Matth. p. 682. Herm. ad Vig. p. 823, 294. ad Soph. Ant. 628. Schaef. Melet. Cr. p. 89. „Ἆρα est *ecquid*, qui interrogandi modus graviter affirmat, ut apud Livium: *Ecquid sentitis, in quanto errore versemini?*“ Bau.

γνώμης ξυνέσεως] Cl. Ven. γνώμης καὶ ξυν. Etiam in C. καὶ interiectum, sed deinde erasum. In G. γνώμης s. v. al. man. Valla *et prudentiae causa*. Quibus nomen γνώμης suspectum fit, quo ab interprete significari potuit, intelligi illud (Themistoclis) prudens consi-

ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι; καὶ γὰρ αὐτὴν τήνδε ἐλάβομεν οὐ βιασάμενοι, ἀλλ' ὑμῶν μὲν οὐκ ἐθελησάντων παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου, ἡμῖν δὲ προςελθόντων τῶν ξυμμάχων καὶ αὐτῶν δεηθέντων ἡγεμόνας καταστῆναι· ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔργου κατηναγκάσθημεν τὸ πρῶτον προαγαγεῖν αὐτὴν ἐς τόδε, μάλιστα μὲν ὑπὸ δέους, ἔπειτα δὲ καὶ τιμῆς, ὕστερον καὶ ὠφελείας. καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι ἐδόκει εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀπηχθημένους καί τινων καὶ ἤδη ἀποστάντων κατεστραμμένων, ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι ὁμοίως φίλων ἀλλ' ὑπόπτων καὶ διαφόρων ὄντων, ἀνέντας κινδυνεύειν· καὶ γὰρ ἂν αἱ ἀποστάσεις πρὸς ὑμᾶς ἐγίγνοντο. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα 76 τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι. ὑμεῖς γοῦν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι ἐξηγεῖσθε· καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες διὰ παντὸς ἀπήχθησθε ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ ὥςπερ ἡμεῖς, εὖ ἴσμεν μὴ

llum, de quo v. cap. praec. Popp. At similia his sunt plura apud hunc scriptorem, ut 1, 92. γνώμης παραινέσει 2, 65. γνώμης ἁμάρτημα, pro quo supr. c. 32. dixit δόξης ἁμαρτία. Reisk. recte interpretatur: *intelligentiae recti consilii causa.* Mox vulgo est ἀρχῆς τε pro quo γε tantum in pravis libris est: idem tamen interpretantur Schol. et Vall., ut videtur. Si τε legitur, imperium Popp. ait argumentum esse, cur Athenienses invidia indigni sint, quum potius id sit, quo in invidiam incurrerint. Contra Bred. „Favre, ait, orator Atticus imperium veris Atheniensium virtutibus admiscet, quasi illae virtutes aeque causae et argumentum sint invidiae, atque hoc imperium.“ Nimis hoc quidem argute, et sequentia satis declarant, non potuisse eam sententiam oratoris esse. Adde quod sic scriptor ἕνεκα non adiecturus fuisset. Ceterum ἀρχῆς ab ἐπιφθόνως pendet. v. Matth. p. 682.

δέους] Schol. τῶν κακῶς παθόντων ἐν τῇ ἀρχῇ ὑπηκόων. Id demonstrant sequentia: καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι — κινδυνεύειν. Mox Schol. ad ὠφελείας addit τοῦ φόρου δηλονότι. Verba ἀποστάντων κατεστραμμένων ex iis, quae ad c. 69. dixi, interpretor: *quum quidam vi subacti essent, quia defecerant.*

76. ὑπομείναντες διὰ παντός] i. e. *usque quamdiu in principatu mansistis*, per totum principatum usque ad res apud Mycalen gestas. Vid. c. 73. 95. Διὰ παντός cum participio constructum videtur, ut solet εὐθύς, velut in εὐθὺς καθισταμένου πολέμου, gleich beim Anfang des Krieges et παραυτίκα 2, 49. παραυτίκα ἀναστάντας, gleich beim Aufstehen. Mox pro διδομένην alii libri διαδιδομένην, sed „accepimus, ait scriptor, imperium *dantibus et deferentibus sociis*, ut est cap. praec., cui sententiae magis congruit simplex, quam compositum.“ Duk. Compositum magis significaturum esset, Spartanos per vices Atheniensibus imperium detulisse. Deinde τῷ δικαίῳ λόγῳ intellige τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων, bis ihr itzt euren Vortheil berechnend die Sprache der Billigkeit führt. De verbis τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο v. Matth. p. 1047, 3. Mox ὥστε — ἄρχειν praegnanti sensu accipiendum, ut sit *imperare velle.* De repetita particula in verbis ἂν λαβόντες δεῖξαι ἂν v. Matth. §. 600. p. 1204. Idem p. 737. d. fallitur, quod verbum περιέστη eodem sensu accipit, quo 8, 15. Nam ibi significat *circumstare* et recte cum acc. iungitur. Hic autem eo verbo significatur, aliud evenisse, quam exspectabatur.

ἂν ἧσσον ὑμᾶς λυπηροὺς γενομένους τοῖς ξυμμάχοις καὶ ἀναγκασθέντας ἂν ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν. οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου, εἰ ἀρχήν τε διδομένην ἐδεξάμεθα, καὶ ταύτην μὴ ἀνεῖμεν ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες, τιμῆς καὶ δέους καὶ ὠφελείας, οὐδ' αὖ πρῶτοι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαντες, ἀλλ' ἀεὶ καθεστῶτος τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι, ἄξιοί τε ἅμα νομίζοντες εἶναι καὶ ὑμῖν δοκοῦντες μέχρι οὗ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω παρατυχὸν ἰσχύι τι κτήσασθαι προθεὶς τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο· ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὥςτε ἑτέρων ἄρχειν, δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γεγένηνται. ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα τὰ ἡμέτερα λαβόντας δεῖξαι ἂν μάλιστα εἴ τι μετριάζομεν· ἡμῖν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τὸ πλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη. καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς 77

77. *καὶ ἐλασσούμενοι γάρ*] Particulas *καὶ γάρ*, ubi significant *denim*, non separari, Popp. monuit. Hic *καί* non iungendum est cum *γάρ*, sed refertur ad illa: *καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς* etc. Particulis *καί* — *καί* hic duae sententiae iunguntur, quarum altera causam continet alterius. (v. Matth. p. 1259. fin. Thuc. 2, 60. init. Soph. El. 670. Herm.) Nam sensus hic est: Etsi enim apud nos ipsos iudicia constituimus secundum aequabilitatem iuris exercenda, quia sociis concessimus commercium iuris praebendi et repetendi, tamen litigiosi esse videmur. Et *ἐλασσούμενοι* est *non urgentes nostrum imperantium ius et descendentes ad aequabilitatem iuris, et non vi agentes, ut quidem nobis liceret, quippe potentia superioribus.* Aptissime Arn. contulit Demosth. c. Dionysod. p. 1287. Reisk. *ἡμεῖς μὲν ταῦτα συνεχωροῦμεν, οὐκ ἀγνοοῦντες τὸ ἐκ τῆς ξυγγραφῆς δίκαιον, ἀλλ' ἡγούμενοι δεῖν ἐλαττοῦσθαί τι καὶ συγχωρεῖν, ὥστε μὴ δοκεῖν φιλόδικοι εἶναι.* Neque aliter vim verbi ceperat Platn. d. Proz. u. d. Klagen b. d. Att. Vol. 1. p. 111 sq. „Thucydides, ait, hoc dixit: wir haben etwas nachgegeben, was wir gar nicht nachzugeben brauchten, wir haben nicht den Weg der Gewalt, sondern des Rechtes betreten, und auf den Grund abgeschlossener Verträge den Bundesgenossen ein gerichtliches Verfahren zugestanden." Inter quas civitates frequens commercium esset, eae pacta quaedam inire solebant de ratione actionum inter privatos cives suos instituendarum, de foro, utrum litigantes sequerentur et rebus similibus. Haec, ut alia pacta civitatum cum civitatibus, *σύμβολα* (Staatsverträge) appellabantur. Causas privatorum, quae ex talibus pactis componebantur, Thuc. quidem dixit *ξυμβολαίας δίκας*, at apud oratores Atticos nomen *δίκαι ἀπὸ συμβόλων* in usu est. Latine cum Livio 41, 24. hoc institutum dicas *commercium iuris praebendi et repetendi.* Conf. Fest. in *Reciperatio.* De his iudiciis post Hudtwalkerum, Kortuemium, Boeckhium, Hefterum, Schoemannum et Meierum, Bloomfieldium et alios nuperrime egit Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 123. 1, 2. p. 80. 2, 1. p. 278, 270. b. p. 323. et 2, 2. p. 195. C. Fr. Herm. Antt. Gr. §. 116, 5. 6. et p. 303, 6. et omnium mea sententia plenissime Platn. d. Proz. u. d. Klagen b. d. Att. Vol. 1. p. 100. Tria, opinor, causarum *ἀπὸ συμβόλων* genera distinguenda sunt: inter cives Atticos et peregrinos — inter cives Atticos et socios, sive liberos, sive non liberos, denique sociorum utriusque conditionis inter socios. Causae sociorum per ex-

ξυμμάχους δίκαις καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις φιλοδικεῖν δοκοῦμεν. καὶ οὐδεὶς σκοπεῖ αὐτῶν τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἀρχὴν ἔχουσι καὶ ἧσσον ἡμῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίοις οὖσι διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται· βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προςδέονται. οἱ δὲ εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν, ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι ἢ γνώμῃ ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν καὶ

cellentiam δίκαι ἀπὸ συμβόλων appellabantur, quia ordine singulis annis agebantur et statis temporibus Athenis transigebantur. Ineunte bello Pelop. tres tantum sociae liberaeque eaedem civitates manebant. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 439 sq. Quare operae pretium non est quaerere cum Platnero, num liberi quoque socii δίκαις ἀπὸ συμβόλων ius suum Athenis experiri coacti fuerint, an soli δουλωθέντες σύμμαχοι? Atque colonos eodem modo habitos esse, quo non liberos socios, valde probabile reddit Heyn. Opuscc. acad. Vol. 1. p. 323. not., unde efficitur, ne liberos quidem socios alio loco habitos fuisse. Iure etiam Heyn. ibid. et Boeckh. affirmant, sociis iurisdictionem certe in causis levioribus, quibus supra certam quandam pecuniam lis non aestimaretur, integram mansisse. Ceteras causas eorum constat in urbe transactas esse. v. Boeckh. Vol. 1. p. 434. sqq. Kortuem. Resp. Gr. p. 59. Wachsm. 1, 2. p. 80 sq. Grave et molestum hoc iudiciorum genus sociis fuisse, et sponte sua intelligitur et veteres testantur: tametsi commercium iuris Attici et ius in iudiciis Atticis reos agendi quasi quoddam beneficium sociis tributum esse, et alibi Athenienses iactant, et hic orator Atticus non ita tecte significat.

ἐν τοῖς νόμοις] i. e. nach den Gesetzen. v. Matth. p. 1140. Mox ad φιλοδικεῖν Schol. adnotavit: ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ὡς φιλόδικοι, id quod multis locis Aristophanis fabularum, praecipue Vesparum confirmatur. Vid. praeterea Xenoph. R. A. 3, 1, 2. Plat. de Rep. 3. p. 404.

τοῖς καὶ ἄλλοθι] Schol. οἷον Πέρσαις, Σκύθαις. De Persis ipse Thuc. paulo inferius: Scythas, ait Steph., omittere debebat, neque e Graecia ad quaerendum exemplum egredi. Mox verba βιάζεσθαι γάρ, si sensum spectes, duplicem sententiam includunt: βιάζονται· βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ etc., id quod plenius ita dixeris: οὐκ ὀνειδίζεται, ὅτι βιάζονται· βιάζεσθαι γὰρ etc.

παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι] i. e. gegen ihre Meinung, dass es nicht geschehen sollte. Solet particula οὐ vel μή sententiarum ab οἶμαι pendentium cum hoc ipso verbo iungi, quemadmodum Latini *non puto* dicunt pro *puto*, *non* etc. Quare h. l. ita existimabam explicandum esse, quasi scripsisset: παρὰ τὸ οἴεσθαι μὴ χρῆναι. Matth. p. 1048. 7. ita convertit: *aliter quam* sive *non sic, ut fieri debuisse putant*, et μή post παρά positum dicit, quia in hac praepositione sensus negandi sit, quemadmodum post ἀπέδοξεν apud Herodotum, post ἀπολύεται — μετέγνωσαν apud Thucydidem, post ἐναντιωθῆναι — ἀπορίᾳ apud Platonem μή sequitur. Praeterea conferri iubet formulam μᾶλλον ἢ οὐ ap. se §. 455. adn. 3. d. Magis etiam probans est, quod Popp. affert ex Athenaeo 1, 29. ἄνευ τοῦ μή etc. In universum Thucydidis rariora et a Grammaticis non adnotata eius generis plura adnotavit idem 1. Commentt. p. 108. Mox καὶ ὁπωσοῦν eundem propemodum sensum habet, quem καὶ ὁτιοῦν, quod Popp. requirit, *si omnino inferiores evadunt vel levissima ratione*, quod est idem, ac si dixisset *vel levissima re*. Etenim καί in hac formula non est *et*, sed vim vocis ὁπωσοῦν auget. Sic 8, 90. τρόπῳ ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτός.

ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν. ἐκείνως δὲ οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον ὡς οὐ χρεὼν τὸν ἥσσω τῷ κρατοῦντι ὑποχωρεῖν. ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἴσου δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι, τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κρείσσονος καταναγκάζεσθαι. ὑπὸ γοῦν τοῦ Μήδου δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο, ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι, εἰκότως· τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. ὑμεῖς γ' ἂν οὖν εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε, μεταβάλοιτε, εἴπερ οἷα καὶ τότε πρὸς τὸν Μῆ-

Totius praesentis loci haec ratio esse videtur: *si inferiores abeunt vel ratione vel potentia imperantium sive graviori sive leviori ratione:* in welchem Grade sie immer entweder nach Recht und Vernunft oder durch Uebermacht nachzugeben sich gezwungen sehen. Mox de verbis οὐ — μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν v. Matth. p. 1088. Et τοῦ πλέονος est in der Mehrzahl der Fälle, in den meisten Fällen. Deinde usitatius erat τὸ ἐνδεὲς χαλεπώτερον φέρουσιν. Nec tamen genitivus exemplis caret apud hunc scriptorem. Vid. 2, 62. Matth. ad Hist. Gr. cap. praecip. p. 233. et Gr. §. 368. a. Et τοῦ ἐνδεοῦς idem est, ac si dixisset τοῦ παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι χαλεπώτερον φέρουσιν sive wegen dessen, was hinter ihrer Erwartung zurückbleibt. Tum ἐκείνως δέ ita intellige, quasi legas: εἰ δὲ φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν, ubi particula δέ posita est pro γάρ, ut saepius alibi, quod quomodo fieri liceat, Herm. ad Vig. p. 845, 343. explicat. De verbis ἀντέλεγον ὡς οὐ v. Matth. p. 1047. 2.

τὸ μὲν γὰρ — τὸ δέ] *Nam quod ab eo proficiscitur, qui pari est conditione, id propter pluris habendi cupiditatem contra iuris aequabilitatem fieri videtur; quod vero fit a potentiore, hoc ab inevitabili necessitate proficisci videtur.* Port. Neque aliter Bloomf., nisi quod τοῦ ἴσου et τοῦ κρείσσονος neutra esse statuit. Heilm., qui subiectum utriusque membri orationis in solis τὸ μὲν — τὸ δέ inesse vult, (ut 4, 86. extr.), et omnia reliqua praedicatum esse vult, ita interpretatur: denn jenes scheint Uebervortheilung von seines Gleichen, dieses Zwang von einem Mächtigeren. Porti interpretationem ideo praeferam, quod altera versio requirere videtur potius ἀπ' ἴσου et ἀπὸ κρείττονος. Mox „mira est constantia, qua verba δοκεῖν εἶναι Thuc. collocat, quae quum sexcenties coniungat, nunquam alio ordine posuit, quam hoc, ut δοκεῖν praecedat, vel verbis aliquot insertis, δοκεῖν — εἶναι quod tanto magis mirum est, quum, quamquam raro, alios infinitivos verbo δοκεῖν praeponat. Eadem autem constantia eundem ordinem tenet Herodotus; nec saepe eum Xenoph. deseruit — eiusdem ordinis constantia non est apud Platonem, Demosthenem alios.“ Krueg. ad Dionys. p. 266. Mox de repetitis particulis in ὑμεῖς γ' ἂν — τάχα ἂν v. Herm. ad Vig. p. 814, 283. Matth. §. 600. Mox ὑπεδείξατε praetuli vulgatae ἀπεδείξατε, nam „Lacedaemonii non aperte manifestarunt dominandi libidinem sub imperio Pausaniae, at vestigia eius libidinis apparuerant, idque proprie significatur verbo ὑπέδειξαν.“ Arn. Nisi forte ὑπέδ. idem est, quod προεδείξατε, congrue cum c. 130. ἀλλὰ (Pausanias) ἔργοις βραχέσι προὐδήλου ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐς ἔπειτα ἔμελλε πράξειν.

δον δι' ὀλίγου ἡγησάμενοι ὑπεδείξατε, ὁμοῖα καὶ νῦν γνώσεσθε. ἄμικτα γὰρ τά τε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε καὶ προςέτι εἷς ἕκαστος ἐξιὼν οὔτε τούτοις χρῆται οὔθ' οἷς ἡ
78 ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει. βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βραχέων, καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες οἰκεῖον πόνον πρόςθησθε. τοῦ δὲ πολέμου τὸν παράλογον, ὅσος ἐστί, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι προδιάγνωτε· μηκυνόμενος γὰρ φιλεῖ ἐς τύχας τὰ πολλὰ περιίστασθαι, ὧν ἴσον τε ἀπέχομεν καὶ ὁποτέρως ἔσται ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρῆν ὕστερον δρᾶν, κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη τῶν λόγων ἅπτονται. ἡμεῖς δὲ ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντες οὔτ' αὐτοὶ οὔθ' ὑμᾶς ὁρῶντες λέγομεν ὑμῖν, ἕως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ εὐβουλία, σπονδὰς μὴ λύειν μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην· ἢ θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε.

79 Τοιαῦτα δὲ οἱ Ἀθηναῖοι εἶπον. ἐπειδὴ δὲ τῶν τε ξυμμάχων ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους καὶ τῶν Ἀθηναίων ἃ ἔλεξαν, μεταστησάμενοι πάντας ἐβουλεύοντο κατὰ σφᾶς αὐτοὺς περὶ τῶν παρόντων. καὶ τῶν μὲν πλειόνων ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον, ἀδικεῖν τε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη καὶ πολεμητέα εἶναι ἐν τάχει· παρελθὼν δὲ Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀνὴρ καὶ ξυνετὸς δοκῶν εἶναι καὶ σώφρων, ἔλεξε τοιάδε.

*ἄμικτα*] Spartanos antiquis rebus constanter adhaerentes consentaneum est, postremo in tanta ceterorum Graecorum mobilitate ab his ita recessisse, ut peculiaris, neque aut cum Graecis aut cum Barbaris consociabilis populus viderentur. v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 187 sq. coll. p. 5 sqq. Apte Bloomf. contulit locum Isocr. p. 475. init. (*Λακεδαιμονίους*) *τῶν νόμων τῶν κοινῶν ἐξεστηκότας καὶ μηδὲν τῶν αὐτῶν μήτε τοῖς Ἕλλησι μήτε τοῖς βαρβάροις γιγνώσκοντας*. Vid. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 53, 2. Mox ad *ἐξιὼν* supple *ἐς πόλεμον*. Hoc enim verbum et *ἔξοδος* in hac re propria esse, post Valck. ad Eurip. Phoen. 766. Gottl. docuit. Tacite Pausaniam notat. Vid. c. 95. Denique *νομίζει* cum dat. iunctum est, ut 2, 38.

78. *ὡς οὐ περὶ βραχέων*] i. e. *ὡς οὐ βουλευόμενοι περὶ βραχέων*. SINTEN. ad Plut. V. Themist. p. 2 sq. Mox *ἐν ἀδήλῳ* cum Popp. converto *ita ut incertus sit exitus.* Ad *πρότερον ἔχονται* cum Schol. suppleo *πρὸ τῶν βουλευμάτων*. Mox *τῶν λόγων ἅπτονται* recte Portus: *consultationibus utuntur.*

*ἢ θεούς*] *εἰ δὲ μὴ θεοὺς* Cass. Aug. Cl. Ven. C. F. Pal. It. Vat. Lugd. H. Reg. (G.) et ex. em. Gr. (in quo a pr. man. fuerat *ἤ*.) Stephano videtur glossa esse pro *ἤ*. Certe *ἤ* hoc sensu, ut sit *alioqui*, non rarum est. Vid. c. 121. 140. Matth. p. 1249. b. §. 619. p. 1255. Mox *ὑφηγῆσθε* idem quod *προηγῆσθε*. v. Herm. ad Vig. p. 864, 433.

79. *Ἀρχίδαμος*] Archidamus II., Leotychidae successor et eius e Zeuxidamo nepos; nam Zeuxidamus diem ante patrem obiit. V. Pausan. 3, 7, 9. HUDS.

Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακε-80 δαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ, ὥςτε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα. εὕροιτε δ' ἂν τόνδε περὶ οὗ νῦν βουλεύεσθε οὐκ ἂν ἐλάχιστον γενόμενον, εἰ σωφρόνως τις αὐτὸν ἐκλογίζοιτο. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν ἡ ἀλκή, καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν· πρὸς δὲ ἄνδρας οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι καὶ προςέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ ὄχλῳ ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν, ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι, πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥαδίως πόλεμον ἄρασθαι καὶ τίνι πιστεύσαντας ἀπαρασκεύους ἐπειχθῆναι; πότερον ταῖς ναυσίν; ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν· εἰ δὲ μελετήσομεν καὶ ἀντιπαρασκευασόμεθα, χρόνος ἐνέσται. ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. τάχ' ἂν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις81 αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν, ὥςτε τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοι-

80. *καὶ αὐτὸς — εἰμι*] Erat enim aetate provectior. v. Soph. Oed. C. 707. ibique Herm. Mox ad *ὁρῶ* supple *ἐμπείρους*. Dein variatur oratio per *ἀπειρίᾳ* et *νομίσαντα*, ut 1, 107. v. Matth. §. 397. p. 726. et p. 1114 sq.

*τόν δε, περὶ οὗ*] Vulg. *τὸν πόλεμον τόνδε, π. οὗ*, quam glossam esse, ex libris scriptis apparet. Mox per *ἀστυγείτονας* Goettl. ad Aristot. Polit. p. 464. perioecos significari vult. At hos dudum subactos Popp. dicit, intelligens ipse Argivos et nonnullos Arcadum. Equidem huc refero verba c. 118. *τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι*, ubi v. adn.

*παρόμοιος*] Schol. *ἐκ παραλλήλου· πεζομάχοι γὰρ πάντες. Prope pares* intelligit Popp., nam commendari hoc iis, quae ex adverso posita sunt. Cum Schol. Arn. facit, terrestres magis quam navales copias habentem apparatum intelligens. Mox verbis *πρὸς τούτους* repetitio subiecti *ἄνδρας* post plura interposita fit. Conf. Matth. de Anacoluthis ap. Cicer. p. 16., nec multum dissimile est, quod Herm. ad Soph. Phil. 315. explicat. De verbis *ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν* v. Matth. p. 1238., de *τούτου ἐλλείπομεν* ibidem p. 820. init. Deinde *ἐν κοινῷ* est *in aerario*, ut docet Wessel. ad Herodot. 1, 144.

*ἐκ τῶν ἰδίων*] Schol. *πένητες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι.* v. Mans. Spart. 2. p. 7 sq. et inprimis Ot. Muell. Dor. 2. p. 211 sq. coll. 1. p. 180.

81. *αὐτῶν — ὑπερφέρομεν*] v. Matth. p. 672. Mox *ἄλλην γῆν* Schol. interpretatur Thraciam et Ioniam. Adde Euboeae magnam partem, Cycladas paene omnes et ceteras insulas inter Peloponnesum, Cretam et Asiam, Dores maritimos, Samios, multos ex Hellespontiis, multas urbes Graecas in oris Thraciae et Macedoniae, Oropum in confiniis Boeotiae. Adde Atheniensium colonias, Scyrum, Lemnum, Imbrum, Aeginetas, qui tum Aeginam tenebant, Hestiaeenses in Euboea, Naxios, Andrios, fortasse etiam Tenios et Ceos, partim Amphipolitanos, itemque partim Thurinos. Adde foederatos cum Atheniensibus Barbaros, Sitalcen, regem Odrysarum, Odomantos, populum Thraciae, Philippum et Derdam, principes Macedonum, Pelasgos ad Athon

τῶντες· τοῖς δὲ ἄλλη γῆ ἐστὶ πολλὴ ἧς ἄρχουσι, καὶ ἐκ θαλάσσης ὧν δέονται ἐπάξονται. εἰ δ' αὖ τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δεήσει καὶ τούτοις ναυσὶ βοηθεῖν, τὸ πλέον οὖσι νησιώταις. τίς οὖν ἔσται ἡμῶν ὁ πόλεμος; εἰ μὴ γὰρ ἢ ναυσὶ κρατήσομεν ἢ τὰς προςόδους ἀφαιρήσομεν ἀφ' ὧν τὸ ναυτικὸν τρέφουσι, βλαψόμεθα τὰ πλέω. κἂν τούτῳ οὐδὲ καταλύεσθαι ἔτι καλόν, ἄλλως τε καὶ εἰ δόξομεν ἄρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς. μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα ὡς ταχὺ πανθήσεται ὁ πόλεμος ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τάμωμεν. δέδοικα δὲ μᾶλλον μὴ καὶ τοῖς παισὶν αὐτὸν ὑπολίπωμεν· οὕτως εἰκὸς Ἀθηναίους φρονήματι μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι,
82 μήτε ὥςπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ. οὐ μὴν οὐδὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς κελεύω τούς τε ξυμμάχους ἡμῶν ἐᾶν βλάπτειν καὶ ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾶν, ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν, πέμπειν δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι μήτε πόλεμον ἄγαν δηλοῦντας μήθ' ὡς ἐπιτρέψομεν, κἂν τούτῳ καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι ξυμμάχων τε προςαγωγῇ καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, εἴ ποθέν τινα ἢ ναυτικοῦ ἢ χρημάτων δύναμιν προςληψόμεθα· ἀνεπίφθονον δὲ ὅσοι ὥςπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προςλαβόντας διασωθῆναι· καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκποριζώμεθα. καὶ ἢν μὲν ἐςακούσωσί τι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα· ἢν δὲ μή, διελθόντων ἐτῶν καὶ δύο καὶ τριῶν ἄμεινον ἤδη ἢν δοκῇ πεφραγμένοι ἴμεν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἴσως ὁρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευὴν καὶ τοὺς λόγους αὐτῇ ὁμοῖα ὑποσημαίνοντας μᾶλλον ἂν εἴκοιεν, καὶ γῆν ἔτι ἄτμητον ἔχοντες καὶ περὶ παρόντων ἀγαθῶν καὶ οὔπω ἐφθαρμένων βουλευόμενοι. μὴ γὰρ ἄλλο τι νο-

habitantes, Edones, in Italia Messapios, in Sicilia Segestanos, Siculos etc. Paulo inferius de formula μὴ γὰρ δή v. Matth. p. 1209. init. Deinde καταπλαγῆναι infinitivus aoristi pro futuro post verbum putandi, sperandi, coniiciendi, ut non raro etiam infinitivus praesentis pro futuro, legitur, de quo v. Matth. p. 950 sq.

82. *μήτε πόλεμον — ὡς ἐπιτρέψομεν*] *Μὴ δηλοῦν* idem est, quod *μὴ προςποιεῖσθαι* 3, 47., ubi v. Schol. et conf. Vig. p. 456. Haec verba significant *dissimulare.* Hoc ergo Archidamus dicit: qui nec bellum nimis certe minitentur, et dissimulent, nos concessuros, donec bellum paraverimus. Nam hoc ipsum continuo addit, bellum interea parandum esse, sed intra triennium non posse sperari paratum iri. Mox de verbis *ὅσοι — ἐπιβουλευόμεθα* v. Matth. p. 608. et de passivo *ἐπιβουλευόμεθα* ibidem p. 922. Et *τὰ αὐτῶν* idem est quod *τὰ ἴδια* sive *τὰ ἡμῶν αὐτῶν*, v. Matth. p. 920. Buttm. Gr. §. 127. adn. 5. (ed. 13.) Respondent inter se *ξυμμάχων τε προσαγωγῇ* et *καὶ τὰ αὐτῶν ἐκποριζώμεθα*, verbis *ἀνεπίφθονον — διασωθῆναι* in parenthesi positis. Mox pro *δύο καὶ τριῶν* nos in drei *oder* vier Jahren. Sic c. 22. est *τοιούτων καὶ παραπλησίων*. 5, 74. *τοιαύτη καὶ ὅτι ἐγγύτατα τούτων*. 7, 42. *στρατὸν ἴσον καὶ τοιοῦτον*. Mox *οὐχ ἧσσον ὅσῳ* idem est quod *τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ* et *ἐγκλήμασιν* *propter crimina sociorum*. v. Matth. §. 398. 6. De verbis *ὅπως μὴ πράξωμεν* (Anecdd. Bekk. 1. p. 162. et Laur. *πράξομεν*) v. ibid. §. 519. 7. p. 999.

*μίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν, καὶ οὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται· ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς ἀληπτοτέρους ἔχειν. εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν, ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξωμεν. ἐγκλήματα μὲν γὰρ καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν οἷόν τε καταλῦσαι· πόλεμον δὲ ξύμπαντας ἀραμένους ἕνεκα τῶν ἰδίων, ὃν οὐχ ὑπάρχει εἰδέναι καθ' ὅ τι χωρήσει, οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς θέσθαι. καὶ ἀνανδρία μηδενὶ πολλοὺς μιᾷ* 83 *πόλει μὴ ταχὺ ἐπελθεῖν δοκείτω εἶναι. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις οὐκ ἐλάσσους χρήματα φέροντες ξύμμαχοι, καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον, ἀλλὰ δαπάνης, δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ, ἄλλως τε καὶ ἠπειρώταις πρὸς θαλασσίους. πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτήν, καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα, οἵπερ δὲ καὶ τῶν ἀποβαινόντων τὸ πλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἕξομεν, οὗτοι καὶ καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν προΐδωμεν. καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μά-* 84 *λιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε. σπεύδοντές τε γὰρ σχολαίτερον ἂν παύσαισθε διὰ τὸ ἀπαράσκευοι ἐγχειρεῖν· καὶ ἅμα ἐλευθέραν καὶ εὐδοξοτάτην πόλιν διὰ παντὸς νεμόμεθα, καὶ δύναται μάλιστα σωφροσύνη ἔμφρων τοῦτ' εἶναι. μόνοι γὰρ δι' αὐτὸ εὐ-*

*ἕνεκα τῶν ἰδίων*] Schol. *ἰδίων λέγει τῶν Κορινθίων.* „Quum alii quoque, velut Megarenses c. 67., accusatores Atheniensium extiterint et paulo ante *τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες* dixerit, inprimis quidem Corinthii, sed tamen alii quoque intelligendi sunt.“ Haack.

83. *οὐκ ἐλάσσους*] Vis comparativi ad solum *ξύμμαχοι* spectat, quum Lacedaemoniorum socii omnes tributorum immunes fuerint. Bloomf. Mox de comparandi formula *οὐχ ὅπλων τὸ πλέον ἀλλά* v. Matth. §. 455. b.

*δι' ἣν — ὠφελεῖ*] i. e. *propter quos sumtus arma utilia sunt*, et *δι' ἣν* fere idem quod *δι' ἧς* i. e. *per quos* etc. Conf. 3, 13. *δι' ἣν ἡ Ἀττικὴ ὠφελεῖται.* 3, 39. *προσόδου δι' ἣν ἰσχύομεν.* 7, 68. *πλεῖστοι διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελῶσιν.* *Arma* (*ὅπλα*) intellige *ὁπλίτας* ut c. 80. 81. Mox ad verba *ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας* Schol. adnotavit: *καὶ* (*κατὰ*) *νίκην καὶ ἧτταν.* Verba sic ordina: *οἵπερ ἕξομεν τὸ πλέον τῆς αἰτίας τῶν ἀποβαινόντων ἐπ' ἀμφότερα*, *qui autem eorum, quae eventura sunt in utramque partem, praecipui auctores videbimur* etc.

84. *μέμφονται ἡμῶν*] Cunctatio, de qua magis quam de alia re ulla nos accusant. v. Matth. p. 624. etc. 69. 70. Pro *ἂν παύσαισθε* alii libri *ἂν παύσησθε*, marg. Steph. *ἂν παύσοισθε.* Ed. Vasc. *ἂν παύσεσθε.* Ex his *ἂν παύσησθε* poeticum est. v. Matth. p. 990 sq. Sententiam ita Dukas expedit: *οἱ γὰρ ἀπαράσκευοι, μὴ δυνάμενοι ὁμόσε τοῖς πολεμίοις χωρεῖν ἰσχυρῶς, μηδ' ἐμμένειν ἐν τῷ πολέμῳ, ὥστε τέλος ἐπιθεῖναι ἐκ τοῦ εὐθέος αὐτῷ, μηκύνουσι τὸ πρᾶγμα ἐπὶ πολύ.* Verbis *καὶ ἅμα νεμόμεθα* „alterum argumentum editur, cur cunctatio non sit vituperanda, petitum ab effectu. Quum semper liberam et honestissimam urbem incoluerint, non posse mores suos reprehensione dignos esse ostendit.“ Haack.

*δύναται τοῦτ' εἶναι*] Schol. *τὸ βραδὺ καὶ τὸ μέλλον.* Id quod

*πραγίαις τε οὐκ ἐξυβρίζομεν καὶ ξυμφοραῖς ἧσσον ἑτέρων εἴκομεν· τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ ἐξοτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ, καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἀνεπείσθημεν. πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία, εὔβουλοι δὲ ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευό-*

comprobant verba cap. 85. *ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέρων* (sc. *βουλεύειν καθ' ἡσυχίαν*) *διὰ ἰσχύν.* Mox *εὐπραγίαις* est wegen unseres Glückes. v. Matth. p. 728. b. Genitivus *τῶν ἐξοτρυνόντων* pendet ex *ἡδονῇ*, hoc sensu: *ἡδονῇ, ἣν παρέχουσιν οἱ ἐξοτρύνοντες.* Mox in verbis *τὸ μὲν ὅτι αἰδώς* verba *τὸ μέν* refer ad *πολεμικοί*, ut sit *καὶ πολεμικοὶ μὲν γιγνόμεθα.* Deinde *αἰδώς* est *dedecoris vitandi studium*, Ehrgefühl v. Elms. ad Eur. Heracl. 201., sed optimus interpres huius loci est Plut. V. Cleomen. 9., cui adde Plat. De legg. p. 646. Steph. Schol. Mox et verborum Hom. Il. 5, 531. 15, 563.

*εὔβουλοι δὲ — προνοουμένων*] Hoc dicit: Modestia nostra, quam tarditatem Corinthii dicunt, efficit, ut et bellicosi simus et circumspecti, ac bellicosi quidem, quia modestiam vel maxime pudor et vitandi dedecoris studium sequitur; rursus ex illo pudore nascitur periculorum contemtus et fortitudo. Ita fit, ut bellicosi simus. Circumspecti autem modestia fimus, quia sic instituimur, ut leges non contemnamus, et severitate disciplinae iis obtemperare discamus; quia sic instituimur, ut inutilia addiscere nolentes non quidem hostium apparatum copiose loquentes reprehendamus, sed tanto alacrius agendo rem ipsam aggrediamur; quia denique sic instituimur, ut persuasum nobis habeamus, consilia hostium similia esse fortunae casibus, qui ne ipsi quidem callide differendo ex incertis certi reddi possunt. Quare semper re et voluntate parati sumus ut adversus bene consultos hostes, neque in erroribus, quos illi forsitan commissuri sint, fiduciam ponamus, sed ex hoc spem victoriae capiamus, quod in omnem eventum semper praeparati sumus. *Αἰδώ* et *αἰσχύνην*, sicut *σωφροσύνην* et *εὐκοσμίαν* uno sensu posuit. Modesti sumus, ait; ex modestia vitandi dedecoris studiosi; ex eo studio fortes. Conf. Ot. Muell. Dor. 2. p. 19. Deinde quia initium sententiae hoc est *πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μέν, ὅτι αἰδώς* etc., post *τὸ μέν* sequi debebat *τὸ δέ*, pro hoc autem ipsa verba *εὔβουλοι δέ* posuit. v. Matth. p. 579. adn. 5. Et variat orationem, dicens *ἀμαθέστερον παιδευόμενοι* pro *ὅτι ἀμαθέστερον παιδευόμεθα.* A participio *παιδευόμενοι* pendent adverbia *ἀμαθέστερον* et *σωφρονέστερον.* Atque in sententiis quoque ab his adverbiis pendentibus oratio variatur, nam ab *ἀμαθέστερον* quod pendet, id substantivum est: *τῆς ὑπεροψίας*, i. e. *ἢ ὥστε τοὺς νόμους ὑπερορᾶν.* v. Matth. p. 771. quod autem a *σωφρονέστερον*, id verbum est *ἢ ὥστε ἀνηκουστεῖν* v. Matth. p. 847 sq. Praeterea a participio *παιδευόμενοι* pendent infinitivi *ἐπεξιέναι* et *νομίζειν.* „Locum egregie illustrant verba Cleonis 3, 37. *ἀμαθία — μέμψασθαι λόγον.*" Popp. Addit Gottl., haec eo referri, quod Athenienses adversariis suis *ἀμαθίαν* exprobrabant, (quod fecit etiam orator Corinthius c. 71.) tanquam *ἀμούσοις.* v. Aelian. V. H. 12, 50. ibique Perizon. His ita Archidamus respondere putandus est, ut dicat, sese, si *ἀμαθεῖς* sint, certe *ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις* non rudes esse, in legum observantia, usu armorum et talibus. Praecipue studium eloquentiae Spartani negligebant. v. Thuc. 4, 84. Conf. Mans. Spart. 1, 1. p. 165. Et id ipsum studium verba *τὰ ἀχρεῖα* significare videntur, quibus mox Archidamus utitur.

μενοι, καὶ ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστερον ἢ ὥςτε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν, καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν ὄντες, τὰς τῶν πολεμίων παρασκευὰς λόγῳ καλῶς μεμφόμενοι ἀνομοίως ἔργῳ ἐπεξιέναι, νομίζειν δὲ τάς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους

ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστερον] i. e. χαλεπώτερόν τε καὶ σωφρονέστερον. v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 120.

καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα — ἐπεξιέναι] i. e. καὶ μὴ τῷ τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν εἶναι τὰς τῶν πολεμίων παρασκευὰς λόγῳ μὲν καλῶς μέμφεσθαι, ἀνομοίως δὲ ἔργῳ ἐπεξιέναι sc. παιδευόμενοι. Et τὰ ἀχρεῖα Schol. exponit τὰ σοφίσματα τῶν λόγων.

ἀνομοίως — ἐπεξιέναι] sc. λόγον sive τὰ λεχθέντα εἰς μέμψιν τῶν παρασκευῶν τῶν πολεμικῶν. Ἐπεξιέναι enim est *exsequi*. *Et quia ita educamur, ut non, inutilium rerum periti, hostium apparatum pulchris verbis reprehendentes, re ipsa ingeniose dictis congruenter agendo* (et hosti reprimendo) *impares simus.* Verba νομίζειν δὲ — οὐ λόγῳ διαιρετὰς sunt, qui ita interpretentur: *sed ita instituimur, ut et aliorum cogitationes nostris similes esse, et fortunae lusus oratione explicari non posse existimemus.* Qui si sensus istorum verborum esset, pro οὐ διαιρετάς opus fuisset dici μὴ διαιρετάς. Imo παραπλησίους εἶναι τάς τε διανοίας καὶ τὰς τύχας dictum e more Graecorum pro παραπλησίους εἶναι τὰς διανοίας ταῖς τύχαις. Verba autem οὐ λόγῳ διαιρετάς (die nicht mit Worten auszumachen sind), iam recte οὐ, non μή habent, quia sic resolvenda sunt: αἳ οὐ διαιρεταὶ λόγῳ εἰσίν. Haec interpretatio firmatur iis, quae sequuntur: propterea quod pro incertis consilia hostium, pro incertis casus fortunae habemus, minus quidem verborum facimus, sed tanto tutius bella aggredimur, semper ita parati, quasi hostes optime sibi consulturi sint, quo fit, ut nullus rerum eventus praeter spem nobis accidat. Dicit igitur Archidamus, Lacedaemonios ita institutos esse, ut putent alios quoque valere ingenio et consilio, quo se et ipsi tueri possint, ideoque salutem suam ponere in agendo cum prudentia, non in erroribus adversariorum. Cod. Laur. τε om., at nihil refert, utrum dicas τάς τε διανοίας παραπλησίους εἶναι καί, an τὰς διανοίας παραπλ. εἶναι καί, an καὶ τὰς διανοίας παραπλ. εἶναι καί. Conf. Thuc. 1, 39. 70. 140. 2, 35. 4, 64. 65. Verba οὐ λόγῳ contrarie ponuntur verbis ἀλλ' ἔργῳ, quorum sensus satis aperte inest in iis, quae statim sequuntur: ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς — παρασκευαζώμεθα. Hic igitur Archidamus prorsus idem dicit, quod Pericles c. 140. ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς etc. et orator Corinthius c. 120. πολλὰ γὰρ — περιέστη. Prorsus autem a sensu huius loci aberraverunt Haack. et Popp., dum supplent: τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι ταῖς ἡμετέραις. Falsum enim est, Thucydidem dicere, alios homines idem sentire, ac Lacedaemonios, neque hic scriptor ignoravit, tot fere sensus hominum, quot capita esse. Quia autem constat, suas quemque cogitationes scire, alterius non scire, propterea alterius cogitationes aeque incertas esse dicit, atque fortunae eventus, eosque stultos esse, qui ex suis consiliis fortunae eventus fore putent 4, 64. Illi interpretes hoc decepti esse videntur, quod Thucydidem et ipsum legebant paulo inferius similitudinem hominum statuere: πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου. Sed ea nimirum similitudo est ingeniorum, non voluntatis et cogitationum, similitudo autem hominum inter se si iam verbis τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι etc. memorata esset, hic scriptor praeter morem suum bis, ubi non opus erat, idem dixisse putandus esset. Denique vocabulum διαιρετάς Schol. explicat per φανεράς. Arn.: *casus, qui eloquentiae vi non*

*εἶναι καὶ τὰς προςπιπτούσας τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς. ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζώμεθα· καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς προνοουμένων. πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶ-*
85*ναι ὅςτις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται. ταύτας οὖν ἃς οἱ πατέρες τε ἡμῖν παρέδοσαν μελέτας καὶ αὐτοὶ διὰ παντὸς ὠφελούμενοι ἔχομεν, μὴ παρῶμεν, μηδ' ἐπειχθέντες ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας περὶ πολλῶν σωμάτων καὶ χρημάτων καὶ πόλεων καὶ δόξης βουλεύσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν. ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέ-*

*possunt antea accurate definiri.* Fortasse cum respectu ad partitiones oratorias vocem scriptor legit, id quod sensisse videtur Port.: *et fortunae casus oratorie explicari non posse*, et Dukas: *οὐ δὲ γάρ ἐστι λόγῳ διελόντας ἀνακαλύπτειν τὰ μέλλοντα ὑπὸ τῆς τύχης γενήσεσθαι.*

*ὡς πρὸς — τοὺς ἐναντίους*] i. e. *πρὸς τοὺς ἐναντίους ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους.* v. Matth. p. 1192. et locum, quem adscripsit p. 1122. ex Xenoph. Cyrop. 1, 6, 4. Non aliter Cic. Tusc. Quaestt. 5, 32. *ut ad quietum me licet venias* i. e. licet venias ad me, ut ad quietum. Sententiam egregie illustrat. Isocr. De Pac. 60. p. 191. Bekk. Mox alii libri *παρασκευαζόμεθα* at „scribendum potius *παρασκευαζώμεθα*, quod perinde est ac si dixisset *παρασκευάζεσθαι δεῖ*, ut sequitur *ἔχειν δεῖ.*" Steph. Etiam c. 121. subito ab indicativo ad imperativum (verbale) transit: *περιεσόμεθα — καθαιρετέον.* Mox verbis *καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων* respicit ad verba Corinthii cap. 69. vers. fin. Verba *ὡς ἡμῶν — προνοουμένων* converte: man muss Vertrauen setzen können auf das Bewusstsein, dass man selbst für alle Fälle (*ἀσφαλῶς*) gerüstet sei. v. Buttm. Gr. §. 145. adn. 5. (ed. 13.), Matth. §. 568. p. 1121. 2.

*ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις*] Ne putate, ait, hominem homini multo praestare, a quovis adversario exspectate, eum sibi cauturum, ad eamque rem ingenii dote praeditum esse; sic tutius agetis. Optimus autem vir ille est, qui in maxime necessariis (im Wesentlichen) eruditus est i. e. ex mente Spartanorum, in usu rerum, praecipue armorum tractatione, et omnino in agendo magis (im Practischen), quam in eloquentia et studiis literarum. Plut. V. Lyc. 16. *γράμματα μὲν οὖν ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον· ἡ δ' ἄλλη πᾶσα παιδεία πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς ἐγίνετο, καὶ καρτερεῖν πονοῦντα καὶ νικᾶν μαχόμενον.* Et contra Spartanos, eloquentiae contemtores, diriguntur verba Periclis 2, 40. *οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην.* Sic cepit etiam Schol. Thuc. 2, 37. *τὸ τερπνὸν τοῦ βίου* Lacedaemonii *κώλυμα νομίζουσι τῶν ἀναγκαίων.* Etenim nihil dicit, nisi quod in omnibus foris et circulis ex literarum contemtoribus audias, quibus ea tantum necessaria et proinde utilia videntur, quae ad usum et institutionem vitae communis pertinent, et regis mentem praeclare expressit Ion poeta: *Οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις· Ἀλλ' εὖτ' ἂν Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στρατῷ, Βουλὴ μὲν ἄρχει, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται.* v. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 454, 2. et inprimis C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 56, 3.

85. *μελέτας*] Intelligo Lacedaemoniorum instituta in educandis liberis, de quibus v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 305 sqq. 385 sqq. 397 sqq. et C. Fr. Herm. l. c. p. 55. §. 27.

*ἔξεστι δ' ἡμῖν*] sc. *καθ' ἡσυχίαν βουλεύειν.* Respicit orationem Corinthii c. 71. init. coll. c. 69. med. *καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι* etc. Mox *διὰ ἰσχὺν* est *propter potentiam nostram*, quae deterret ad-

ρων διὰ ἰσχύν. καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν οἱ ξύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι· ἐπὶ δὲ τὸν διδόντα οὐ πρότερον νόμιμον ὡς ἐπὶ ἀδικοῦντα ἰέναι. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα. ταῦτα γὰρ καὶ κράτιστα βουλεύσεσθε καὶ τοῖς ἐναντίοις φοβερώτατα. καὶ ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοιαῦτα εἶπε· παρελθὼν δὲ Σθενελαΐδας τελευταῖος, εἷς τῶν ἐφόρων τότε ὤν, ἔλεξεν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις ὧδε.

86 Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω· ἐπαινέσαντες γὰρ πολλὰ ἑαυτοὺς οὐδαμοῦ ἀντεῖπον ὡς οὐκ ἀδικοῦσι τοὺς ἡμετέρους ξυμμάχους καὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι εἰ πρὸς τοὺς Μήδους ἐγένοντο ἀγαθοὶ τότε, πρὸς δὲ ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται. ἡμεῖς δὲ ὁμοῖοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν, καὶ τοὺς ξυμμάχους ἢν σωφρονῶμεν οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν· οἱ δ' οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν. ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι ἀγαθοί, οὓς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστίν, οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους, ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει καὶ παντὶ σθένει. καὶ ὡς ἡμᾶς πρέπει βουλεύεσθαι ἀδικουμένους μηδεὶς διδασκέτω, ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν μᾶλλον πρέπει πολὺν χρόνον βουλεύεσθαι. ψηφίζεσθε οὖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον, καὶ μήτε τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶτε μείζους γίγνεσθαι, μήτε τοὺς ξυμμάχους καταπροδιδῶμεν, ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας.

87 Τοιαῦτα δὲ λέξας ἐπεψήφιζεν αὐτὸς ἔφορος ὢν ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λακεδαιμονίων. ὁ δέ, κρίνουσι γὰρ βοῇ καὶ οὐ ψήφῳ, οὐκ ἔφη διαγιγνώσκειν τὴν βοὴν ὁποτέρα μείζων, ἀλλα βουλόμενος αὐτοὺς φανερῶς ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι ἔλεξεν Ὅτῳ μὲν ὑμῶν, ὦ Λακε-

versarios nostros, ne temere nos aggrediantur, et *μᾶλλον ἑτέρων* accipe dictum pro *μᾶλλον ἢ ἑτέροις*. Vid. Matth. §. 454. p. 849.

86. *ὁμοῖοι καὶ τότε*] i. e. *ὁμοῖοι καὶ τότε ἦμεν καὶ νῦν ἐσμέν*. Schol. *ἐλευθερωταὶ τῆς Ἑλλάδος δηλονότι*. vid. cap. 69. De verbis *οὐ παραδοτέα* v. Matth. p. 829. 1.

87. *ἐπεψήφιζεν*] i. e. *in suffragium misit concionem*. v. Matth. p. 737. not. Modo regibus, regumque filiis, Ephoris et in universum magistratibus Spartae ius erat, populum in suffragium mittendi. v. Ot. Muell. Dor. 2. p. 89. De Ephoris, quae huc pertinent, idem seorsum exposuit p. 121 sqq. Conf. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 91 sq. Herm. Antt. Gr. p. 86, 2. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 222 sqq. et inprimis p. 223, 94. De suffragiis apud Spartanos *βοῇ* fieri solitis fusius exponit Plut. V. Lyc. 26.

*μᾶλλον ὁρμῆσαι*] Quia illi, qui clamore bellum se decernere significabant, maior pars Spartanorum erant, singulosque, qui bellum nollent, non credere licebat ausuros esse invidiam publicam incurrere palam bellum pluribus invitis vetando, propterea dicto a scriptore modo

δαιμόνιοι, δοκοῦσι λελύσθαι αἱ σπονδαὶ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν, ἀναστήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον· δείξας τι χωρίον αὐτοῖς· ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. ἀναστάντες δὲ διέστησαν, καὶ πολλῷ πλείους ἐγένοντο οἷς ἐδόκουν αἱ σπονδαὶ λελύσθαι. προςκαλέσαντές τε τοὺς ξυμμάχους εἶπον ὅτι σφίσι μὲν δοκοῖεν ἀδικεῖν οἱ Ἀθηναῖοι, βούλεσθαι δὲ καὶ τοὺς πάντας ξυμμάχους παρακαλέσαντες ψῆφον ἐπαγαγεῖν, ὅπως κοινῇ βουλευσάμενοι τὸν πόλεμον ποιῶνται, ἢν δοκῇ. καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου διαπραξάμενοι ταῦτα, καὶ οἱ Ἀθηναίων πρέσβεις ὕστερον ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες. ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας, τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι, ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν αἳ ἐγένοντο μετὰ τὰ Εὐβοεικά.

rum opinio est, Thucydidem motum terrae Herodoteum pro ficto habuisse, quum praesertim Herodotus ὡς ἔλεγον οἱ Δήλιοι addat, quae verba Valck. iudicat declarare, rem incertam esse. Monuit Popp., Pindarum Fragm. Prosod. 1. Delum suo tempore adhuc χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας vocare. Contra ea Arnoldi haec opinio est: „Quum Thuc. c. 16. utatur vocabulo ἄρτι de re, quae accidit statim post adventum Persarum, facile fieri potest, ut verba ὀλίγον πρὸ τούτων aeque lato sensu posita sint. Ac quum Herodotus disertis verbis dicat, terrae motum, quo Delus movebatur paulo ante pugnam Marathoniam, nunquam sua quidem memoria repetitum esse; quum in historia sua mentionem faciat rerum post initium belli Pelop. gestarum, atque addat, terrae motum, quem memorat, putatum esse portendere turbas non minus belli Pelop., quam impetum Persarum, probabile mihi fit, Thucydidem, quamquam aliter videri possit, tamen de eodem terrae motu loqui, de quo Herodotus: sic autem verba ὀλίγον πρὸ τούτων aliquantulum a veritate recedunt. „Nam inter bellum Persicum et res praesenti loco Thuc. memoratas intervallum 60 annorum est. Mox σημῆναι est absolute idem, quod σημεῖον εἶναι, ut 2, 49.

ἡ δὲ εὔνοια ἐποίει] Sic plures et meliores libri, ex aliis Gottl. ἐπῄει receperat. Ἐποίει solitum sensum habet ap. Thuc. 4, 12. ut sit *efficere*, ubi non iungitur cum ἐς, sed accusativum iunctum habet, qui latet in ἐπὶ πολύ. Eodem usu, quo hic, est apud Lucian. D. D. 6. καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει διὰ τὴν ὁμοιότητα. Adde Appian. B. C. 2, 25. 5, 27. Praeterea ex Plutarchi V. Caes. affertur. „Haec phrasis Thucydidea ποιεῖν ἔς τινα, qua Arrianus Al. M. 2, 2, 5. usus est, sine ulla dubitatione e libris reddenda est Dioni Cass. 45, 11. 57, 6. 78, 39., in quem idem editores, quod in Thucydidem Gottl., vitium invexerunt." Schaef. Add. et Corrig. ad Animadvv. in Plut. Vitt. Vol. 6. p. 504. Arn. convertit: Men's good wishes *made* greatly *for* the Lacedaemonians, addens linguam Anglicam hic forte maxime cum Graeca congruere. Latine nescio, qui aliter reddam, nisi per *inclinare in aliquem*, *favere alicui*. Schneid. Lex. Gr. comparavit formulam *facere cum aliquo*. Nisi forte simplicius et verius est explicare per *effectum habere in aliquem, se exserere* (sich äussern). De re ipsa v. Od. Muell. Dor. 1. p. 195. Mox genitivus προειπόντων positus est pro accusativo, nam praecessit Λακεδαιμονίους. Nihil hoc usu apud hunc scriptorem frequentius. Conf. Matth. §. 561. Deinde in verbis ὅτι ἐλευθεροῦσιν de indicativo v. Herm. ad Vig. p. 900. VII., de Ellips. et Pleonasm. p. 193. Matth. p. 1030 sq., *studia hominum valde inclinabant in Lacedaemonios, quum praesertim profiterentur, se Graeciae liberatores esse.* Ἐλευθερῶν neque hic, neque 1, 69. aut 4, 85. futurum est, quae fuit opinio Buttmanni Gr. max. §. 95. adn. 16. et Matthiaei §. 181. 2. c. et Hermanni ad Vig. p. 901. Nam praesens est, vim substantivi habens. Mox perfecto κεκωλῦσθαι persuasionem firmam, cui futura iam facta videantur, significari monuit Popp. Quod sequitur ὀργῇ εἶχον, alias additur praepositio ἐν, ut c. 21., quare hoc alii reponi volebant, alii δι' ὀργῆς, alii οὕτως ὀργῆς. Vid. Valck. ad Eurip. Phoen. p. 177., ad Herodot. 5, 81. Popp. inseruit ἐν. Vid. Matth. §. 577. p. 1139.

ἰδιώτης καὶ πόλις εἴ τι δύναιτο καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνε
βάνειν αὐτοῖς· ἐν τούτῳ τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ
γματα ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται. οὕτως [ἐν] ὀργῇ εἶχον οἱ
ους τοὺς Ἀθηναίους, οἱ μὲν τῆς ἀρχῆς ἀπολυθῆναι βο
νοι, οἱ δὲ μὴ ἀρχθῶσι φοβούμενοι. παρασκευῇ μὲν οὖ
9 αὐτῇ καὶ γνώμῃ ὥρμηντο. πόλεις δὲ ἑκάτεροι τάςδ' ἔ
ξυμμάχους ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. Λακεδαιμονίω
οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ
πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν· τούτοις δ' ἐς ἀμφοτέρους φιλ
Πελληνῆς δὲ Ἀχαιῶν μόνοι ξυνεπολέμουν τὸ πρῶτον,
δὲ ὕστερον καὶ ἅπαντες· ἔξω δὲ Πελοποννήσου Μεγαρῆς
κῆς, Λοκροί, Βοιωτοί, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι, Ἀνακ
τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Κορίνθιοι, Μεγαρῆς, Σικυ
Πελληνῆς, Ἠλεῖοι, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι, ἱππέας δὲ
τοί, Φωκῆς, Λοκροί· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεζὸν παρ
αὕτη Λακεδαιμονίων ξυμμαχία, Ἀθηναίων δὲ Χῖοι, Λ
Πλαταιῆς, Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ, Ἀκαρνάνων οἱ πλ
Κερκυραῖοι, Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς
ἐν ἔθνεσι τοσοῖςδε, Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριῆς Καρσὶ
οικοι, Ἰωνία, Ἑλλήςποντος, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι

9. De sociis Atheniensium v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p.
p. 126. A. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 47. De sociis Sparta
v. Wachsm. ibidem p. 129. B. Kortuem. ibidem p. 37.

ἔπειτα — ἅπαντες] Hoc apparet ex 7, 34. Arn. „De Ph
bus, idem ait, aut scriptor erravit, aut Phocenses brevi ad adve
transierunt. Certe sexto belli anno Demosthenes, Atheniensiu
eos sperat aut propter perpetuam cum Atheniensibus amicitiam
se in bellum contra Boeotos secuturos aut facile per vim adduci
3, 95. et postea nonnulli eorum reapse Boeotiam Atheniensibu
dere moliuntur 4, 76. Serius eos legimus bellum contra Locr
cipere 5, 32., de quo tamen nihil praeterea traditur. Post
Atheniensium in Sicilia quindecim iis naves a Lacedaemoniis
candae imponuntur 8, 3." Mox Λοκροί sunt Opuntii. Nam
Atheniensium amicos fuisse, intelliges ex 3, 95. 101. De equitatu
torum, Phocensium, Locrorum v. Boeckh. Staatsh. d. Ath.
p, 277., de Messeniis Thuc. 1, 103. Acarnanes intellige omnes
Oeniadas. Vid. 2, 102. Mox de sociis Atheniensium tributariis (
λεῖς) v. Boeckh. ibid. p. 438. Liberi illorum socii plerumque im
erant, neque tenebantur nisi naves et milites sistere, at ὑπήκο
ciorum tributa pendere cogebantur, mox etiam vel terra vel ma
litare. Deinde Bosporum Thracium, Propontidem et Chersonesu
minare omisit, at Hellesponti appellatione has terras includere v
Verbis ὅσαι ἐντὸς intelligit insulas intra Peloponnesum et Creta
ut Peloponnesus ad sinistram, Creta ad dextram sit, et insula
iacentes, ad solem orientem vergentes, Cyclades et Sporades.
σαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες sunt illae Cyclades, quae non a Pelop
et Creta, sed a Graecia proprie dicta ad solis ortum pertinent,
Andrus, Scyrus, insulae ad Thessaliam iacentes, in his Pepa
Porro Melus et Thera, coloniae Spartanorum, non propensae er
pugnandum contra patriam maiorem.

*Πελοποννήσου καὶ Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες πλὴν Μήλου καὶ Θήρας. τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι, Λέσβιοι, Κερκυραῖοι, οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χρήματα. ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων καὶ παρασκευὴ ἐς τὸν πόλεμον ἦν.*

*Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὰ ἐν Πλαταιαῖς εὐθὺς περιήγγελλον κατὰ τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν ἔξω ξυμμαχίαν στρατιὰν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι τά τε ἐπιτήδεια οἷα εἰκὸς ἐπὶ ἔξοδον ἔκδημον ἔχειν ὡς ἐσβαλοῦντες ἐς τὴν Ἀττικήν. ἐπειδὴ δὲ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο κατὰ τὸν χρόνον τὸν εἰρημένον, ξυνῄεσαν τὰ δύο μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάστης ἐς τὸν ἰσθμόν.* 10

10. *περιήγγελλον στρατιάν*] v. Od. Muell. Dor. 1. p. 179 sq. Mox cum Poppone dedi *τὴν ἔξω ξυμμαχίαν* ex optimis libris; vulgo *ξυμμαχίδα.* Vid. ibidem p. 180. et Matth. §. 429. 1. De verbis *ἐπειδὴ γίγνοιτο* v. ibidem p. 1005.

*τὰ δύο μέρη*] Schol. *ἵνα ἑκάστη πόλις τὸ μὲν δίμοιρον στρατεύσῃ, τὸ δὲ τρίτον ἑαυτῆς κατάσχῃ πρὸς φυλακήν. αὐτοὶ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς πόλεις ἐμέριζον εἰς τρία μέρη, καὶ τὸ τρίτον εἴων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἵνα μὴ πάντων ἐξελθόντων εἰς τὸν πόλεμον ἐρήμους εὑρόντες οἱ Ἀθηναῖοι τὰς πόλεις χειρώσωνται.* „Instante bellica expeditione civitas principatum tenens circum urbes socias misit, qui imperarent milites et commeatus. Sui cuique rata pars iam antea, ni fallor, definita erat, eaque summa, quam nunquam contribuendo excederent, neque nisi, quota pars eius summae in praesentia conferenda esset, indici opus erat. Simul quantum pecuniae, quantumque universi commeatus a singulis adferretur, descriptum erat, ut cum toto apparatu uno edicto exercitus colligi posset." Od. Muell. Dor. 1, p. 180., cui binae partes totius summae in singulos descriptae usitatus modulus fuisse videntur coll. 3, 15., id quod h. l. verbis *τὰ δύο μέρη* significatum putat. Bis tertias partes intelligendas esse non omnium civium in urbibus sociis, qui armis capiendis pares essent, sed tantum summae ex iis civibus, quae maxima imperabatur (zwei Drittel des Maximum der Contingente, nicht der ganzen waffenfähigen Bevölkerung, quae est Scholiastae et Didoti opinio), comprobatur etiam loco 2, 12. extr., ubi Boeoti dicuntur binas suas tertias una cum equitatu Peloponnesiis praebuisse ad expeditionem communiter suscipiendam, reliquos Plataeas profectos terram vastasse. Ubi si binae partes intelligerentur totius civitatis armis ferendis idoneae, per expeditionem Plataeensem nulli prorsus in urbibus Boeotiae defensores relicti essent, nam solos natu minimos et maximos relictos esse, non probabile est. Quod restat, Od. Muell. fallitur iungens verba *τὴν ἔξω ξυμμαχίδα* (sic enim legit) *στρατιάν* et interpretans das Contingent für Expeditionen ausserhalb des Peloponneses: namque auctor loquitur de sociis intra et extra Peloponnesum. Pecuniae certam summam, quam imperari maximam liceret, Thuc. 2, 7. dicit *ἀργύριον ῥητόν.* Arn. quoque Scholiastam sequutus verba *τὰ δύο μέρη* ita exponit: *bis tertias partes hominum civitatis cuiusque, qui militari aetate essent* coll. c. 47. 3, 15. Dies, quibus se alere ipsi milites tenebantur, Arn. statuit aetate Philippi quadraginta fuisse, nec minus per bellum Peloponnesiacum, colligens id ex Demosthene pr. Cor. p. 280. Reisk. et Thuc. 2, 57., qui dicit longissimam commorationem Peloponnesiorum in Attica fuisse circiter quadraginta dierum, at eorum commeatum fere ante hoc tempus exhaustum fuisse i. e. (addit Arn.) sociis commeatus in pauciores dies

*καὶ ἐπειδὴ πᾶν τὸ στράτευμα ξυνειλεγμένον ἦν, Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅςπερ ἡγεῖτο τῆς ἐξόδου ταύτης, ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει καὶ ἀξιολογωτάτους παρεῖναι τοιάδε ἔλεξεν.*

11 *Ἄνδρες Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν πολλὰς στρατείας καὶ ἐν αὐτῇ Πελοποννήσῳ καὶ ἔξω ἐποιήσαντο, καὶ αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι πολέμων εἰσίν. ὅμως δὲ τῆςδε οὔπω μείζονα παρασκευὴν ἔχοντες ἐξήλθομεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλιν δυνατωτάτην νῦν ἐρχόμεθα, καὶ αὐτοὶ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι στρατεύοντες. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται καὶ προςέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν. οὔκουν χρή, εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, τούτου ἕνεκα ἀμελέστερόν τι*

imperatus fuerat, quam ex lege imperari licebat. Conf. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 396, 4. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 39 sqq.

*ἐν τέλει*] Sex significationes voci *τέλος* tribuit Eustath. ad Il. 10, 56., ut sit *cohors* vel manipulus vel quaecunque pars exercitus; *terminus* alicuius rei; *reditus*; *dignatio*; *impensae* in aliquam rem factae, denique *initiatio* mysteriorum. Conf. Schol. Plat. p. 376. Bekk. Krueg. ad Dionys. p. 269. et Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 324. nr. 14. De *ἀξιολογωτάτοις*, quos mox dicit, vid. Od. Muell. Dor. 1. p. 181. Infinitivus *παρεῖναι* pendet ex *ξυγκαλέσας*. v. Matth. §. 420. p. 768.

11. *ἐν αὐτῇ Πελοποννήσῳ*] Vulgo articulum *τῇ* addunt post *αὐτῇ*, quem om. optimi libri. Est haec omissio solennis in nominibus propriis, ubi additur pron. *αὐτός*, quemadmodum omittitur in formula *αὐταῖς λέξεσιν*, *ipsis verbis*. v. Krueg. ad Dionys. p. 454 sq. Mox quod dicit *οὔπω μείζονα παρασκευήν*, „sexaginta millia gravis armaturae militum erant testibus Plutarcho V. Pericl. 33. (conf. idem in libr. Num seni sit gerenda resp. Vol. 9. p. 136.) et Aristide 2. p. 141. sed *δέκα μυριάδας* fuisse scribit Philochorus ap. Schol. Soph. Oed. C. 694." Popp. Idem „in participio *στρατεύοντες*, ait, singulare quiddam temere quaerit Matth. §. 556. adn. 1."

*προςέχει*] i. e. *προςέχει τὴν γνώμην, δι' εὔνοιαν ἐλπίζουσα καὶ ἐπιθυμοῦσα πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν.* Mox *ἐξ ὀλίγου* est *brevi temporis intervallo*, ut 2, 61.: im Kriege sind alle Vorfälle ungewiss und die meisten Angriffe erfolgen plötzlich und in einem Anfall von erster Hitze. Mox particula in *οὕτω γάρ* loco protasis incipientis per *εἰ* posita. v. Matth. p. 1022. adn. Deinde nihil offensionis est in accusativo *πάσχοντας* post *πᾶσι*. v. Matth. p. 1054. adn. Nam Graeci ibi quoque accusativo participiorum cum infinitivo utuntur, ubi genitivus vel dativus subiecti praecedit. Difficultas est in infinitivo *ὁρᾶν*. Sententia enim flagitat, ut dicatur *πᾶσιν ὀργὴ προςπίπτει ὁρῶσι*, non *ὁρᾶν*. Sed constructio infinitivi Popponi videtur facta ad sensum, quum in *ὀργὴ προςπίπτει* idem sensus insit, ac si dixisset *φθονερόν ἐστι* vel simile quid. Structura haec est: *πᾶσι γὰρ ὀργὴ προςπίπτει ὁρᾶν ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα πάσχοντάς τι ἀηθές*. Et *ἐν τοῖς ὄμμασι* est mit eigenen Augen. v. Matth. §. 396. adn. 2. Mox ad *ὁρᾶν* supple *δῃουμένην*.

παρεσκευασμένους χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ πόλεως ἑκάστης ἡγεμόνα καὶ στρατιώτην τὸ καθ' αὐτὸν ἀεὶ προςδέχεσθαι ἐς κίνδυνόν τινα ἥξειν. ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλὰ καὶ δι' ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται· πολλάκις τε τὸ ἔλασσον πλῆθος δεδιὸς ἄμεινον ἠμύνατο τοὺς πλέονας διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέσθαι. χρὴ δὲ ἀεὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρασκευάζεσθαι. οὕτω γὰρ πρός τε τὸ ἐπιέναι τοῖς ἐναντίοις εὐψυχότατοι ἂν εἶεν, πρός τε τὸ ἐπιχειρεῖσθαι ἀσφαλέστατοι. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην, ὥςτε χρὴ καὶ πάνυ ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτούς, εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, ἀλλ' ὅταν ἐν τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δῃοῦντάς τε καὶ τἀκείνων φθείροντας. πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν πάσχοντάς τι ἄηθες ὀργὴ προςπίπτει· καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίστανται. Ἀθηναίους δὲ καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων εἰκὸς τοῦτο δρᾶσαι, οἳ ἄρχειν τε τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι καὶ ἐπιόντες τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν. ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες καὶ μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι τοῖς τε προγόνοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπ' ἀμφότερα ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, ἕπεσθε ὅπῃ ἄν τις ἡγῆται κόσμον καὶ φυλακὴν περὶ παντὸς ποιούμενοι καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὀξέως δεχόμενοι· κάλλιστον γὰρ τόδε καὶ ἀσφαλέστατον πολλοὺς ὄντας ἑνὶ κόσμῳ χρωμένους φαίνεσθαι.

12 Τοσαῦτα εἰπὼν καὶ διαλύσας τὸν ξύλλογον ὁ Ἀρχίδαμος Μελήσιππον πρῶτον ἀποστέλλει ἐς τὰς Ἀθήνας τὸν Διακρίτου ἄνδρα Σπαρτιάτην, εἴ τι ἄρα μᾶλλον ἐνδοῖεν οἱ Ἀθηναῖοι ὁρῶντες ἤδη σφᾶς ἐν ὁδῷ ὄντας. οἱ δὲ οὐ προςεδέξαντο αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν οὐδ' ἐπὶ τὸ κοινόν· ἦν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικηκυῖα κήρυκα καὶ πρεσβείαν μὴ προςδέχεσθαι Λακεδαιμονίων ἐξεστρατευμένων· ἀποπέμπουσιν οὖν αὐτὸν πρὶν ἀκοῦσαι καὶ ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι αὐθημερόν, τό τε λοιπὸν ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἤν τι βούλωνται, πρεσβεύεσθαι. ξυμπέμπουσί τε τῷ Μελησίππῳ ἀγωγούς, ὅπως μηδενὶ ξυγγένηται· ὁ δὲ ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο καὶ ἔμελλε διαλύσεσθαι, τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο ὅτι Ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἔγνω ὁ Ἀρχίδαμος ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι οὐδέν πω

ἐπ' ἀμφότερα] Schol. δόξα ἐπ' ἀμφότερα καὶ εὐκλείας καὶ δυςκλείας. bedenkt, dass wir im Begriffe stehen, beides die grösste Ehre oder die grösste Schande unseren Vorfahren und uns zu machen. De verbis ὅπῃ ἂν ἡγῆται v. Matth. p. 1024. Et κόσμον explanat Od. Muell. Dor. 2. p. 6.

12. πρεσβείαν] i. e. πρέσβεις. v. Matth. p. 795. et de dativo τοῖς λειπομένοις ibidem p. 741. adn. 2.

*ἐνδώσουσιν, οὕτω δὴ ἄρας τῷ στρατῷ προὐχώρει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν. Βοιωτοὶ δὲ μέρος μὲν τὸ σφέτερον καὶ τοὺς ἱππέας παρείχοντο Πελοποννησίοις ξυστρατεύειν, τοῖς δὲ λειπομένοις ἐς Πλάταιαν ἐλθόντες τὴν γῆν ἐδῄουν.*

13 *Ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων ξυλλεγομένων τε ἐς τὸν ἰσθμὸν καὶ ἐν ὁδῷ ὄντων, πρὶν ἐςβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν Περικλῆς ὁ Ξανθίππου στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων δέκατος αὐτὸς ὡς ἔγνω τὴν ἐςβολὴν ἐσομένην, ὑποτοπήσας, ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτῷ ξένος ὢν ἐτύγχανε, μὴ πολλάκις ἢ αὐτὸς ἰδίᾳ βουλόμενος χαρίζεσθαι τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ παραλίπῃ καὶ μὴ δῃώσῃ, ἢ καὶ Λακεδαιμονίων κελευσάντων ἐπὶ διαβολῇ τῇ αὐτοῦ γένηται τοῦτο, ὥςπερ καὶ τὰ ἄγη ἐλαύνειν προεῖπον ἕνεκα ἐκείνου, προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅτι Ἀρχίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιτο, τοὺς δ' ἀγροὺς τοὺς ἑαυτοῦ καὶ οἰκίας ἢν ἄρα μὴ δῃώσωσιν οἱ πολέμιοι ὥςπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ἀφίησιν αὐτὰ δημόσια εἶναι καὶ μηδεμίαν οἱ ὑποψίαν κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι. παρῄνει δὲ καὶ περὶ τῶν παρόντων ἅπερ καὶ πρότερον, παρασκευάζεσθαί τε ἐς τὸν πόλεμον καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐςκομίζεσθαι, ἔς τε μάχην μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐςελθόντας φυλάσσειν, καὶ τὸ ναυτικὸν ᾗπερ ἰσχύουσιν ἐξαρτύεσθαι, τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι τῶν χρημάτων τῆς προσόδου, τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι. θαρσεῖν τε ἐκέλευε προςιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου,*

13. *στρατηγὸς ὢν*] Num hic strategus an in universum dux intelligendus sit, dubitant Meier. et Schoem. Att. Proz. p. 106. adn. Conf. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 300. Verba *μὴ πολλάκις* Wolf. ad Platon. Phaedon. p. 25. interpretatur dass nicht etwa gar. Quam notionem Popp. negat aptam esse praesenti loco Thucydidis. Heind. et Buttm. in Indic. ad Plat. Menon. et Gr. §. 150. p. 448. (ed. 13.) vocabulo *πολλάκις* proprie *quemadmodum saepe accidit* (wie diess ja oft geschieht), significari demonstrant. Mox iunge *προηγόρευε — ὅτι — ἀφίησιν*. v. Matth. p. 1031. adn. Ad verba *ὑποψίαν γίγνεσθαι* repetendum ex verbo *ἀφίησιν* aliud verbum, velut *βούλεται, κελεύει*. Et „*διὰ χειρὸς ἔχειν* est idem, quod *μὴ ἀφιέναι*, sive ut est 3, 46. *σφόδρα φυλάσσειν*. Iubet invigilare, ne remittendo a severitate imperii socii ad seditiones excitentur." Arn. *Διὰ χειρὸς ἔχειν* proprie est *in manu* i. e. *in potestate habere* (v. 2, 76.), nec confundendum cum formula *μετὰ χεῖρας ἔχειν* 1, 138., quae significat *tractare*, ut facit Matth. §. 580. 2. b. Mox de tributis sociorum v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 3, 15. 16. 17. Vol. 1. p. 427 sqq.

*τῆς ἄλλης προσόδου*] Schol. *οἷον τῆς εὐφορίας τῆς γῆς* (i. e. proventus agrorum), *καὶ τῶν καταδικαζομένων* (Strafgelder. v. Boeckh. l. c. p. 396 sqq.), *καὶ τῶν λιμένων* (i. e. portoriorum. v. ibidem p. 336 sqq.) *καὶ μετάλλων* (v. ibidem p. 331 sqq.) *καὶ ἄλλων*. De his *ἄλλοις* v. Boeckh. libr. 3. 4. Intelligenda sunt praeter agrum publicum, metalla, portoria et multas iudiciales insuper vectigalia inquilinorum. De his rebus reditus agrorum

ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων· τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο, ἀφ᾽ ὧν ἔς τε τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως καὶ τἄλλα οἰκοδομήματα καὶ ἐς Ποτίδαιαν ἀπανηλώθη· χωρὶς δὲ χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου ἔν τε ἀναθήμασιν ἰδίοις καὶ δημοσίοις καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ σκῦλα Μηδικὰ καὶ εἴ τι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος [ἦν] ἢ πεντακοσίων ταλάντων. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν

et iudiciorum ipse Thuc. memorat 6, 91., auri fodinas prope Thasum 1, 100. 4, 105., denique argenti fodinas in monte Laurio 2, 55. 6, 91.

ὑπαρχόντων — ἐν τῇ ἀκροπόλει] Conf. Schol. Arist. Plut. 1194. Aeschin. De Fals. Leg. p. 336. et Andocid. De Pac. p. 92. De aerario Atheniensium v. Boeckh. Staatsh. d. Athen. 3, 20. Vol. 1. p. 10. 172 sq. 175 sq. 472 sqq. Mans. Spart. 2. 398 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 145 sq.

τὰ προπύλαια] In acropoli Atheniensium erant Parthenon, Propylaea, templum Minervae Poliadis iunctum cum sacro Erechthei et Phidiae signum Minervae. Ascensio montis pridem munita Pericle administrante rempublicam scala splendide facta et Propylaeis exornata est. Architectus Mnesicles fuit, opus coeptum est archonte Euthymene Ol. 85, 4. (437.), perfectum quinquennio sumtibus talentorum bis mille duodecim. Propylaeorum ab altera parte sita erat aedes Victoriae, quae ἄπτερος dicebatur; ab altera pinacotheca. Parthenonis frons praecipua spectabat orientem; ex prostylo orientem spectante aditus patebat in cellam, hinc in opisthodomum, ubi res pretiosissimae sacrae et aerarium publicum recondita erant, et postremo in prostylon posticum. Parthenon exstructus erat a Callicrate, Ictino et Carpione inde ab Ol. 83, 1. (448.) ad Ol. 85, 3. (438.) Hoc postremo anno Phidias Minervae signum ingentis magnitudinis in hac aede erexit. Ab hoc signo aerea statua Palladis item ingentis magnitudinis discernenda est, quam Phidias ex praeda Persica fudisse dicitur. Ea posita erat inter Propylaea et aedem Minervae Poliadis. Od. Muell. in v. Attica ap. Ersch. et Grub. Vol. 6. p. 239., qui peculiari scripto Minervae Poliadis sacra et aedes in arce Athenarum Gotting. 1820. 4. illustravit. Ceterum de supra dictis adde Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 217. Od. Muell. Additamentis ad Leak. Athen. p. 426 sqq. vers. Germ., et in Archaeologia §. 109. p. 89. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 307, 10.

ἐς Ποτίδαιαν] v. Boeckh. ibidem p. 312. adn. 611. C. Fr. Herm. l. c.

ἱερὰ σκεύη] Duk. Praef. ad Thuc. p. XXVII. Beck. Vol. 2. putaverat, huc spectare glossam Moeridis: πομπεῖα, Ἀττικῶς τὰ θυμιατήρια καὶ τοὺς χέρνιβας, ὡς Θουκυδίδης. Eandem Piers. retulit ad Thuc. 6, 46. ἀπέδειξαν τὰ ἀναθήματα — καὶ θυμιατήρια. At Valck. ap. Pierson. p. 332. et Ruhnk. H. Crit. Oratt. Gr. p. CLVIII. Thucydidis nomen in Andocidis mutandum viderunt. Idem nomen reponendum ap. Thom. M. in v. πομπή.

σκῦλα] Schol. τὸν ἀργυρόποδα θρόνον καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν χρυσοῦν i. e. Xerxis sellam, in qua sedens pugnam Salaminiam spectaverat, et Mardonii gladium. v. Harpocrat. in ἀργυρόπους δίφρος. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 175. C. I. Vol. 1. p. 191. b. not. gg. Od. Muell. Vit. Phidiae p. 21.

οὐκ ἐλάσσονος — ταλάντων] Non ferri potest, quod vulgo legitur χρυσίου — οὐκ ἐλάσσονος ἦν pro eo, quod dicendum erat χρυσίου — οὐκ ἔλασσον ἦν. Gr. a man. sec. ἔλασσον, et sic etiam Chr. et marg.

*ἄλλων ἱερῶν προςετίθει χρήματα οὐκ ὀλίγα, οἷς χρήσεσθαι αὐτούς, καὶ ἢν πάνυ ἐξείργωνται πάντων, καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ τοῖς περικειμένοις χρυσίοις· ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσα-*

Steph. Quod autem tum ἢ additur genitivo, quae particula omitti solet, quum genitivus post comparativum ponitur, id non carere exemplis docent Herm. ad Vig. p. 787, 247. et Interpp. ad Greg. Cor. p. 89., dubitanter loquitur Matth. p. 844. adn. 2., qui pleraque probatorum solutae orationis scriptorum exempla, quae huc referuntur, in quibus genitivus veri comparativi, non reliquae sermonis conformationis causa positus sit, impugnat. Hic fortasse genitivus post ἢ explicari potest ex Matth. §. 364., ut sit war nicht weniger als 500 Talente an Werth, quin ἢ abundare statuatur. At repugnat scripturae ἔλασσον quod infinitivus εἶναι requiritur, quia haec omnia ex Periclis mente dicuntur, et ἔλασσον Hermanno nimis correctionem sapere videtur, quod iudicium Popp. ait confirmari natura eorum librorum, in quibus haec scriptura extat, depravatos enim esse. Quare fortasse praestat delere ἦν, quo facto haec verborum series erit: ὑπαρχόντων — ἑξακισχιλίων ταλάντων — χρυσίου — καὶ ἀργυρίου — καὶ (ἐκείνων) ὅσα ἱερὰ σκεύη — καὶ σκῦλα — καὶ εἴ τι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος ἢ πεντακοσίων ταλάντων. Haec autem explicari licet duplici modo, aut ex Matth. §. 364., ut sit zu dem Werth von nicht weniger als 500 Talenten, aut ex §. 448. 1. a., ut sit οὐκ ἐλάσσονος (ὄντος) ἢ πεντακοσίων ταλάντων. Krueg. ad Dionys. p. 287. adn. coniecit οὐκ ἔλασσον ἃ ἦν πεντ. ταλ., item repetens genitivum ὑπαρχόντων ad χρυσίου et reliqua. Ubi tum ἔλασσον ita usurpatum est, ut Latinorum verba *minus, amplius, plus*, quae numeralibus addita non magis declinantur. Hanc tamen traiectionem pronominis Popp. iure durissimam esse iudicat. „Melius, ait, Bloomf., qui nunc verbi ἦν omissionem probat, pro ἦν ἢ aliquando εἶναι coniecerat." Quod restat, summam tributorum, aerarii, praedae Persicae ac donariorum, aurei ornatus in signo Palladis etc. computant Mans. Spart. 2. p. 398. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. I. p. 475. et Kutzen De Pericle p. 29. adn. 47.

τῶν ἄλλων ἱερῶν] Vulgo interpretantur *ceterorum templorum*. Sed nihil antea de templis dictum est, neque necesse vocabulum ἱερῶν ita intelligi, quum (id quod ex Stephani Thesauro discimus) non solum domus sacratas et omnes alias res sacratas significet. Cuius usus quamquam Steph. exempla non profert, tamen apud bonos scriptores ita legitur. Sic Xenoph. H. Gr. 1, 7, 10. de vasis seu aliis utensilibus sacratis hac voce utitur. Sed aptissimum exemplum praebet Appian. B. C. 4, 64. Bloomf.

πάνυ — πάντων] i. e. *omnium tributorum proventuumque usu*. Non enim dicas cum Porto: *si harum* (pecuniarum ex templis) *omnium usu prohiberentur*, quod aperte falsum est. Kistem. Neque τούτων πάντων (Popp. addit), sed solum πάντων Thuc. dixit. Mox τῆς θεοῦ est τῆς Ἀθηνᾶς. Deinde τὰ περικείμενα Bredovio videntur idem esse, quod Pausanias appellat χιτῶνα ποδήρη i. e. tunicam Minervae talis tenus pertinentem. Haec est opinio Mansonis Spart. 2. p. 401 sq. (conf. Od. Muell. Archaeol. §. 113. 2. p. 99.); quem erroris arguit Plut. V. Pericl. 31., unde patet, in clypeo, galea, soleis, basi, Victoria, hasta et similibus illa περικείμενα fuisse. Tunicam autem certe maximam partem eburneam fuisse, recte cum Barthelemio statuas. Adde insignes locos Plinii H. N. 36, 4, 4. et Pausan. 1, 24, 7. Meyer. Gesch. d. bild. Kunst. Vol. I. p. 61. 64. 2. p. 56 sq. et al.

ῥάκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου καὶ περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν. χρησαμένους τε ἐπὶ σωτηρίᾳ ἔφη χρῆναι μὴ ἐλάσσω ἀντικαταστῆσαι πάλιν. χρήμασι μὲν οὖν οὕτως ἐθάρσυνεν αὐτούς, ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον τὸ πρῶτον ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐσβάλοιεν, ἀπό τε τῶν πρεσβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων, καὶ μετοίκων ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν. τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι

τεσσαράκοντα τάλαντα] Ex his Thucydidis verbis non (quod Winckelm. Opp. Vol. 6. p. 39 sqq. putaverat, sed iam in adnotationibus eius libro appositis Vol. 6, 2. p. 57. impugnatur) argenti, sed auri quadraginta talenta intelligi certissime constat. Iam quum aurum plerumque apud Graecos decies tantum, quam quantum argentum valeret (Pollux 9, 76. Boeckh. Staatsh. Vol. 1. p. 23 sqq.), quadraginta auri talenta quadringenta argenti aequant, quod pretium statuit Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 479. Minus recte, ut videtur, Mans. Spart. 2. p. 400 et Bred. aurum ter et decies carius argento fuisse sumunt. Popp. Pretium τῶν περικειμένων computant Boeckh. l. c. et Mans. Conf. Od. Muell. Vit. Phidiae p. 33. not. O. Archaeol. l. c. Mox de accusativo σταθμόν vid. Matth. §. 428. 5. Vocem ἀπέφθου Schol. explicat per πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. v. Buttm. Gr. max. Vol. 1. p. 97. Interpp. ad Herodot. 1, 50. Lennep. ad Phalarid. Epist. 106. p. 333.

ὁπλίτας] v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 2, 21. Vol. 1. p. 273 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 397, 18. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 167 sqq. Verbis παρ' ἔπαλξιν etc. significantur ii, qui ad tutelam urbis collocati erant. v. Boeckh. l. c. p. 279. Mox inquilinos inter ceteros graviter armatos militasse, docet idem p. 280 sq. „Ditiores tantum ait in C. I. Vol. 1, p. 306., et primores inquilinorum possunt hoplitae fuisse, in iisque haud dubie ἰσοτελεῖς.“ Ceteri in navibus maxime militarunt.

τοῦ Φαληρικοῦ] I. *Phalericus Portus* viginti stadiis urbe aberat. Pausan. 8, 10, 3. Ister Callimach. fragm. 63. A colle Ismenico ad portam Athenarum prope Thesei templum unius horae et septendecim sexagesimarum horae partium spatio pervenit Gell. Itin. per Graec. p. 98. Quae mensura congruit cum viginti stadiis Pausaniae. *Phalerus oppidum* urbe distabat triginta quinque stadiis. (Thuc. 2, 13.) Etenim oppidum Athenis remotius fuit, quam portus Phalericus. At Leak. Topogr. Athen. p. 308. (p. 336. vers. Germ.) intervallum inter Phalerici portus angulum, qui spectat inter orientem et septentriones, et urbis murum prope Philopappi monumentum aequat viginti sex stadiis, neque cum Thucydide, neque cum Istro Pausaniaque consentiens. Differentiam distantiae portus et oppidi Phaleri agnoscens Bloomf. tamen apud Pausaniam triginta pro viginti reponi vult. *Piraeus* urbe distabat quadraginta stadiis v. Strab. 9. p. 606. B. Thuc. 2, 13. Chandler. Itin. per Graec. Descr. c. 5. p. 27. vers. Germ. Cum Thucydide et Strabone consentit Plinius, qui ponit eiusdem intervalli quinque millia passuum. Consentit etiam Diog. Laert. 6, 3.

II. *Circuitus Piraei cum Munychia* (v. Od. Muell. s. v. Attica ap. Ersch. et Grub. Encyclop. Vol. 6. p. 222.) fuit sexaginta stadiorum, (Thuc. 2, 13.) quocum consentit Strab. p. 606. Itaque Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 215. Piraeum et Munychiam moenia dicit habuisse sexies ferme mille passuum Romanorum sive unius et dimidii milliarii Germ. (quadraginta stadiis unum milliarium geographicum seu Ger-

manicum aequantibus). Dissentit Dio Chrysost. Or. 25. p. 521., qui ambitum Piraei cum Munychia facit amplius nonaginta stadiorum. Circuitus *ipsius urbis Athenarum*, quem etiam nunc licet e vestigiis cognoscere, (v. Od. Muell. l. c. p. 240.) excepto inter murum longum et murum Phalericum intervallo quadraginta trium stadiorum fuit. (Thuc. 2, 13.) Ambitum *Urbis una cum Piraeo et Munychia* fuisse centum septuaginta octo stadiorum et paulo amplius, prodidit post Meursium Potter. Archaeol. Gr. Vol. 1. p. 57. 68. Ramb. Conf. Gillies. Hist. Gr. Vol. 1. p. 153. vers. Germ. At Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 43. circuitum Urbis et portuum ad ducentorum stadiorum fuisse tradit. Rectius cum Odofredo Muellero l. c. p. 223. centum quadraginta octo stadia ponas, deducens triginta stadia de numero Potteriano. Nam circuitus portuum erat sexaginta stadiorum, ex quibus modo triginta stadia extra iacebant et defensione indigebant, cum cetera triginta stadia satis per moenia defenderentur, quibus Urbs et portus iungebantur. Dio Chrysost. Or. 6. De Tyrann. p. 199. Reisk. *καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν* (i. e. murorum, qui iungebant Urbem cum portubus) *πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος. οἰκεῖσθαι γὰρ πάλαι καὶ ταῦτα ξύμπαντα, ὥςτε τὸ ἥμισυ ἔχειν Ἀθήνας Βαβυλῶνος.* „Inepte Aristides 1. p. 187. (Seu apud Photium 2, p. 408.) *τείχη καθήκοντα ἐπὶ τὴν θάλατταν ἡμερησίας ὁδοῦ μῆκος*, quae verba vulgo (ut Cluverius Sic. Ant. p. 205.) de universo Urbis ambitu interpretantur, sed nec Graeca id videntur concedere, et, si concederent, vel sic haec definitio valde ambigua et negligens esset." Popp. Etenim *iter* varie ab antiquis accipiebatur. Vid. Ukert. Geogr. Gr. et Rom. 1, 2. p. 51. 56. Cum Pottero facit „etiam Clint. Fast. Hellen. p. 394., quo iudice spatium 178. stadiorum amplius 17 mill. Anglicorum fuerit, ut Athenarum maior esset quam Parisiorum circuitus. Centum septuaginta quatuor stadia et dimidium ponit Leak. Athen. p. 367. (p. 381. vers. Germ.), centum quadraginta octo stadia Kruse Hellad. 2, 1. p. 158. Etenim etiam Leak. et Krus. Piraei et Munychiae partem inter longa moenia sitam detrahunt; hanc autem dimidiam partem totius illorum locorum circuitus fuisse quum Thuc. verbis *τὸ δ' ἐν φυλακῇ ὂν ἥμισυ τούτου* manifesto indicet, nos Krusio potissimum assentimur." Popp.

III. Appian. B. Mithr. 30. altitudinem murorum Piraei facit fuisse quadraginta cubitorum. De latitudine muri Athenarum v. Thucyd. 1, 93.

IV. Dio Chrysost. Athenas ait dimidium ambitus Babylonis habuisse. *Babylonis* circuitus quadringentorum octoginta stadiorum erat, si fides Herodoto 1, 178. Falsus igitur Dio est. Rursus ambitum Athenarum et *Ecbatanae* aequalem fuisse, auctor est Herodotus 1, 98. 5, 89. ipsum *ἄστυ* Athenarum intelligens. *Syracusas* urbem *Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα* dicit Plut. V. Nic. 17. Strab. 6. p. 414. *πεντάπολις*, ait, *ἦν τὸ παλαιὸν* Syracusanorum urbs, *ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος.* Vid. lib. de sit. et Orig. Syrac. p. 40. Leak. Athen. p. 381. adn. vers. Germ. Ambitum *Romae* et Athenarum confert Dionys. A. R. 4. p. 669 sq. Reisk. *εἰ δὲ τῷ τείχει τῷ δυςευρέτῳ μὲν ὄντι διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις, ἴχνη δέ τινα φυλάττοντι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τῶν Ἀθηναίων κύκλον τὸν περιέχοντα ἄστυ, οὐ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης ἂν αὐτῷ φανείη κύκλος.* Loquitur de Roma, qualis fuit temporibus Servii Tullii. Secundum haec Romae ambitus statuendus est eo tempore fuisse sexaginta stadiorum, nam eum *τοῦ ἄστεος* Athenarum ambitum fuisse vidimus. Dionys. A. R. 9.

p. 1934. scribit: καθοπλισάμενοι (Romani contra Volscos et Aequos) παρὰ δύναμιν τοῖς τείχεσιν ἐπέστησαν, τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ὄντος ἐν τῷ τότε (A. U. 291.), ὅσος Ἀθηναίων τοῦ ἄστεος ὁ κύκλος. Plin. H. N. 3, 10. *Moenia eius* (urbis Romae) *collegere ambitu Imperatoribus Censoribusque Vespasianis* (A. U. 828.) *M. passuum XXX. pass.* CC. i. e. stadiorum 240. At longe minorem tum urbem Romam effectam fuisse, extra dubitationem positum contendit Cluver. Sic. Ant. p. 205. Qualis Romae ambitus florente republica fuerit, non reperi. Sed illum per totum hoc tempus eundem mansisse, qualis regnante Servio fuit, quamquam auctor est Nieb. H. R. Vol. 1. p. 248. ed. pr., haud facile aliquis credat.

V. Inter murum Phalericum et eum murum, qui quadraginta stadia longus ad Piraeum ductus erat, τὸ διὰ μέσου τεῖχος patebat, quod etiam νότιον appellabatur. Id probat testimonium cum aliorum, tum Thucydidis 2, 13. Est etiam muri, ait, Athenarum ipsarum pars, quae non custodiebatur: τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ· τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο. In his τὸ ἔξωθεν nullus alius murus est, quam borealis, quem alii dicunt. Ac quum aperte tres muros distinguat, τὸ νότιον sive τὸ διὰ μέσου τεῖχος erit Thucydidi τὸ ἔσωθεν. Quare Schol. ad h. l. τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο scribit: τὸ γὰρ μέσον οὐκ ἐδεῖτο. Duos muros ad Piraeum ductos facit etiam Strab. 9. p. 606. B. Hi sunt australis et borealis murus apud Aeschinem De Falsa leg. 173. 174. p. 50. Wolf. Apud Andocidem de Pac. 5. et 7. p. 13. τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον legitur, itemque τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον. Porro Harpocrat. haec habet: Διὰ μέσου τείχους (scr. τεῖχος). Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα· τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε βορείου καὶ τοῦ νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ νότιον, οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ. Schol. ad Plat. Gorg. p. 342. Bekk. διὰ μέσου τεῖχος λέγει, ὃ καὶ ἄχρι νῦν ἐστὶν ἐν Ἑλλάδι. ἐν τῇ Μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε (Pericles) καὶ τὸ μέσον τεῖχος (τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα i. e. quum duorum reliquorum alterum dirigeretur ad Piraeum, alterum ad Phalerum), ἵν', εἰ τὸ ἓν καταβληθῇ, τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄχρι πολλοῦ. Conf. Hemsterh. Anecdd. Vol. 1. p. 233.

VI. Ambitum muri Athenarum Athenienses exstruxerunt auctore Themistocle. V. Thuc. 1, 89 sqq. Piraei munitio eodem Themistocle auctore ab Atheniensibus decreta est Ol. 71, 4. (493.), coepta est, ut videtur, Ol. 72, 1. (492.) Ad hoc igitur tempus refertur Harpocrat. in πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς. Deinde intermissa et repetita est Ol. 76, 4. (473.) v. Thuc. 1, 93. coll. Boeckh. De Archont. Pseudepon. p. 628 sq. et Platon. Gorg. p. 455. E. Appian. B. Mithr. 30. falso refert, munitionem Piraei factam esse a Pericle. „Hinc, quantum sciam, ortus est error Boeckhii Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 215." Krueg. Vit. Thuc. p. 72, 1. Quanquam in exornando Piraeo Periclem versatum esse probant ea, quae narrantur de Hippodamo architecto. v. Krueg. ad Dionys. p. 14. Anecdd. Bekk. 1. p. 266, 28. Od. Muell. in v. Attica p. 222. Muri Phalericus et longus ille, ductus versus Piraeum, inchoati sunt Ol. 80, 4. (457.) et paulo post perfecti. Vid. Thuc. 1, 107. 108. Falsus igitur est Plut. V. Cim. 13., qui Cimonem dicit fundamenta posuisse longorum murorum, quae σκέλη appellabantur. Nam alter horum murorum (τὸ νότιον) multo serius exstructus est. Dicere debebat, a Cimone fundamenta posita esse murorum Phalerici et borealis. Cimon obiit a. ant. Chr. N. 449. v. Thuc. 1, 112. Quod autem ibidem a Plutarcho memoratur νότιον τεῖχος, non est murus longus, sed munitio acropolis australis. Aeschines De Fals. Legat. §. 173. (cuius ipsa verba repetita

sunt ex Andocide de Pac. §. 5.) falso exstructionem borealis muri ponit post inducias quinque annorum, quae factae sunt Ol. 82, 2. (450.) Thucydidis, Platonis in Gorgia, Harpocrationis et Scholiastae ad Platonem verbis inter se comparatis pronus sis in sententiam, post exstructos muros Phalericum et Piraei extremum a Pericle additum esse tertium, inde a Munychia ductum (i. e. ni fallor, a parte Piraei, quae Munychiam attingebat) qui erat *τὸ διὰ μέσου τεῖχος*. Id factum esse ipso ineunte bello Pelop. haec probant: Aeschin. De Fals. Legat. §. 174. p. 335. 336. Reisk. (cuius paene ipsa verba repetita sunt ex Andocidis Orat. de Pac. §. 7. p. 136, 8. Reisk.) haec habet: *ὥςτε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν* (loquitur de Ol. 83, 3. (446.) *εἰρήνην* (inducias triginta annorum) *λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ νόμῳ κατεκλείσαμεν ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ, τοῦτο δὲ τριήρεις ἄλλας ἑκατὸν ἐναυπηγησάμεθα, καὶ ταύτας ἐξαιρέτους ἐψηφισάμεθα εἶναι, καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη.* Hic oratores confuderunt tempora Ol. 83, 3. (445.) et Ol. 87, 1. (431.) Nam induciae in triginta annos factae sunt Ol. 83, 3. et sepositio mille talentorum ac centum triremium decreta est Ol. 87, 1., ut probat Thuc. 2, 24. Hoc eodem tempore exstructionem muri australis sive medii consecutam esse haec comprobant: Primum ipsi Andocides et Aeschines eo tempore factam dicunt, et per se probabile est, eo tempore Periclis consilio exstructum esse alterum murum firmando muro boreali, quum bellum Pelop. immineret; denique plane rem conficere videtur locus Platonis Gorgiae p. 455. extr., ubi Socrates dicit: *λέγεται ταῦτα περὶ Θεμιστοκλέους· Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους.* (Memorat h. l. Plut. V. Pericl. 13. addens, opus muri medii redemtum esse a Callicrate.) Loco autem illo Platonis singularis *τοῦ διὰ μέσου τείχους* probat, nec de Phalerico, nec de Piraei muro cogitandum esse, nisi sumas, Platonem valde ambigue locutum esse. Accedit argumentum ex temporibus: Socratem, qui natus est a. Chr. 468., constat circiter quadraginta annos natum fuisse, quum Pericles mortuus est, unde efficitur, Socratem, quo tempore muri longi externi aedificabantur, annum egisse tertium decimum vel duodecimum. Qua aetate num Periclem coram populo dicentem audire potuerit, dubito; potuit serius circa annum 431.

VII. Leak. negat, tribus muris Athenas cum portubus iunctas fuisse. Haec eius argumenta sunt:

*a.* Thucydidem ipsum 1, 107. duos tantum longos muros *τὸ Φαληρόνδε* et *τὸ ἐς Πειραιᾶ* agnoscere. Hoc argumentum nihil valet; nam plures eo tempore Thucydides memorare non potuit, quia tertius (medius) multo serius aedificatus est.

*b.* Nomen *σκέλη* et *brachia*, quod his muris tribuunt, pariter pluribus quam duobus convenire negat. Huic argumento addit verba Livii 31, 26. *Murus, qui brachiis duobus Piraeum Athenis iungit.* At haec non aliter intelligenda sunt, quam Thucydidea *μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ*, quae contrarie ponit Phalerico muro, quem si una significare voluissent, neque Livius dixisset *qui Piraeum iungit*, neque Thucydides *πρὸς τὸν Πειραιᾶ*.

*c.* Restat hoc Leakii argumentum, quod Xenoph. H. Gr. 2, 2, 15. post pugnam ad Aegospotamos Lacedaemonios, ut longi muri deiicerentur, postulasse narrans his verbis utitur: *προεκαλοῦντο δὲ, τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα σταδίους καθελεῖν ἑκάτερον* (ubi ex marg. Leoncl. legendum est *ἑκατέρου*). Quae verba non plures quam duos muros designare affirmat. Audio. Addere poterat Lysiam contr. Agoracr. p. 451. *εἰ κατασκαφείη τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν ἐπὶ δέκα στάδια ἑκατέρου.* At ne his quidem locis probatur id, quod Leak. demon-

strare vult; nihil, inquam, probatur, nisi murum exteriorem et medium a forma numeroque σκέλη sive *brachia*, eosdemque *longos muros* appellatos esse, quia quadraginta stadiorum erant, Phalericus autem murus quinque stadiis brevior. Puto autem, iussu Lacedaemoniorum deiectos esse non Phalericum murum et exteriorem, sed medium et exteriorem. Quum enim Athenienses longos muros ab urbibus ad portus ducebant, velut Megaris, Patris, Argis etc., hoc in mente habebant, ut ex urbibus a mari remotis quasi maritimas facerent. Contra Spartanorum pacis conditiones imponentium hoc consilium fuisse apparet, ut Athenienses a maritimis opibus seiungerent, partim iubendo eos naves tradere, partim iunctionem Urbis cum Piraeo tollendo, quo post Phalericum inde a Themistoclis tempore portu longe praecipuo usi fuerant. Non autem tota tollebatur, si saltem alter murus relinquebatur. Nam hoc relicto exercitus Spartanorum impediebatur, quominus intra urbem et Piraeum castra metando a portu Athenienses arceret. Multo autem gravius erat, a Piraeo arceri, quam a portu Phalerico. Conf. Od. Muell. Additamentis ad Leak. Athen. p. 467 sqq.

VIII. „Leak., qui terram illam ipse adiit, negat tertii muri ullum vestigium esse vel minimum, at fundamenta duorum murorum certo investigari posse, atque reliquiarum istarum lineas dirigi paribus per totum intervallis distantes, et intervallum utriusque muri esse 550 pedum, nisi quod murus australis versus austrum declinet circiter quadringentis cubitis (quae sunt ternorum pedum), antequam attingit collem Phaleri, dum borealem murum licet persequi recta linea progredientem penitus ad radices partis magis ad occidentem vergentis eiusdem collis. Muri borealis longitudinem circiter mille quingentorum passuum Angl. investigari licet; longitudo australis muri ea parte non reperitur amplius dimidii milliaris, at nonnulla indicia eius muri apparent in vinetis, propius ab Athenis sitis, quae reliquiae etiamnunc servantes rectam lineam tendunt ad australe latus acropolis, sicut longus murus borealis dirigitur ad boreale latus acropolis. Addit Leak., si statuatur, murum longum australem pertinuisse usque ad collem Phalereum, et borealem continuatum fuisse usque dum contingeret interiores munitiones interiorum trium portuum Piraei, differentiam longitudinis utriusque muri prorsus eandem esse, quam Thucydides memoriae prodidit i. e. differentiam esse quinque stadiorum, quum borealis quadraginta, australis triginta quinque stadiorum fuerit.“ Arn. Hac descriptione nihil adversus testimonia veterum efficitur. Nam munitio Athenarum tot et tantas mutationes subiit (constructa primum est a Themistocle et Pericle, diruta ex parte a Spartanis, iterum erecta a Conone, iterum destructa per Demetrium Poliorcetem et Sullam, v. Od. Muell. s. v. Attica p. 223. init., ne dicam, multa per Venetianos et Turcas innovata esse), ut nemo spondere possit, eas, quae nunc reperiuntur reliquias esse munitionum eadem forma institutarum, qua Themistocles et Pericles et vel Conon instituerant. „Quodsi hodie duorum modo murorum rudera inveniri verum est, quando a Conone haec moenia refecta sunt, materiam brachii Phalerici ad duo reliqua adhibitam esse statuere oportet.“ Krueg. in Ephemm. Hal. a. 1827 p. 142. Hoc minus recte statuitur, nam et Phalericum murum potius puto servatum esse per pacis leges a Lacedaemoniis praescriptas, et murorum a Leakio repertae reliquiae magis respondent muro Phalerico et τῷ νοτίῳ sive medio, quam medio et boreali. Nec verius illud est, quod Krueg. addit, posthac non plus duo muros fuisse, idque extra controversiam positum esse testimoniis Strabonis 9, 1. p. 239. Vol. 2. ed. Tauchn. et Pausaniae 1, 2, 2. Videatur Conon materia duplicis muri, olim ad Piraeum ducti, ad exstruendum simplicem murum

ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα· ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρι-

usum esse, ut inde ab eius tempore τὰ μακρὰ τείχη intelligenda sint, muri Phalericus et borealis, omisso medio; verum Strabo et Pausanias loquuntur non de uno brachio, sed de ambobus brachiis deiectis, ut, si ullus, tantum murus Phalericus eorum scriptorum tempore superstes et erectus fuisse putandus sit.

IX. Non omittenda est coniectura Arnoldi de consilio et ratione muri intermedii sive australis, serius, ut dixi, adiecti. „Puto, ait, australem murum eo consilio exstructum esse, ut commercium Urbis cum Piraeo tutissimum redderetur, vel tum quum hostis Phalericum murum expugnasset, vel eum circumiisset penetrando in veterem portum Phaleri. Fortasse murus australis aedificatus est intervallo medio inter viginti et triginta pedes ab muro boreali, et spatio intermedio expleto ad altitudinem non parvam ingestis caementis, unde via efficeretur per ingestum solum. Quo facto totum illud promiscue appellabatur sive μακρὸν τεῖχος sive μακρὰ τείχη, quum revera similis circummunitioni Plataearum duplex murus exsisteret, utrimque instructus lorica et pinnis, unde propugnatio fieret sive hoc sive illo latere oppugnato. Interior sive murus sive lorica sine defensoribus esse solebat, quia prius quam murus Phalericus vel captus vel circumitus erat, hostis interiorem murum non aggredi poterat. Et quoniam tam arte iunctus erat muro boreali, uterque murus quasi unus esse cogitabantur, et proinde muri longi memorantur duo i. e. duplex murus Piraei et simplex Phalericus, quamquam revera erant tres loricae ad defensionem, si ita cecidisset, accommodatae. Eoque simul explicabile fieret, cur rudera muri Piraei sive duplicis tanto etiamnunc ampliora sint, ut testantur et Leak. et Hawkins, Huntiusque. v. Walpolii Commentt. Vol. 1. p. 511. 559., neque multum Hawkinsii opinio, prodita Commentarii modo dicti p. 511., circa hunc locum Thucydidis a mea dissidet." Hac coniectura Arnoldi, mea quidem sententia, non opus est, si quidem nusquam a veteribus μακρὸν τεῖχος ita dicitur, ut duos muros intelligant, sed quum μακρὸν τεῖχος dicunt, semper significant vel borealem, vel medium, vel Phalericum adiecto plerumque vocabulo sive βόρειον, sive νότιον (μέσον), sive Φαληρικόν. Adde quod ex coniectura Arnoldi qui Piraeo in urbem veniebant, *in muro* sive *super muro* incedere debuissent, quum ex constante testimonio veterum noverimus, viam e Piraeo in Urbem patuisse *inter longa brachia* et in hac via monumenta defunctorum nobilissima fuisse, muro videlicet non superstructa, sed in planis sita. Conf. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 406. Od. Muell. in v. Attica p. 223. n. l. ab init.

τοῦ — Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν] Si iussu Lacedaemoniorum etiam murus Phalericus deiectus est, imperfectum posuit, quia, quum haec scribebat, non iam ille murus stabat: historiam enim ab auctore post finem belli conscriptam esse, in Vita eius expositum est. Sin aliter est, mihi ἦσαν referri videtur ad illud tempus, quo muris custodia imponebatur, quasi scripsisset Φαλ. τείχους στάδιοι ἦσαν φυλακτέοι πέντε καὶ τριάκοντα. Conf. Krueg. Vit. Thuc. p. 73.

ἀφύλακτον] Schol. μέρος δηλονότι· τουτέστι στάδιοι δεκαεπτά· ὁ γὰρ ὅλος κύκλος σταδίων ἦν ἑξήκοντα. Barthel. Voy. d. j. Anach. Vol. 2. p. 414. Hawkins p. 505. et Od. Muell. in v. Attica p. 240, 18. contendunt, hoc spatium fuisse longe brevius. „Quod Schol. dicit, totum circuitum fuisse stadiorum 60., ex hoc Thucydidis loco sumere non potest, quum minime de hoc circuitu haec paulo post dicantur a

κοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο· καὶ τοῦ Πειραιῶς ξὺν Μουνυχίᾳ ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος, τὸ δὲ ἐν φυλακῇ ὂν ἥμισυ τούτου. ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας, καὶ τριήρεις τὰς πλωίμους τριακοσίας. ταῦτα γὰρ ὑπῆρχεν Ἀθηναίοις καὶ οὐκ ἐλάσσω ἕκαστα τούτων ὅτε ἡ ἐςβολὴ τὸ πρῶτον ἔμελλε Πελοποννησίων ἔσεσθαι καὶ ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλα οἷάπερ εἰώθει Περικλῆς ἐς ἀπόδειξιν τοῦ περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ἀνεπείθοντό τε **14** καὶ ἐςεκομίζοντο ἐκ τῶν ἀγρῶν παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ᾗ κατ' οἶκον ἐχρῶντο, καὶ αὐτῶν τῶν οἰ-

Thucydide: ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος.“ Steph. Etenim Thuc. sexaginta stadiorum non dicit fuisse ambitum urbis, sed ambitum Piraei cum Munychia.

ἱππέας — διακοσίους καὶ χιλίους] Mille tantum nominat Aristoph. Equ. 225. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 283 sqq. Deinde quod mille sexcentos sagittarios numerat, „Aeschin. de Fals. Legat. p. 336. numerum sagittariorum hoc tempore dicit fuisse 1200; ac quum orator describens pristinam patriae suae magnitudinem non credi possit parum ei tribuere opum, vere apparet dixisse Boeckhium Staatsh. Vol. 1. p. 285., mille ducentos ex toto numero sagittariorum fuisse Scythas, quos Athenienses ad hanc militiam conducere solebant, reliquos autem quadringentos fuisse Athenienses proletarios. Inscriptio nr. 80. apud Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 119. memorat τοὺς τοξότας τοὺς ἀστικούς, quasi distinguere volens a Scythis, et leguntur nomina aliquot in nobili illo catalogo civium, qui caesi sunt in variis bellis a. Chr. 457. apud Boeckh. l. c. nr. 165. p. 292., ubi certe non futurum erat, ut nomina barbarorum servorumque reciperentur.“ Arn. Si mille ducentos sagittarios Atheniensium memorant Andocid. de Pac. 5. et 7. et Aeschin. De Falsa Leg. 173. et 174., trecentos Scythas, qui paulo ante apud eosdem memorantur, non adnumerasse existimandi sunt. Conf. Krueg. in Seeb. Arch. 1, 3. p. 85. Clinto, testimonio Scholiastae Arist. Ach. 54. nisus, ex illis 1600 sagittariis ad 1000 barbaros fuisse affirmat Fast. Hellen. p. 393. Popp. Conf. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 35. adn. Mox de copiis navalibus Atheniensium v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. 2, 21. Vol. 1. p. 273 sqq. Popp. ad Xenoph. Anab. 7, 1, 27. Krueg. in Seeb. Archiv 1, 3. p. 87. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 172 sqq. Kutzen. de Pericl. p. 35, 55. Denique περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ est *in bello superiores fore.*

**14.** τὴν ἄλλην κατασκευήν] Ἄλλην dictum est ut 1, 143. κυβερνήτας τε καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν. Xenoph. Anab. 1, 5, 5. οὐ γὰρ ἦν χόρτος οὐ δὲ ἄλλο δένδρον, 7, 3, 48. βόες καὶ ἄλλα πρόβατα μυρία. Thuc. 2, 62. οὔτε βασιλεὺς οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος, sive κατασκευή latiori sensu etiam *uxores liberosque* complecti existimari potest, sive ἄλλος valet *praeterea.* v. Mehlh. de Adiect. pro Adv. p. 11. Popp. Mox οἶκος καὶ οἰκία διαφέρει, ἡ μὲν τὸ κτίσμα μόνον δηλοῦσα, ὁ δὲ καὶ τὸ περιεχόμενον ὁτιοῦν. Dukas. vid. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 379. adn. coll. p. 122. 157. Mox ξύλωσιν dicas *materiaturam* cum Vitruvio. Pollux 7, 124. interpretatur τὰ ἐρέψιμα ξύλα, Schol. τὴν ἀπὸ ξύλων κατασκευήν, Holzwerk. Ξυλισμός, *lignatio*, quam vocem ex Thucydide Thom. M. p. 641. citat, nusquam apud eum comparet.

*κιῶν καθαιροῦντες τὴν ξύλωσιν· πρόβατα δὲ καὶ ὑποζύγια ἐς τὴν Εὔβοιαν διεπέμψαντο καὶ ἐς τὰς νήσους τὰς ἐπικειμένας. χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς* 15 *ἀγροῖς διαιτᾶσθαι ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο. ξυνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἑτέρων μᾶλλον Ἀθηναίοις τοῦτο. ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας, καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῄεσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο· καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥςπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον ξυνῴκισε πάντας, καὶ νεμομένους τὰ*

Mox *χαλεπῶς ἐγίγνετο* etc. est *aegre iis perficiebatur migratio.* Fallitur Erf. ad Soph. Antig. 633.

15. *ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου*] i. e. von der grauen Urzeit des Cecrops an. DOEDERL. Lat. Synon. Vol. 4. p. 89.

*κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο*] i. e. regio Attica habitata erat certo quodam numero parvarum civitatum, quarum pro se unaquaeque libera agebat. Quod iunctae sunt uno consilio tum demum, quum aliquod commune periculum imminebat, id accidit, ubicunque similis rerum status erat, ut in Etruria, Gallia, Britannia et inter Saxones, quamdiu in patria maiori agebant. *Πρυτανεῖον* iure memoratur pro indicio, unde appareat, aliquam civitatem per se agere separatam; nam prytaneum erat quasi domus omnium civium communis, et veteribus in commune eodem loco erat, quo sua singulis domus. ARN., ubi plura sunt de Prytaneis. Duodecim parvae urbes fuisse dicuntur. Conf. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 172, 9. et Od. Muell. in v. Attica inde a p. 220. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 193 sq. 225, 5. 227, 23. et praecipue p. 230, 37. Mox non est opus emendatione *πρυτανεῖα ἐχούσας*. Nam plurales *πρυτανεῖα* et *ἄρχοντας* statum rerum indicant, qualis ante Theseum fuit: contra *πρυτανεῖον* et *ἄρχοντα* dicendum fuisset de republica Attica, qualis erat inde a Theseo, quum unum modo civitatis prytaneum erat, et singuli totius Atticae *ἄρχοντες*, sive reges sive magistratus, qui proprie Archontes dicebantur, certe antequam novem instituti sunt. Deinde de bello Eleusiniorum v. Herodot. 1, 30. Pausan. 1, 38, 3. Apollod. 3, 15, 4. St. Croix de Mysteriis p. 88. vers. Lenz. E. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 27 sqq. §. 6 — 9. et alios, quos citavit C. Fr. Herm. l. c. Wachsm. 2, 2. p. 137, 22. Deinde *ἐβασίλευσε* est *rex factus est.* De differentia vocum *βουλευτήριον* et *πρυτανεῖον* v. Wachsm. 1, 1. p. 194.

*ξυνῴκισε*] Schol. *τὸ ξυνῴκισεν οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ ὁμοῦ ξυνοικισθῆναι ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μίαν πόλιν τουτέστι μητρόπολιν ἔχειν αὐτήν.* Itidemque accipit Bake in Bibl. Nov. Crit. Vol. 2. p. 231., qui Theseum intelligit, sublatis reliquarum civitatum imperiis unoque consilio instituto, Athenas cunctas collegisse, ita ut, dum sua singulae civitates domestica, ut antea, administrarent, hac una patria et communi civitate uterentur (*μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι*). Alii interpretantur, Theseum incolas regionis Atticae, suis civitatibus relictis, *una urbe* uti permovisse, quod factum esse per rem et naturam non potuit, sed „Theseus illam *συνοίκισιν* perfecit, ait Bake, eo ut uno omnes Atticae ci-

αὐτῶν ἑκάστους ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι, ἣ ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν μεγάλη γενομένη παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα· καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι καὶ τὰ

ves βουλευτηρίῳ uterentur, ceterum domestica et popularia iura ac sacra domi quisque suae tuerentur (νεμόμενοι τὰ αὐτῶν ἕκαστοι)." Quamquam sponte intelligitur, plures iam in urbem habitatum concessuros fuisse, ex quo illa metropolis et caput unius reipublicae facta erat, et communis patriae loco esse coepit, quum in Urbe antea modo Eupatridae habitassent. Praeclare consilium et rationem talis συνοικίσεως exposuit Od. Muell. Dor. 2. p. 70 sqq. nr. 8. Adde Meier. de Bon. Damn. p. 185. adn. E. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 23 sqq. 40 sqq. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 183, 5. 6. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 71 sq. 78. 80. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 27. b. med. Mox ξυντελούντων significat, sie zählten alle mit zu den Bürgern der Stadt Athen, wurden alle Mitglieder des Bürgervereins von Athen und Attica. v. Od. Muell. Orchom. p. 412, 7. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 127, 18. et Append. 14. Deinde festum ξυνοίκια Plut. V. Thes. 24. non sic, sed μετοίκια vocat. Palmer. Exercc. p. 47. mutatum esse putat eius nomen, et quod tempore Thucydidis ξυνοίκια dicebatur, tempore Plutarchi μετοίκια dictum esse. Charax apud Steph. Byz. p. 42. hos dies festos cum Thucydide vocat ξυνοίκια. Berkel. ita scriptores inter se conciliare studet, ut dicat, populum ex agro in urbem commigraturum celebrasse μετοίκια, *demigrationis festum*, et iam in una urbe habitantem *festum consociationis*. „Ξυνοικέσια a Scholiasta Aristoph. vocari adnotat Schneid. Lex. Gr. Panathenaea hos dies festos esse volunt Huellm. Hist. Gr. Primord. p. 144. et C. Ilgen. de Tribub. Att. p. 65 sq. Quod verum esse non potest, si et Plut. diem τῶν μετοικίων seu συνοικίων recte definivit (τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος), et Boeckh. cum Corsin. F. A. 2. p. 357. magna Panathenaea in Hecatombaeonis diem vicesimum octavum incidisse iure existimat Staatsh. d. Ath. Vol. 2. p. 167., parva autem ad d. 14. Hecatomb. spectant. Et discernit Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 227., sed coniuncta cogitata esse dicit 2, 2. p. 136. 285 sq." Popp. Conf. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 183, 8. Mox δημοτελὴς et δημοτικὴ ἑορτὴ differunt: illa est publica, haec per pagos (δήμους) celebrata. v. Buttm. ad Demosth. Or. Midian. p. 36 sq. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 228. Tittm. Gr. Staatsv. p. 286.

τὸ δὲ πρὸ τούτου] Reg. a pr. man. (nam deinde emendat. τούτου) Laur. E. Vind. m. Ar. Chr. Dan. τοῦ ex praecedentibus. De differentia formularum πρὸ τοῦ et πρὸ τούτου v. Matth. p. 572. et Buttm. ad Plat. 1. Alcib. 14. Mox pro πρὸς νότον Valla legit πρὸς ἄρκτον, quem sequitur Palmer., sed male statuere eos, qui antiquissimam Athenarum partem ad septentrionem ab arce collocandam esse putent, idque doceri ab eis, qui recentius itinera per Graeciam fecerunt (ut Wilkins. et Hawkins.), monuit Popp. Mox μάλιστα iunge cum verbis πρὸς νότον: zumeist, fast gerade nach Süden. „Ad verbum intelligimus: *pars, quae ad austrum maxime spectat*, quamquam pauca urbis aedificia etiam ad alias plagas, praecipue occidentem, ut suspicamur, spectabant, ubi Areopagus et vetus forum." Popp.

ἄλλων θεῶν] sc. extra aedem Minervae, cui tota urbs et arx sacrata erat. Et τὰ ἔξω sunt die Tempel nach aussen, sive aedes deo-

*ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ὥςπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν. ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα. καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν Καλλιρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ*

rum, quae non erant in acropoli, sed extra acropolin in regione ad austrum ab acropoli posita, quam dixit antiquissimam urbem fuisse una cum acropoli. Mox templum Iovis Olympii, cuius prima fundamenta Deucalioni tribuebant, rursus a Pisistratidis inchoatum, sed non perfectum est; neque illud exaedificatum et dedicatum ante seculum Hadriani. v. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 371. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 412. nr. 331. Od. Muell. Additam. ad Leak. Athen. p. 415. Archaeol. §. 80. 4. p. 57. et in v. Attica p. 233. De Pythio v. eundem Dor. 1. p. 240, 3., in v. Attica p. 235. Wachsm. 2, 2. p. 139, 41. 371. Mox Telluris templum Hawkins. p. 481. idem esse coniicit, quod Pausan. 1, 22, 3. *Γῆς κουροτρόφου καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης* appellet et sub australi latere arcis collocet. At templa ista Telluris et Cereris discernenda sunt. Sacrum Cereris Chloae sub ipsis Propylaeis iacebat, ut docet Od. Muell. in v. Attica p. 239., area Telluris Olympiae una cum templo Saturni et Rheae iacebat intra ambitum, quo serius Hadrianus Olympium circumdedit. Vid. ibidem p. 233. Mox *ἐν Λίμναις* quod dicitur, suburbium erat, ubi solum paulatim inclinatur Ilissum versus, v. Additam. ad Leak. Athen. p. 464. Ibi duo templa Bacchi erant, alterum Dei Eleutherarum, alterum mystici Bacchi Anthesteriorum, v. Od. Muell. in v. Attica p. 238. Hoc posterius hic significari, docent verba *ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια* etc., quae eadem verba comprobant, *τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια*, quae hic dicuntur, Anthesteria esse. Discernenda enim sunt Anthesteria tum a Lenaeis, item festo Bacchi, tum a ruralibus Dionysiis, tum ab urbanis, quae postrema Thuc. 5, 20. memorat. Ruralia m. Posideone, Lenaea m. Gamelione, Anthesteria m. Anthesterione, Urbana m. Elaphebolione celebrabantur. V. omnino C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 311, 2. Deinde quos tyrannos dicit, Pisistratidae sunt. „Fontem, qui olim scaturiginibus adhuc apertis et conspicuis Callirhoe dicebatur, *Ἐννεακρούνου* nomen accepit, postquam eum Pisistratidae tali modo circumstruxerunt, ut aqua collecta per novem fistulas emitteretur.“ Hemsterh. ad Thom. M. p. 568. Vid. Pausan. 1, 14, 1. Quum autem Thom. M. scribat, *ὅθεν καὶ λαμυρὰ πηγὴ ἡ καθαρὰ καὶ ἡδεῖα παρὰ Θουκυδίδῃ*, idem Vir magnus coniicit, pro *φανερῶν* legendum esse *λαμυρῶν*. Mihi quidem *λαμυρὰ πηγὴ* poetae esse videtur, idque ipse Grammaticus docere, et Thucydidis nomen errore librariorum illatum, ac temere ab Hemsterhusio quaesitum esse, in quem locum illam vocem reponeret, ut iudicat Lobeck. ad Phryn. p. 292. Simile est Horatiano *loquaces lymphae*. Vid. Lobeck. p. 760. Callirhoe suum usque nomen retinet et tenuis vena est dulcis aquae influens in Ilissum, in ipsa ora urbis Athenarum inter austrum et orientem spectante. Hic fuit in ipsa urbe unicus fons aquae potulentae; nam aqua ceterorum fontium, quamquam apta ad usus domesticos, nimis salsi saporis erat, quam ut ad potum utilis esset. v. Leak. Athen. p. 99. 135. Additament. p. 456. Od. Muell. in v. Attica p. 217. 235.

*ἐκείνῃ τε*] Aptius Bekkero visum *ἐκεῖνοί τε*, idque in edit. stereotypa recepit. At v. Matth. §. 472. 2. Mox naturalis verborum ordo

τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτῃ κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων Πόλις. τῇ τε οὖν ἐπὶ πολὺ 16 κατὰ τὴν χώραν αὐτονόμῳ οἰκήσει μετεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἐπειδὴ ξυνῳκίσθησαν, διὰ τὸ ἔθος ἐν τοῖς ἀγροῖς ὅμως οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων καὶ τῶν ὕστερον μέχρι τοῦδε τοῦ πολέμου

hic est: τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντό τε καὶ νῦν ἔτι — νομίζεται etc. De accusativo ἄξια v. Matth. p. 749. 6. Rem ipse scriptor explicat verbis πρὸ γαμικῶν et ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν. „De universo more aquam lustralem ante nuptias ex fluviis et fontibus domesticis petendi Scholiastam Eurip. Phoen. 358. citat Bloomf., qui praeterea Aristoph. Lysistr. 378. confert." Popp. Ad verba πρὸ γαμικῶν supple ἱερῶν. v. Thiersch. Gr. §. 313. 6. a.

Πόλις] Docuit Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 260., nomen πόλις praesertim in actis publicis certe vetustissimis arci fere proprium fuisse, idque patere e Thuc. 5, 18. 23. et Plut. V. Pelop. 18. Adde Pausan. 1, 26, 7. Sic Lutetiae Parisiorum antiquissima pars cité, Londinii antiquissima etiamnum city dicuntur. v. Seidler. ad Eurip. Troad. 4. Marx. ad Ephor. p. 144. et ipsum Ephorum p. 142. Creuz. ad Fragmm. Ant. Hist. Gr. p. 217. libell. de Sit. et Orig. Syrac. p. 45. Πόλις et ἄστυ per excellentiam Athenae et Alexandria dicebantur, ut Roma Urbs. v. Sturz. de dial. Alex. p. 39. et Eustath. ad Hom. Od. 1. p. 1385, 5. Conf. Polluc. 9, 27. Propert. 3. Eleg. (9.) 7, 16. Spohn. de extr. parte Odyss. p. 81. adn. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 183, 6. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 316. vers. fin.

16. αὐτονόμῳ] ante Theseum, suis etiamtum βουλευτηρίοις, ἀρχαῖς et πρυτανείοις usi. De verbis οἰκήσει μετεῖχον v. Matth. p. 634. init., qui supplet μετεῖχον τῆς πόλεως i. e. sie nahmen Theil am Staatsverband, quod damnans Poppo ait, his verbis repeti breviter argumentum capitis 15. init., negatque sententiam horum verborum aliam esse posse, nisi et *diu igitur suo iure in agris vixerant.* Verba in societatem veniendi nonnunquam dativo rei coniungi his exemplis comprobat: Demosth. De Fals. Leg. §. 334. οὐχὶ κοινωνεῖ ταῖς νῦν εὐθύναις. pr. Cor. 18. §. 58. κοινωνεῖν τοῖς πεπολιτευμένοις. Mox intellige ἐπειδὴ ξυνῳκίσθησαν per Theseum. Et πανοικησίᾳ est *cum omni familia et re familiari.* Conf. 3, 57. Verbis γενόμενοι etc. et οἰκήσαντες scriptor videtur eos discernere, qui nullas domos Athenis habentes πανοικησίᾳ ruri vivebant i. e. cum toto, quidquid possidebant, iique vel nati rure, vel eo habitatum concesserant (οἰκήσαντες). Mox ἄρτι de temporis spatio non proxime praeterito intelligendum esse, monuit Arn. Et ἀνειληφότες est idem, quod πάλιν κατασκευασάμενοι: zumal da es noch nicht lange her war, dass sie ihren Haushalt nach dem Persischen Kriege wieder eingerichtet. Mox pro καταλιπόντες Vind. καταλείποντες, quod Popponi placet ob sequentia participia et quod non aegre ferebant, quod *reliquerant*, sed inviti *relinquebant.* Imo illud, quia aegerrime ferebant, quum iam in urbe degentes differentiam huius et pristinae commorationis, quam reliquerant, sentirent. Mox ἱερὰ πάτρια dicit, quia dii credebantur sua domicilia habere, quae deserere gravarentur, quibusque solis preces et sacrificia mortalium admitterent, quo fiebat, ut cultus obtinens hoc loco non posset sine profanatione in alium traduci. Haec pluribus Arn. exsequitur. Conf. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 26 sq.

*πανοικησίᾳ γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες οὐ ῥᾳδίως τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο, ἄλλως τε καὶ ἄρτι ἀνειληφότες τὰς κατασκευὰς μετὰ τὰ Μηδικά, ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔφερον οἰκίας τε καταλιπόντες καὶ ἱερὰ ἃ διὰ παντὸς ἦν αὐτοῖς ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πολιτείας πάτρια, δίαιτάν τε μέλλοντες μεταβάλλειν καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πόλιν τὴν αὑτοῦ ἀπολείπων ἕκαστος.* 17 *ἐπειδή τε ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μέν τισιν ὑπῆρχον οἰκήσεις καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων καταφυγή, οἱ δὲ πολλοὶ τά τε ἐρῆμα τῆς πόλεως ᾤκησαν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἡρῷα πάντα πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κληστὸν ἦν· τό τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέγον ὡς*

*τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον,*

*ὅμως ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη. καί μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι ἢ προςεδέχοντο· οὐ γὰρ διὰ τὴν παράνομον ἐνοίκησιν αἱ ξυμφοραὶ γενέσθαι τῇ πόλει, ἀλλὰ διὰ τὸν πόλεμον ἡ ἀνάγκη τῆς οἰκήσεως, ὃν οὐκ ὀνομάζον τὸ μαντεῖον προῄδει μὴ ἐπ' ἀγαθῷ ποτε αὐτὸ κατοικισθησόμενον.*

*ἢ πόλιν*] Sententia est, singulis propemodum urbis et civitatis loco fuisse praedia. Popp.

17. *τά — ἐρῆμα*] Ad septentrionem ab arce ponit Hawkins. p. 505., prope Museum Piraeum versus alii. Popp. Quidni utrobique? Eleusinium Od. Muell. in Additam. ad Leakii Athen. p. 458. 466. et in v. Attica p. 235. prope Pelasgicum et forum ab arce in septentrionem versus collocat. Ipse Leak. p. 187 sq. et Kruse Hellad. 2, 1. p. 109. in Ilissi insula situm esse faciunt.

*Πελασγικόν*] Schol. *οἱ γὰρ Πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες ἐπεβούλευσαν τοῖς Ἀθηναίοις· οὓς διώξαντες πάλιν οἱ Ἀθηναῖοι κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι.* Hi Pelasgi fuerunt pars eorum, qui in Atticam venerunt Boeotia expulsi, de quibus est apud Thuc. 1, 12. V. Od. Muell. Orchom. p. 440. Leak. Athen. p. 318. ibique Muell. p. 466. et rursus Orchom. p. 307 sq. 476. et in v. Attica p. 229 sq. Archaeol. p. 27 sq. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 16, 9., qui docent, nomine Pelasgici et partem arcis intelligi (*τὸ Πελασγικὸν τεῖχος* apud Herodotum 5, 64. 6, 137. et Pausaniam 1, 28, 3., quod arcem partim circumdabat) et agros sub acropoli ab regione inter septentriones et occidentem spectante, a Pelasgico muro, ut videtur, denominatos. Ne in Pelasgico aedificia ponerentur, Arnoldo propterea religionibus sancitum esse videtur, ne, qui hostis obsideret, haec aedificia ad oppugnandam arcem in usum suum converteret. „Eo ipso consilio, ait, novissima in obsidione Athenarum Odysseus, dux Graecorum, non permisit, ut domus restituerentur, quae a latere acropolis septentrionali destructae erant, quia machinationes hostium adversus arcem adiuturae fuissent.“ Item Kruse Hellad. 2, 1. p. 79. veram devotionis causam hanc fuisse coniicit. Mox *ἀκροτελεύτιον* intellige *τὸ τέλος τοῦ στίχου* cum Scholiasta. Et *ἐξῳκήθη* est es wurde ganz mit Wohnungen ausgefüllt. Deinde infinitivus in verbis *οὐ γενέσθαι* pendet a *δοκοῦσι* (praecessit autem *δοκεῖ*) v. Matth. p. 1093. De verbis *ἐν τούτῳ παρασκευῆς* v. ibidem p. 649.

κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο· οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ πολλά. ἅμα δὲ καὶ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἥπτοντο, ξυμμάχους τε ἀγείροντες καὶ τῇ Πελοποννήσῳ ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν ἐξαρτύοντες. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν.

18 Ὁ δὲ στρατὸς τῶν Πελοποννησίων προϊὼν ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην πρῶτον, ᾗπερ ἔμελλον ἐςβαλεῖν. καὶ ὡς ἐκαθέζοντο, προςβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι μηχαναῖς τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· ἡ γὰρ Οἰνόη οὖσα ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας ἐτετείχιστο καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο ὁπότε πόλεμος καταλάβοι. τάς τε οὖν προςβολὰς ηὐτρεπίζοντο καὶ ἄλλως ἐνδιέτριψαν χρόνον περὶ αὐτήν. αἰτίαν τε οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ, δοκῶν καὶ ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου μαλακὸς εἶναι καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιτήδειος, οὐ παραινῶν προθύμως πολεμεῖν· ἐπειδή τε ξυνελέγετο ὁ στρατός, ἥ τε ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιμονὴ γενομένη καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πορείαν ἡ σχολαιότης διέβαλεν αὐτόν, μάλιστα δὲ ἡ ἐν τῇ Οἰνόῃ ἐπίσχεσις. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐςεκομίζοντο ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καὶ ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν. ἐν τοιαύτῃ μὲν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν. ὁ δὲ προςδεχόμενος ὡς λέγεται τοὺς Ἀθηναίους τῆς γῆς ἔτι ἀκεραίου οὔσης ἐνδώσειν τι καὶ κατοκνήσειν περιιδεῖν αὐτὴν τμηθεῖσαν, ἀνεῖχεν. 19 ἐπειδὴ μέντοι προςβαλόντες τῇ Οἰνόῃ καὶ πᾶσαν ἰδέαν πειράσαντες οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, οἵ τε Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἐπεκηρυκεύοντο, οὕτω δὴ ὁρμήσαντες ἀπ' αὐτῆς μετὰ τὰ ἐν Πλαταίᾳ τῶν ἐςελθόντων Θηβαίων γενόμενα ἡμέρᾳ ὀγδοηκοστῇ μάλιστα τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος

18. τῆς Ἀττικῆς] v. ibidem p. 629. et de participio ποιησόμενοι ibid. p. 1091. Verba ἐν τῇ ξυναγωγῇ etc. dicta esse cum respectu ad orationem Archidami 1, 80 sqq., vidit Dukas. De formula εἰ μὴ διά v. Matth. p. 1151 b.

19. οὕτω δή] v. Matth. p. 1113. Mox activum ὁρμήσαντες habet sensum *proficiscendi*, ut 3. 24. 4, 36. De verbis τὰ Θηβαίων γενόμενα v. Matth. p. 689. adn. 1.

τοῦ σίτου ἀκμάζοντος] Notae, quas Thuc. anni temporibus ponit, ita inter se succedunt: περὶ σίτου ἐκβολήν 4, 1., quo significatur id, quod nos dicimus das Schossen des Getraides. v. Suid. Phot. s. v. σίτου ἐκβολήν et Eustath. ad Od. p. 1405, 12. Pollux 1, 61. Indicatur finis April. Sequitur haec nota: τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος 4, 6. Indicatur mensis Mai. deinde τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι 4, 2. Indicatur mensis Mai. Hinc τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος 2, 19. 79. 3, 1. Indicatur mensis Jul. Sequitur ἐν καρποῦ συγκομιδῇ 3, 15. i. e. ἐν ἀμήτῳ. Significatur mensis Aug. Ἀκμάζει δὲ σῖτος, ait Dukas, ἐπειδὰν εὐθαλλεῖς ἔχῃ τοὺς στάχυας, τοῦ γάλακτος ἤδη ἀπηλλαγμένος, καὶ θερισμοῦ ἐφιέμενος.

*ἐςέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν· ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ καθεζόμενοι ἔτεμνον πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον, καὶ τροπήν τινα τῶν Ἀθηναίων ἱππέων περὶ τοὺς Ῥείτους καλουμένους ἐποιήσαντο. ἔπειτα*

Hordeum nunc plerumque *in Attica* demetitur mense Iunio (v. Walpol. Memoirs 1. p. 150.), quamquam tota messis et frumenti tribulatio non ante medium Augustum finitur (v. Dodwell. Itin. Class. Vol. 2. p. 10.) v. Arn. Messem circa Iun. 10. in *Peloponneso* incipere, nec ante Iul. 20. aut initium Aug. finiri dicit Leak. Peloponn. 1. p. 14. Popp. Sequuntur hae notae: τοῦ θέρους ὀλίγον πρὸ τρυγήτου καὶ καρποῦ ἔτι ἔξω ὄντος 4, 84. Significatur tempus post med. Octobr. Interdum etiam menses Atticos nominat, et ipsos dies mensium. Praeterea anni tempora his notis signat: ἅμα ἦρι 2, 103. April. — θέρους μεσοῦντος 6, 30. post d. 8. Iun. — πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη 8, 108. paulo ante d. 8. Aug. — φθινόπωρον τοῦ θέρους 2, 31. 3, 18. incipiebat die 21. Sept. (v. Ideler. Handb. d. Chronol. Vol. 1. p. 251 sq.) — θέρους τελευτῶντος 2, 32. 4, 49. Septembr. — ἅμα ἀρχομένῳ χειμῶνι saepius i. e. inde a mense Octobr. — τοῦ χειμῶνος λήγοντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη saepius i. e. Mense Mart. exeunte. Porro ex sideribus notas anni temporum ducit, ut verbis περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς 2, 78. Sept. — περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς 7, 16. 8, 39. fin. Decembr. At magna in h. l. difficultas est, quia sol Augusti die 3. (v. 2, 28.), Attica iam a Peloponnesiis relicta, (conf. c. 24. et 32.) defecit, et scriptor c. hoc ipso Peloponnesios narrat Oenoe relicta ad Acharnas consedisse, ibique *multum temporis* commoratos terram Atticam vastasse. Nisi quis igitur spatium illud novem dierum, quod est inter d. 26. Iulii, quae est octogesima dies a fine Munychionis et aggressione Plataearum per Thebanos facta, et diem 3. August., *longum tempus* ab auctore appellatum esse existimet, in hanc sententiam inclino, ut putem, in numero ὀγδοηκοστῇ vitium subesse et πεντηκοστῇ legendum esse, ut dies profectionis ab Oenoe non d. 26. Iul., sed 26 Iun. sit, et Peloponnesii ad Acharnas non novem dies, sed circiter quadraginta commorati sint. Nisi quis propter c. 57., ubi diutissima commoratio in Attica Peloponnesiorum dicitur *in altera* expeditione fuisse, eaque ferme quadraginta dierum, malit ἑξηκοστῇ legere, ut dies profectionis ab Oenoe fuerit d. 6. Iul. et Peloponnesii ad Acharnas circiter triginta dies commorati sint. Didot., ut hanc difficultatem expediat, statuit, aggressionem Plataearum per Thebanos factam esse ineunte mense Martio, ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ 2, 2. At d. 1. Mart. 431. Ol. 87, 1. competit cum die 22. Anthesterionis, qui est mensis non vernus, sed hibernus ex tribus medius. Atque eam aggressionem exeunte Munychione i. e. circa d. 7. Maii 431. factam esse, comprobant vel verba *Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις* 2, 2.

*Ῥείτους*] Hi sunt duo rivuli aquae salsae, qui efficiunt duo stagna prope oram maris in extremo campo Thriasio, qua litus inter austrum et orientem spectat. v. Od. Muell. in v. Attica p. 217. b. init. Mox *Κρωπειᾶς* dedi cum Poppone ex multis bonisque libris, quibus Ven. accedit; in Pal. est *Κρωπίας*, quod Popponi videtur Steph. Byz. commendare et probat Od. Muell. ad Tabulam Gr. septentr. p. 36. At testibus Morstadt. et Bekk. Pal. habet *Κρωπείας*. Vulgo *Κεκροπίας*. Qualis sit ista Cecropia, interpretes nesciunt. Gottl. putat, Cecropiam esse oppidum, quod primo loco a Strabone p. 609. ponitur inter duodecim illas urbes, quibus Cecrops multitudinem incolarum continebat,

προὐχώρουν ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ Αἰγάλεων ὄρος διὰ Κρωπειᾶς ἕως ἀφίκοντο ἐς Ἀχαρνάς, χῶρον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων. καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ στρατόπεδόν τε ἐποιήσαντο χρόνον τε πολὺν ἐμμείναντες ἔτεμνον. γνώμη δὲ 20 τοιᾷδε λέγεται τὸν Ἀρχίδαμον περί τε τὰς Ἀχαρνὰς ὡς ἐς μάχην ταξάμενον μεῖναι καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκείνῃ τῇ ἐςβολῇ οὐ καταβῆναι. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους ἤλπιζεν ἀκμάζοντάς τε νεότητι πολλῇ καὶ παρεσκευασμένους ἐς πόλεμον ὡς οὔπω πρότερον ἴσως ἂν ἐπεξελθεῖν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἂν περιιδεῖν τμηθῆναι. ἐπειδὴ οὖν αὐτῷ ἐς Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον οὐκ ἀπήντησαν, πεῖραν ἐποιεῖτο περὶ τὰς Ἀχαρνὰς καθήμενος εἰ ἐπεξίασιν· ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ ὁ χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο ἐνστρατοπεδεῦσαι,

ne amplius a Caribus et Boeotis vexarentur; non enim hanc videri esse arcem Cecropiam, quae deinde nomen Athenarum accepit, sed aliam scilicet; Strabonem enim addere: *πόλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς*. Sed ex h. l. id, quod Gottl. vult, non consequitur. Quum enim ex duodecim illis urbibus cives unius urbis facti sunt, unius ex eodem numero, Athenarum procul dubio, quae prius Cecropia dicebatur, cives facti sunt. Imo praesenti loco intelligenda est Cropia sive *Κρωπειά*, *δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς* apud Stephanum Byz. Et *Κρωπιάδας* pro *Κεκροπίδας* apud eundem scriptorem in *Εὐπατρίδαι* reponendum esse, vidit Bred. ad h. l. Od. Muelleri in v. Attica p. 216. b. sententia est, Cecropiam fuisse nomen *πεδίου* sive campi inter Hymettum et Corydalum, in qua ipsae Athenae sitae erant: at Archidamus, qui Aegaleon a dextera habens Acharnas proficisceretur per Cropiam, non per illum campum agmen duxit. Vid. c. 20. init.

*τῶν δήμων καλουμένων*] Quid *πόλις* sit, et quid *δῆμος*, (quamquam Thuc. 2, 15. utroque nomine promiscue utitur,) Od. Muell. Dor. 2. p. 70 sqq. exponit. Herodot. 1, 170. *τὰς δὲ ἄλλας πόλεας* (praeter Athenas) *οἰκεομένας μηδὲν ἧσσον νομίζεσθαι κατάπερ εἰ δῆμοι εἶεν*, adde Pausan. 1, 29. et Valck. ad Herodot. 3, 55. Mox cum Poppone *χῶρον* dedi ex bonis libris et inter hos Veneto pro vulgata *χωρίον*, quamquam nihil probatur loco cap. 20. med. 1. quem, Haack. attulit, quia ibi scriptor non loquitur de ipsis Acharnis, sed de agro et spatio circum eas. Nec tamen idcirco praesenti loco reiiciam scripturam *χῶρον*, quo vocabulo non puto per se significari *Ἀχαρνὰς τὸ χωρίον*, sed *πάντα τὸν χῶρον* i. e. *δῆμον* sive agrum Acharnensem, et 7, 78. promiscue utitur iisdem vocibus *χωρίον* et *χῶρος*, ut Popp. adnotavit, idemque Sophoclem Oed. C. 24. et saepius monet Colonum *χῶρον* i. e. *δῆμον*, *κώμην* pro *χωρίον* dicere. „Vicissim *χωρίον*, plerumque castellum sive *φρούριον* et oppidum munitum significans, tamen, ut nostrum Platz, non solum de loco in universum dicitur, (ut 1, 52.) vel de loco exiguo (Fleck ut 1, 87.), sed etiam plane in notionem spatii abiit, ut 2, 77." Popp.

20. *τμηθῆναι*] v. Matth. p. 1086. adn. 2. Mox de *ἐπιτήδειος* cum infinitivo constructo v. ibidem §. 533. adn. 2. Krueg. Indic. ad Dionys. s. v. *εὐμενής*. De hoplitis ter mille Acharnensibus v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 280 sq. Tot graviter armatos milites quum haberent, Clinton. Fast. Hellen. p. 394. colligit, eis minimum 12000 incolas fuisse, non numeratis servis, quorum numerum duplicem fuisse statuit.

ἅμα δὲ καὶ οἱ Ἀχαρνῆς μέγα μέρος ὄντες τῆς πόλεως, τρισχίλιοι γὰρ ὁπλῖται ἐγένοντο, οὐ περιόψεσθαι ἐδόκουν τὰ σφέτερα διαφθαρέντα, ἀλλ' ὁρμήσειν καὶ τοὺς πάντας ἐς μάχην. εἴ τε καὶ μὴ ἐπεξέλθοιεν ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀδεέστερον ἤδη ἐς τὸ ὕστερον τὸ πεδίον τεμεῖν καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρήσεσθαι· τοὺς γὰρ Ἀχαρνέας ἐστερημένους τῶν σφετέρων οὐχ ὁμοίως προθύμους ἔσεσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων κινδυνεύειν, στάσιν δὲ ἐνέσεσθαι τῇ γνώμῃ. τοιαύτῃ μὲν διανοίᾳ ὁ Ἀρχίδαμος περὶ τὰς Ἀχαρνὰς ἦν.

21 Ἀθηναῖοι δὲ, μέχρι μὲν οὗ περὶ Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον ὁ στρατὸς ἦν, καί τινα ἐλπίδα εἶχον ἐς τὸ ἐγγυτέρω αὐτοὺς μὴ προϊέναι, μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα τὸν Παυσανίου Λακεδαιμονίων βασιλέα ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θρίωζε στρατῷ Πελοποννησίων πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν ἀνεχώρησε πάλιν ἐς τὸ πλεῖον οὐκέτι προελθών· διὸ δὴ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης δόξαντι χρήμασι πεισθῆναι τὴν ἀναχώρησιν· ἐπειδὴ δὲ περὶ Ἀχαρνὰς εἶδον τὸν στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα, οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' αὐτοῖς ὡς εἰκὸς γῆς

21. *Ἀθηναῖοι δὲ — ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο*] Verba *Ἀθηναῖοι — στρατὸς ἦν* non sunt protasis, cuius apodosis incipiat verbis *καί τινα ἐλπίδα εἶχον*, sed protasis inest in verbis *Ἀθηναῖοι — προελθών*, quae carent disertis verbis expressa apodosi. Supplenda autem apodosis est tali fere modo: *Ἀθηναῖοι — προϊέναι, ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο*, quia in sententia, quae verbis *ἐπειδὴ δέ* incipit, et illis verbis apodosi carentibus contraria continet, apodosis haec est: *οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο*. Popp. Quod autem alii apodosin verbis *καί τινα ἐλπίδα εἶχον* incipientes particulam *καί* interpretentur *etiam*, idem negat hanc notionem hic aptam esse. „Deinde ait, scriptor in proximo cap., Archidamum, ut Athenienses ad proelium lacesseret, Acharnas usque terram depopulatum esse dixit. His non bene annectitur sententia: *Athenienses vero, quamdiu circum Eleusinem exercitus erat, tamdiu etiam aliquam spem habebant, eum non propius progressurum.* Sed longe aptius ita procedit oratio: *Athenienses vero, quamdiu quidem circa Eleusinem exercitus erat et aliquam spem habebant eum non propius accessurum esse, rem ferendam existimabant; postquam autem circa Acharnas exercitum viderunt, id intolerabile rati eruptionem et pugnam poposcerunt.*" At *καί* apodosin incipit etiam aliis locis, ut c. 93. *ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς* et 4, 8. *ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν νῆσον τοὺς ὁπλίτας*, ubi *καί*, non secus ac praesenti loco, reddas per *atque*, significans idem quod nostrum sofort. Porro sententia: *tam diu etiam* (sic ipse Popp. convertit, negans hanc interpretationem locum habere,) *aliquam spem habebant*, quam sententiam Popp. dicit minus bene annecti iis, quae c. 20. narrantur, non sola hic ponitur, sed simul argumentum adiicitur, cur hanc spem aluerint, nam additur: *μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα* etc. Mihi itaque apodosis incipere videtur ab *καί τινα ἐλπίδα εἶχον*. Primo, ait scriptor, sperabant, deinde quum hostes apud Acharnas videbant, *non iam sperabant:* hic sensus inest in verbis *οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο*. Et versa vice in verbis: *sperabant, hostem non longius processurum*, mens haec inest, iis rem tolerabilem visam esse, quis

τεμνομένης ἐν τῷ ἐμφανεῖ, ὃ οὔπω ἑωράκεσαν οἵ γε νεώτεροι, οὐδ' οἱ πρεσβύτεροι πλὴν τὰ Μηδικά, δεινὸν ἐφαίνετο καὶ ἐδόκει τοῖς τε ἄλλοις καὶ μάλιστα τῇ νεότητι ἐπεξιέναι καὶ μὴ περιορᾶν. κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν κελεύοντες ἐξιέναι, οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες. χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἀκροᾶσθαι ὡς ἕκαστος ὥργητο. οἵ τε Ἀχαρνῆς οἰόμενοι παρὰ σφίσιν αὐτοῖς οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν εἶναι Ἀθηναίων, ὡς αὐτῶν ἡ γῆ ἐτέμνετο, ἐνῆγον τὴν ἔξοδον μάλιστα. παντί τε τρόπῳ ἀνηρέθιστο ἡ πόλις καὶ τὸν Περικλέα ἐν ὀργῇ εἶχον, καὶ ὧν παρῄνεσε πρότερον ἐμέμνηντο οὐδέν, ἀλλ' ἐκάκιζον ὅτι στρατηγὸς ὢν οὐκ ἐπεξάγοι, αἴτιόν τε σφίσιν ἐνόμιζον πάντων ὧν ἔπασχον. Περικλῆς δὲ 22 ὁρῶν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸ παρὸν χαλεπαίνοντας καὶ οὐ τὰ ἄριστα φρονοῦντας, πιστεύων δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι, ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα, τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώμῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν, τήν τε πόλιν ἐφύλασσε καὶ δι' ἡσυχίας μάλιστα ὅσον ἐδύνατο εἶχεν. ἱππέας μέντοι ἐξέπεμπεν ἀεὶ τοῦ μὴ προδρόμους ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἐσπίπτοντας ἐς τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἐγγὺς τῆς πόλεως κα-

credebant, hostes non plura vastaturos esse, quam agrum Eleusinis et campum Thriasium, quae res eis erat non nova. Mox de coniunctione ὅτε post μεμνημένοι v. Matth. §. 624. p. 1267. Propter verba τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν adi Seidl. Praef. ad Soph. Antig. p. LXI. Herm. De verbis πεισθῆναι τὴν ἀναχώρησιν v. Matth. p. 773. Mox structura haec est: ὧν ἀκροᾶσθαι ὥργηντο ὡς ἕκαστος ὥργητο. v. Matth. p. 1278., *quae audiebant, ut quisque cupiditate flagrabant* „i. e. ut animo affectus erat quisque, ita ea interpretabatur.“ Duk. Deinde de verbis ὅτι — οὐκ ἐπεξάγοι v. Matth. p. 1028.

22. ἐκκλησίαν — ξύλλογον] Haec vocabula etiam Plat. Gorg. p. 456. C. iunxit. Ac ξύλλογος quidem mihi videtur concilium partium reipublicae, ut quorundam magistratuum, στρατηγῶν, φυλῶν, δήμων, quo sensu Schoem. De Comit. Ath. p. 27. Aeschinem putat dixisse ἀγορά, quum universa civitas propter negotia publica conveniens ἐκκλησία appellaretur. Mox Krueg. ad Dionys. p. 107. male locutionem δι' ἡσυχίας ἔχειν confert cum δι' ὀργῆς ἔχειν τινά, quum hoc idem sit quod ὀργίζεσθαι, at illud non idem quod ἡσυχάζειν. Rectius Levesqu. contulit 7, 8. διὰ φυλακῆς ἔχειν.

μάλιστα ὅσον] Vide ne comma ante μάλιστα collocandum sit, ut ap. Thuc. 1, 17. δι' ἀσφαλείας, ὅσον ἐδύναντο μάλιστα, τὰς πόλεις ᾤκουν. Potest tamen μάλιστα cum εἶχεν iungi, quod eodem quo hic modo collocatum est ap. Thuc. 2, 27. Krueg. ad Dionys. p. 106.

τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἐγγὺς] Pervenerunt tunc, aut paulo ante, quum Acharnas peterent (c. 19.), etiam Colonum Hippium, nec tamen oleas sacras Academiae deciderunt. v. Philochor. et Istr. ap. Schol. Soph. Oed. C. 694. 697. Popp. Vid. Od. Muell. in v. Attica p. 219. a. Mox βραχεῖα idem valet, quod μικρά, v. Krueg. ad Dionys. p. 107. Et τέλει Schol. explicat per τάγματι. Magnitudo τέλους Attici definiri non potest. Vid. Wessel. ad Herodot. 1, 103. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 327. Deinde cum Thessalis iuncti Athenienses pugnasse dicuntur, de qua re v. Thuc. 4, 78. Pausan. 1, 29, 5. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 277. Thessalorum hic caesorum monumentum memorat Pau-

κουργεῖν· καὶ ἱππομαχία τις ἐνεγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις τῶν τε Ἀθηναίων τέλει ἑνὶ τῶν ἱππέων καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας, ἐν ᾗ οὐκ ἔλασσον ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θεσσαλοί, μέχρι οὗ προςβοηθησάντων τοῖς Βοιωτοῖς τῶν ὁπλιτῶν τροπὴ ἐγένετο αὐτῶν καὶ ἀπέθανον τῶν Θεσσαλῶν καὶ Ἀθηναίων οὐ πολλοί· ἀνείλοντο μέντοι αὐτοὺς αὐθημερὸν ἀσπόνδους. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον τῇ ὑστεραίᾳ ἔστησαν. ἡ δὲ βοήθεια αὕτη τῶν Θεσσαλῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ξυμμαχικὸν ἐγένετο τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ ἀφίκοντο παρ' αὐτοὺς Λαρισαῖοι, Φαρσάλιοι, [Παράσιοι,] Κρανώνιοι, Πυράσιοι, Γυρτώνιοι, Φεραῖοι. ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ἐκ μὲν Λαρίσης Πολυμήδης καὶ Ἀριστόνους, ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος, ἐκ δὲ

san. 1, 29, 5. Deinde tenendum, eos, qui mortuos *ἀσπόνδους* tollebant, non victos se fassos esse. Vid. Iustin. 6, 4. Wessel ad Herodot. 9, 27. Liv. 31, 38. 33, 46. Turneb. Adv. 5, 7. Herald. Adv. 1, 9. Kirchm. de Funer. Append. c. 4. Interpp. ad Aelian. V. H. 12, 27.

*Λαρισαῖοι — Φεραῖοι*] In his omnes et editi et scripti habent *Παράσιοι* (nisi quod Reg. sive G. *Παῤῥάσιοι*, Vat. *Περάσιοι*), qui nulli erant in Thessalia; quare *Παράλιοι* alii voluerunt contra libros. Hi nituntur loco Stephani: *Πάραλος ἐν Θεσσαλίᾳ, πόλις τῶν Μηλιέων, ἧς οἱ πολῖται Παράλιοι*, et Thucydidis 3, 92. *Μηλιῆς οἱ ξύμπαντές εἰσι μὲν τρία μέρη, Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι.* Contra quae Popp. monet, hunc ipsum locum probare, Paralios et cunctos Melienses Thessalis non adnumerari posse, qui Thessali *ἐν δυνάμει ἦσαν τῶν ταύτῃ χωρίων, καὶ ὧν ἐπὶ* (contra) *τῇ γῇ ἐκτίζετο ἡ Ἡράκλεια*, ut ait Thuc. 3, 93. Negat idem, sociis Atheniensium Melienses adnumerari posse, quibus *ἐμέλλησαν προςθεῖναι σφᾶς αὐτούς* demum 3, 93. Itaque Bloomf. *Πειράσιοι* pro *Παράσιοι* legi vult, nam *Πειράσιοι* sunt Thessali, quorum urbs Stephano est *Πειρασία, πόλις Μαγνησίας· ἐθνικὰ Πειρασιεύς* et incertum *Περάσιος* an *Πειράσιος.* At scriptura apud Geographum valde dubia est, nam urbs et *Πειρεσιαί* et *Πειρεσία* dicitur et Popponi videtur valde dubium, num Magnetes huc pertineant. Denique *Παράσιοι* nihil nisi discrepantia scripturae mox sequentis nominis *Πυράσιοι* videtur. *Πυράσιοι* autem scribendum cum Cass., non, ut vulgo, *Πειράσιοι.* Strab. p. 435. *πόλις εὐλίμενος ἡ Πύρασος, ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος καὶ ἱερὸν ἅγιον, διέχουσα Θηβῶν (τῶν Φθιωτίδων) σταδίους εἴκοσι. ὑπέρκεινται δὲ Πυράσου Θῆβαι.*

*ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος*] Reg. ex emend. man. rec. et marg. Steph. *ἑκατέρας*, quod etiam Scholiastam habuisse suspiceris. Vall. convertit, quasi legeretur *ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ στάσεως ἑκάτερος* vel *ἀπὸ τῆς ἰδίας στάσεως.* Popp. Schol. *ἡ Λάρισσα ἐστασίασε πρὸς ἑαυτήν· διὸ ἑκατέρα μερὶς ἄρχοντα εἶχε· λέγει δὲ ὅτι ἑκατέρα στάσις δύναμιν Ἀθηναίοις ἀπέστειλε.* Hunc igitur vult sensum esse: *diversae uterque factionis.* Iam si *ἑκατέρας* legis, articulus putandus est coniunctus esse cum *ἑκατέρας*, ut 3, 23. *τοῦ πύργου ἑκατέρου*, 4, 93. 94. 96. v. Matth. p. 548. 5. At Arn. ad Thuc. 2, 93. eundem sensum effici putat servata vulgata *ἑκάτερος*, quia articulus vice fungatur pronominis possessivi, ut 2, 93. *λαβόντα τῶν ναυτῶν ἕκαστον τὴν κώπην* i. e each man taking *his* oar, itidem ut hic: each from the faction, to which he belonged sive from *his* faction. Popp. autem negat articulum per pronomen possessivum reddi posse in iis locis, ubi, ut hic, duo subiecta discernuntur, quamquam post *ἕκαστος*, ubi singuli idem faciunt,

*Φαρσάλου Μένων· ἦσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων κατὰ πόλεις ἄρχοντες.*

*Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ οὐκ ἐπεξῄεσαν αὐτοῖς οἱ* 23 *Ἀθηναῖοι ἐς μάχην, ἄραντες ἐκ τῶν Ἀχαρνῶν ἐδῄουν τῶν δήμων τινὰς ἄλλους τῶν μεταξὺ Πάρνηθος καὶ Βριλήσσου ὄρους. ὄντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ γῇ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς περὶ Πελοπόννησον ὥςπερ παρεσκευάζοντο καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν καὶ τοξότας τετρακοσίους· ἐστρατήγει δὲ Καρκίνος τε ὁ Ξενοτίμου καὶ Πρωτέας ὁ Ἐπικλέους καὶ Σωκράτης ὁ Ἀντιγένους. καὶ οἱ μὲν ἄραντες τῇ παρασκευῇ ταύτῃ περιέπλεον, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι χρόνον ἐμμείναντες ἐν τῇ Ἀττικῇ ὅσου εἶχον τὰ ἐπιτήδεια ἀνεχώρησαν διὰ Βοιωτῶν οὐχ ᾗπερ ἐςέβαλον· παριόντες δὲ Ὠρωπὸν τὴν γῆν τὴν Γραϊκὴν*

usus ille pronominis pro articulo in interpretatione admitti potest. Quod mihi nimis quaesitum videtur; an hic singuli minus idem faciunt, quam ubi scriptor dicit: jeder mit dem Ruder, zu dem er gehörte. Non aliter hic loquitur: jeder mit den Leuten aus der Partei, zu der er gehörte. Ibi multi singuli sunt, hic tantum duo. Tametsi in universum rei ipsius difficultatem esse, recte interpretes monuerunt; nam *θαυμαστόν*, ait Dukas, *ὅπως οἱ ὀλιγαρχούμενοι οὐκ ἐσυμμάχουν τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοῖς τῆς ὀλιγαρχίας πανταχοῦ ὑπερασπισταῖς*, „praesertim, ait Popp., quum 4, 78. Brasidas per Thessaliam, quamvis plebs Atheniensibus benevola esset, exercitum idcirco duxisse dicatur, quod Thessali magis paucorum dominatu quam iuris aequalitate et populari imperio uterentur.“ Nisi quis dicat, factionem popularem et optimatum eo tempore conciliatam communi erga Aleuadas odio utramque Atheniensibus auxilia misisse. Conf. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 79, 8.

23. *μεταξὺ Πάρνηθος καὶ Βριλήσσου*] Inter hos montes Decelea sita erat, cuius tamen incolis propter quaedam antiquissima beneficia Spartanos semper pepercisse refert Herodot. 9, 73. Conf. Od. Muell. Dor. 1. p. 439 sq. Dahlm. Herod. p. 43 sq., quod regio inter Parnethem et Brilessum a Spartanis vastata sit, ibique Decelea sita fuerit, colligit, narrationem Herodoti non veram esse. Hoc tamen argumentum vix suffecerit, nam inter illos montes magnum spatium et multa alia erant, quae Spartani depopulari possent, nec tamen Deceleam laedere. Mox vulgo legitur *ἅσπερ παρεσκευάζοντο*, ex qua scriptura imperfectum pro plusquamperfecto positum esse existimandum esset. Non autem potuerunt mittere naves, quas etiamtum parabant, sed quas iam paraverant. Quare Popp. cum Gr. legit *ὥςπερ παρεσκευάζοντο*. Nam ita extat 4, 2. 129. Arn. vulgatam tuetur, interpretans *quas parabant eo tempore, quo paulo ante* (c. 17.) *memoravi*. Idque moneri lectorem ait articulo in verbis *τὰς ἑκατὸν ναῦς*, qui tempus in memoriam revocet, quo supra memoraverat, eique tempori accommodatum dicit tempus verbi, quo scriptor usus est. Eundem sensum addit potuisse efferri his verbis *ἃς τότε παρεσκευάζοντο*. De Carcino v. Meier de Bon. Damn. p. 84., de Protea Thuc. 1, 45.

*οὐχ ᾗπερ ἐςέβαλον*] Schol. *ὅπως καὶ τὰ ἄλλα δῃώσαντες μᾶλλον λυπήσωσιν*. Ne per regionem devastatam, ubi commeatu carerent, proficiscerentur. Ita Bloomf., qui non animadvertit, Spartanos suum ipsos commeatum attulisse.

*Γραϊκὴν*] Vulgo *Πειραϊκήν*. Illud Popp. recepit ex Stephano Byz., qui locum Thucydidis exscripsit in *Ὠρωπός*, volueratque iam Casaub.

*καλουμένην, ἣν νέμονται Ὠρώπιοι Ἀθηναίων ὑπήκοοι, ἐδῄωσαν. ἀφικόμενοι δὲ ἐς Πελοπόννησον διελύθησαν κατὰ πόλεις ἕκαστοι.*

24 *Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φυλακὰς κατεστήσαντο κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ὥςπερ δὴ ἔμελλον διὰ παντὸς τοῦ πολέμου φυλάξειν· καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαίρετα ποιησαμένοις*

ad Strab. p. 618. ita legere. Steph. Byz.: *Ἀριστοτέλης γοῦν τὸν Ὠρωπὸν Γραῖάν φησι λέγεσθαι. ἡ δὲ Γραῖα τόπος τῆς Ὠρωπίας πρὸς τῇ θαλάσσῃ καὶ* (leg. *κατὰ*) *Ἐρετρίας καὶ Εὐβοίας κειμένη.* In verbis Thucydidis apud Stephanum alii legunt *Γραιήν* (*Γραίην*), alii *Γραῖαν*, alii *Γραικήν*. Urbem *Γραῖα* dictam, (unde *Γραϊκή* ductum est,) Od. Muell. Orchom p. 492. sitam fuisse suspicatur inter Oropum et Tanagram ex adverso Eretriae. Strab. p. 404. Graeam putat fuisse vicum Oropo propinquum; Pausan. 9, 20., interpretes Hom. Il. 2, 498. et Schol. Thuc. 3, 91. Tanagram esse putant. Conf. Schneid. ad Xen. H. Gr. 5, 4, 50. Arn. vulgatam tuetur, quia historici Graeci soleant addere participium *καλουμένην* nominibus oppidorum, quibus significetur horum vel natura vel situs, ut Thuc. 2, 55. *τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην*. Sic nomen *Πειραϊκήν* dicit cognatum cum phrasi *ἡ πέραν γῆ*, quo indicatur ipsa Oropus 3, 91. Has appellationes dicit significare terram *in confiniis* vel *trans confinia sitam*. Fines Oropiae, perpetuo controversos inter Athenienses et Boeotos, consentaneum dicit appellatos esse regionem sive in confiniis sive trans confinia sitam (marchsive border-country sive the country over the border.). Eandem sententiam Arn. ad 3, 91. addit a Cramero probatam esse. At participium *καλουμένη* etiam illis nominibus additur, quae praeter notius nomen in usu erant (v. Thuc. 2, 79. 4, 8.), ut *Γραϊκή* in usu fuit praeter nomen *Ὠρωπία*, ac *Πειραϊκή* si eadem regio dicta esset, non respectu Atticae et Boeotiae sed Euboeae sic dicta esset. „Et reputa, nec *πέρα* diphthongum accipere, nec, si *Πειραϊκήν* reponere velis, tale adiectivum, sed *περαῖος* ex eo duci.“ Popp. Peyronis, qui et ipse in epist. ad Schaef. (in Jahn Annal. Philol. 1, 1. p. 109.) vulgatae patronus extitit, argumenta haec sunt: omnes membranas Thucydidis habere *Πειραϊκήν*. Contra quod Popp. dicit, se in Art. Crit. p. 80. exemplis demonstrasse, germanam scripturam in omnibus libris huius scriptoris obliteratam nonnunquam ab aliis scriptoribus servatam esse. Deinde facilius *Πειραϊκήν* in *Γραϊκήν*, quam versa vice potuisse depravari, quum *Γραϊκή* vox sit Graecis notissima. Quod negat Popp., quia praeter Thucydidem nemo, nisi semel Aristoteles, hoc nomen posuerit. (Hoc tamen non usquequaque verum esse, superius allata declarant.) Tertium argumentum Peyronis nititur coniectura legentis ap. Thuc. 3, 91. pro *ἐς Ὠρωπὸν τῆς πέραν γῆς*, (quod absurdum esse dicit,) *ἐς Ὠρ. τῆς Πειραϊκῆς*. Hanc coniecturam Popp. dicit sibi incertiorem videri, quam Stephani Byz. testimonium. Quartum argumentum derivat ex falsa interpretatione verborum *παριόντες δὲ Ὠρωπὸν, τὴν γῆν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην — ἐδῄωσαν*. Addit postremo, Graecae situm non esse certum, propterea videlicet, quod varium varii scriptores situm regioni assignant, quae tamen varietas opinionum conciliatur, si cum Od. Muellero (quem conf. ad Tabul. Gr. septentr. p. 36.), inter Oropum et Tanagram sitam fuisse statuas.

24. *χίλια τάλαντα*] v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 311. C. I. Vol. 1. p. 903.

χωρὶς θέσθαι καὶ μὴ ἀναλοῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμεῖν· ἢν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο. τριήρεις τε μετ' αὐτῶν ἑκατὸν ἐξαιρέτους ἐποιήσαντο, κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας, καὶ τριηράρχους αὐταῖς, ὧν μὴ χρῆσθαι μηδεμιᾷ ἐς ἄλλο τι ἢ μετὰ τῶν χρημάτων περὶ τοῦ αὐτοῦ κινδύνου, ἢν δέῃ.

Οἱ δ' ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶ περὶ Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι 25 καὶ Κερκυραῖοι μετ' αὐτῶν πεντήκοντα ναυσὶ προςβεβοηθηκότες καὶ ἄλλοι τινες τῶν ἐκεῖ ξυμμάχων ἄλλα τε ἐκάκουν περιπλέοντες καὶ ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβάντες τῷ τείχει προς-

ἐξαίρετα — θέσθαι] i. e. *selecta seponere.* „Ceterum Athenienses, iam antequam hostes classe urbi appropinquaverant, clade Sicula accepta et Chii defectione audita, hanc legem sustulerunt. v. 8, 15.“ Popp. Mox ante Gottl. fuit θάνατον τὴν ζημίαν. v. Schaef. Appar. Crit. Demosth. Vol. 3. p. 254. Conf. Thuc. 3, 44. Deinde Heilm. opinatus est, centum quotannis naves ab Atheniensibus sepositas esse, in eodemque errore Didot. versatur. Sed Krueg. ad Dionys. p. 310. vidit, comma post ἐποιήσαντο ponendum et iungenda esse verba κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας, ut hic totius loci sensus sit: Athenienses decreverunt, ut navium, quas anno quoque habituri essent, centum selectae seponerentur, ita ut non semper easdem sepositas vellent, sed novo quoque anno novae eaedemque optimae substituerentur. Nam verbis ἐξαιρέτους ἐποιήσαντο non hoc dicitur, centum eas naves iam tum selectas fuisse, sed tantum decretum esse, ut in posterum secernerentur. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 311. Vol. 2. p. 79 sqq. 90. adn. 301. Mox infinitivus χρῆσθαι pendet ab ἔδοξεν. Non recte hoc loco usus est Matth. §. 538.

25. τῆς Λακωνικῆς] potius τῆς Μεσσηνίας. Ab aliis appellatur Mothone, nunc Modon, spatio duarum horarum Navarino distans, teste Gellio in Morea. De Mothone v. Pausan. 4, 35, 1. Alia Methone est in Macedonia, tertia inter Epidaurum et Troezenem, quae ab aliis Methana appellatur. Popp. Mox ἀνθρώπων οὐκ ἐνόντων intellige *nullo praesidio ibi collocato* ex illis militibus, qui domi remanebant ad tuendam patriam, bis tertiis militantibus foras in Attica. Usum vocis ἄνθρωποι non rarum esse pro militibus apud Xenophontem adnotavit Popp. Mox ἐπηνέθη „publico, ut videtur, decreto. Decretum ap. Plut. Vit. 10. Rhet. p. 851 sq. Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Λυκοῦργον — ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης etc. Ἐπαινεῖν in publicis decretis, quod ego quidem sciam, de ea laude dicitur, quae erat civitatis tanquam gratiarum actio erga civem, qui munere aliquo in commodum reipublicae bene functus erat. De quo honoris genere exposui in Comment. de Publicis Atheniens. honoribus ac praemiis (Lips. 1830. 8.) §. 6. p. 23.“ Westerm. Quaest. Demosth. P. 2. p. 26. Mox de verbis ἐπὶ δύο ἡμέρας v. Matth. p. 1169. Deinde τὴν κοίλην Elida Thuc. intelligit vallem Alphei, in qua Elis ipsa sita erat. Deinde λογάδας sive delectos milites, qui saepius apud Thucydidem, Herodotum et alios nominantur, perpetua stipendia meruisse et cum nostris perpetuis seu legionariis militibus comparandos videri comprobare vult Bloomf. Quem quae de Argivorum λογάσι 5, 67. narrantur, vix recte ad omnes transtulisse Popp. addidit. Mox περιοικὶς Ἠλείων quae sit, disputatur. Pisatidem Popp. intelligit, quia Phea

ἔβαλον ὄντι ἀσθενεῖ καὶ ἀνθρώπων οὐκ ἐνόντων. ἔτυχε δὲ περὶ τοὺς χώρους τούτους Βρασίδας ὁ Τέλλιδος ἀνὴρ Σπαρτιάτης φρουρὰν ἔχων· καὶ αἰσθόμενος ἐβοήθει τοῖς ἐν τῷ χωρίῳ μετὰ ὁπλιτῶν ἑκατόν. διαδραμὼν δὲ τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον ἐσκεδασμένον κατὰ τὴν χώραν καὶ πρὸς τὸ τεῖχος τετραμμένον ἐςπίπτει ἐς τὴν Μεθώνην καὶ ὀλίγους τινὰς ἐν τῇ ἐςδρομῇ ἀπολέσας τῶν μεθ' ἑαυτοῦ τήν τε πόλιν περιεποίησε καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ τολμήματος πρῶτος τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐπηνέθη ἐν Σπάρτῃ. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἄραντες παρέπλεον, καὶ σχόντες τῆς Ἠλείας ἐς Φειὰν ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ προςβοηθήσαντας τῶν ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος τριακοσίους λογάδας καὶ τῶν αὐτόθεν ἐκ τῆς περιοικίδος Ἠλείων μάχῃ ἐκράτησαν. ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου χειμαζόμενοι ἐν ἀλιμένῳ χωρίῳ, οἱ μὲν πολλοὶ ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς ναῦς καὶ περιέπλεον τὸν Ἰχθῦν καλούμενον τὴν ἄκραν ἐς τὸν ἐν τῇ Φειᾷ λιμένα· οἱ δὲ Μεσσήνιοι ἐν τούτῳ καὶ ἄλλοι τινὲς οἱ οὐ δυνάμενοι ἐπιβῆναι κατὰ γῆν χωρήσαντες τὴν Φειὰν αἱροῦσι. καὶ ὕστερον αἵ τε νῆες περιπλεύσασαι ἀναλαμβάνουσιν αὐτοὺς καὶ ἐξανάγονται ἐκλιπόντες Φειάν, καὶ τῶν Ἠλείων ἡ πολλὴ ἤδη στρατιὰ προςεβεβοηθήκει. παραπλεύσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ ἄλλα χωρία ἐδῄουν.

26 Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον οἱ Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναῦς ἐξέπεμψαν περὶ τὴν Λοκρίδα καὶ Εὐβοίας ἅμα φυλακήν· ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Κλεόπομπος ὁ Κλεινίου. καὶ ἀποβάσεις ποιησάμενος τῆς τε παραθαλασσίου ἔστιν ἃ ἐδῄωσε καὶ Θρόνιον

πλεύσαντες κατήγαγον· καὶ τῆς ἄλλης Ἀκαρνανίας τῆς περὶ θάλασσαν ἔστιν ἃ χωρία βουλόμενοι προςποιήσασθαι καὶ πειραθέντες ὡς οὐκ ἠδύναντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. σχόντες δ' ἐν τῷ παράπλῳ ἐς Κεφαλληνίαν καὶ ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς τὴν Κρανίων γῆν, ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτῶν ἐξ ὁμολογίας τινὸς ἄνδρας τε ἀποβάλλουσι σφῶν αὐτῶν ἐπιθεμένων ἀπροςδοκήτοις τῶν Κρανίων, καὶ βιαιότερον ἀναγαγόμενοι ἐκομίσθησαν ἐπ' οἴκου.

34 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι οἱ Ἀθηναῖοι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ

de viris inauditum sit. Mox ἐξ ὁμολογίας intellige: *pactione aliqua*, in qua exsequenda fide non stabant.

34. νόμῳ] Hanc sive legem sive consuetudinem (fortasse lege nixam) non ad primos caesos spectare, sed ad caesos in bellis universos et notum est, et paulo inferius multis docet Bloomf. Popp. De tota ratione Atheniensium caesos milites sepeliendi v. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 121, 26. 389. Mox ταφὰς ἐποιήσαντο idem est quod ἔθαψαν, quae vox, ut latina *sepelire* et *humare*, interdum idem quod καίειν τὰ σώματα significat. v. Interpp. ad Sueton. Domit. 15. et ad Tacit. 2. Annal. 73. Hic autem de tota ratione funeris sive exsequiarum, quibus ossa condita sunt, cogitandum esse, Popp. monuit. Quos autem scriptor dicit πρῶτον ἀποθανόντας, eos significari puto, de quibus scriptum est c. 22. Scriptor Graecus de Epitaphio apud Westerm. Quaestt. Demosth. P. 2. p. 86. ait de caesis apud Rhitos (v. cap. 19,) hanc orationem habitam esse; at ibi nulli caesi esse videntur. Dionysius Iud. de Thuc. c. 18. Thucydidem accusans, quod hanc orationem a Pericle nunquam habitam ea de causa ementitus sit, ut Periclis persona ad opus suum adornandum uteretur, addit *tam paucos* tum cecidisse, quos praeclaro nullo facto facinore si publice laudari voluissent, ne operae pretium quidem Athenienses facturos fuisse. Ubi *tam paucos* dicit fortasse cum respectu ad verba Thucydidis c. 22. καὶ ἀπέθανον τῶν Θεσσαλῶν καὶ Ἀθηναίων οὐ πολλοί. His Popp. propter eos, qui hac oratione laudati sunt, addit Pausan. 1, 29, 5. Nihil definiri potest ex Luciano De Conscr. Hist. c. 26. Vol. 4. p. 188. Bip. Mox τὰ ὀστᾶ Bloomf. intelligit non ea, quae post cremationem mortuorum reliqua fuerint, sed sceletum carne nudatum et quam optime praeparatum et ornatum, modo a more veterum prorsus abhorrente. Deinde verbum προτίθενται proprium de hac re, ut docet Eichst. de Imag. Rom. P. 1. p. 29, 32. Latini *proponere*. Et πρότριτα „significat *tribus diebus ante* funerum elationem i. e. ex ratione Graecorum computandi, primo die mensis, si funus tertio mensis efferendum fuisset. Funera vulgaria efferebantur postridie quam proposita erant, et sepeliebantur ante ortum solem. v. Demosth. adv. Macart. p. 1071. Reisk. et Cicer. de Legg. 2, 26.“ Arn., cui Popp. opponit locum Arist. Lys. 611. De v. πρότριτα v. Phot. Suid. Phavorin., apud quem pro προτριτάτῃ τρίτῃ legendum πρότριτα, τῇ τρίτῃ. Aliter Hesych. Adde Interpp. ad Polluc. 8, 146. Conr. Orell. ad Isaei Or. de Hered. Menecl. in I. C. Orell. ed. Isocr. π. ἀντιδόσ. p. 498 sq. Paulo post σκηνήν tentorium non circumcirca tectum videri fuisse, quia nullum vulgare tentorium satis magnum sit, sunt qui existiment. Verbum ἐπιφέρει etc. ita reddit Heilm.: und während dieser Zeit versiehet ein jeder die Seinigen darunter mit dem beliebigen Todtengepränge, et verbum de quovis honore praestito cum eodem intelligit C. Fr. Web. in Abh. über Pericl. Standrede (Darmst. 1827) adn. 78. Deinde λάρνακας esse arcas

ρῶτον ἀποθανόντων τρόπῳ τοιῷδε. τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται
ῶν ἀπογενομένων πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει
ῷ αὑτοῦ ἕκαστος ἤν τι βούληται. ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ,
ἀρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι φυλῆς ἑκάστης μίαν·
νεστι δὲ τὰ ὀστᾶ ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ
έρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναί-
εσιν. ξυνεκφέρει δὲ ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων, καὶ
υναῖκες πάρεισιν αἱ προςήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον ὀλοφυρόμεναι.
θέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου
ροαστείου τῆς πόλεως, καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ
ῶν πολέμων πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι· ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ

gneas opertas, seu sandapilas post Reimarum ad Dionem Cass. p. 1072.
opp. monuit. Mox κλίνην κενὴν illustrat Dorv. ad Charit. p. 415.
e omni autem ritu sepeliendi conf. legem apud Demosth. contr.
Macart. p. 1071. Cyparissinae illae arcae fuerunt, quod cupressus morti
ıcra arbos fuit. Vid. C. Fr. Web. l. c. adn. 79.

ἧς — φυλῆς] i. e. τὰ ὀστᾶ ἑκάστου ἔνεστι τῇ λάρνακι τῆς φυλῆς
; ἦν. Iac. in Atticis. Mox ἐστρωμένη Bloomf. interpretatur covered
ith a pall. De verbis οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν v. Matth. p. 1024. Porro
υνεκφέρειν in privatis funeribus non licebat. Conf. Web. l. c. p. 14.
ln. 81. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 80. Neque ex privatorum fune-
ım legibus parentibus ultra sobrinas adesse licebat. v. Demosth. adv.
Macart. p. 1071. Mox σῆμα Popp. recte negat totum Ceramicum ex-
riorem appellari, quae fuit Scholiastae opinio, nam hoc σῆμα tantum
ırs eius fuisse videtur. Et Thuc. illud σῆμα dicit fuisse ἐπὶ τοῦ
ιλλίστου προαστείου. Ipsum autem σῆμα idem intelligit locum se-
ılcris inservientem et instructum, πολυάνδριον, quatenus monumentis
rnatum erat. Conf. Boeckh. C. I. Vol. I. p. 304. b. med. Hinc ap-
ıret, male Westermannum Quaestt. Demosth. P. 2. p. 85. in scriptore
ıo emendare χώματι pro σώματι. Emendandum σήματι. Deinde pul-
ıerrimum quod dicit suburbium Ceramicus extra urbem fuit. Vid.
ausan. 1, 29, 2 sqq. Harpocrat. et Timae. in v. Κεραμεικός. Leak.
then. p. 322. vers. Germ. Web. Abhandl. etc. adn. 82.

καὶ ἀεί] Engelh. ad Plat. Menex. 13. publicas exsequias in Cera-
ıico primas factas esse a. 456 vel 457. ant. Chr. suspicatur ex his
erbis: οὗτοι (victores apud Oenophyta) πρῶτοι μετὰ τὸν Περσικὸν
όλεμον — ἐν τῷδε τῷ μνήματι τιμηθέντες ὑπὸ τῆς πόλεως ἐτέθησαν.
uod quum his verbis Platonis non necessario efficiatur, Popp. re-
pondit redargui testimonio Thucydidis et Pausaniae 1, 29, 4. ἔστι δὲ
αὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις, ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυ-
αχίαις καὶ ἐν μάχαις πεζικαῖς, πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνί-
αντο· τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι δι' ἀνδραγαθίαν· οἱ
ὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδημίαν. „Idem scriptor
Popp. addit), quamquam mox ad Drabescum [466] caesos primos in
Ceramico humatos esse dicere videtur, tamen §. 5. sepulcrum Athenien-
ium, qui ante Medorum expeditionem [492] contra Aeginetas pugna-
erint, et §. 14. eorum, qui ad Eurymedontem [469] ceciderint, ibidem
n Ceramico esse narrat. Conf. Web. Abh. etc. p. 10. adn. 50.“ Eo-
um, qui ap. Artemisium et Salamina interfecti sunt, ossa in Ceramico
ita esse nescimus; eos, qui apud Plataeas ceciderunt, ibi sepultos esse
lisertis verbis negat Herodot. 9, 85. Mox de verbis ἐκ τῶν πολέμων
etc. v. Matth. §. 596. d.

τὴν ἀρετὴν κρίναντες αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώσει προήκῃ,

αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον] v. Pausan. 1, 29, 4. 32, 3. „Qui Athenis publice sepeliuntur, eorum ossa lecta deferuntur in Ceramicum; cremantur caesi ibi, ubi castra sunt, sed iusta fiunt cineribus in patria. — Semper ossa Athenas deportata et sepulta ibi sunt; soli Marathonii victores in ipso pugnae loco sepulti sunt: qui vero reperiri non potuerunt, iis cenotaphium condi solebat." Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 301.

ᾑρημένος] Cic. de Legg. 2, 26. *Nec de mortui laude ab alio, nisi si quis publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat.* „Teste Platone Menex. 1. p. 234, et 2. p. 235., quocum Aristid. Vol. 2. p. 85. consentit, non populus, sed senatus orationem funebrem habituros elegit, haud dubie nomine populi, id quod etiam generatim nomine πόλις exprimitur, velut ab Lys. Vol. 5. p. 50. Reisk. Demosth. Vol. 2. p. 1389. Cic. de Legg. 2, 26. 65. Apud Diod. tamen 18, 13. et Demosth. pr. Cor. p. 321. Reisk. legitur ὁ δῆμος." Web. Abh. etc. adn. 84. Popp. conferri iubet Schoem. de Comit. Athen. p. 307. cap. 10. extr.

ὃς ἂν] Recentioribus temporibus aliter institutum fuisse dicit Web. adn. 85. et 106. Conf. Westerm. Quaestt. Demosth. P. 2. p. 43. 45. Mox pro ἀξιώσει vulgo scribebatur ἀξιώματι, utrumque promiscue dicitur pro ordine ac fortuna, et dignatione, quae ex illis consequitur. v. Krueg. ad Dionys. Indic. s. v. ἀξίωσις. Secutus sum h. l. plures et meliores libros. Paulo post de verbis ἐπ' αὐτοῖς v. Matth. p. 1168. ε. Demosth. or. Lept. p. 499. Wolf. ed. pr. hunc morem publicae laudationis vindicat solis Atheniensibus. Dionys. A. R. p. 885. hunc ritum antiquiorem apud Romanos fuisse scribit, quam apud Graecos. Demosthenem Gottl. excusat inscitia rerum Romanarum. At Fr. A. Wolf. ad or. Lept. p. 362., postquam negavit, Athenienses ullas publicas sepulturas novisse, nisi eorum, qui in bellis pro patria cecidissent, addit: „Postremum hoc si Wessel. cogitasset ad Petit. Legg. Att. p. 603., cavisset sibi ab errore, nuper repetito per Gottl. Etenim ut Demosthenes gnarus fuisset rerum Romanarum, eadem ratione scribere ista potuit: μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων. Quippe laudationes funebres memorat haud privatas, quales Roma noverat, sed publicas et populi iussu celebratas. Quem talem morem Atheniensibus solis recte vindicari, colligas partim ex eo, quod nusquam simile quidquam de alia natione Graeciae memoratur, partim etiam ex verbis Aristidis Vol. 1. p. 190., licet ab hoc rhetore Demosthenis locum respici dixeris. Ipsius autem huius moris vera origo et institutio a tempore Persici belli repetenda, auctoribus Diod. Sic. 11, 33. et Dionys. A. R. 5, 17." Conf. Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 82. C. Fr. Weber. Abh. etc. p. 2 sqq. Huepeden. de Pericl. laudat. funebr. p. 8 sq. Diod. autem non solum defunctorum laudes primum post pugnam Plataeensem ab oratoribus delectis celebratas esse tradit, sed etiam certamen ad honorandos milites caesos institutum esse. Ad hos ludos quod attinet, Thuc. 3, 58. et Plut. V. Aristid. 21. dicta a Diodoro confirmat. Westerm. Quaestt. Demosth. P. 2. p. 24. et prius in Comment. de publ. Athen. honoribus etc. p. 59 sq. hanc sententiam aperuit, Aristidem primum post pugnam Plataeensem hanc laudationem instituisse, contra quam Web., qui Cimonem auctorem laudationum funebrium prodiderat, contra etiam quam Huepeden., qui p. 9. Themistoclem suspicatur eius instituti auctorem fuisse. Idem Westerm., cum Wolfio consentiens: „Romani, ait, semper tantum singulos praeclaros viros, Athenienses una omnes in bello cae-

ει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα· μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρ-
ται. ὧδε μὲν θάπτουσι· καὶ διὰ παντὸς τοῦ πολέμου, ὁπότε

milites huius honoris participes esse volebant, quamquam sunt, qui
enis quoque antiquo tempore de singulis hominibus laudes funebres
auctoritate publica habitas esse censeant. Id quod perperam, opi-
colligunt ex duobus locis dignissimis, qui conferantur, altero Plut.
10. Oratt. p. 851. 852., altero Diog. Laert. 7, 11. (Nam populi-
s hic memoratis laudandis viris laudatio decreta est mortuis et al-
quidem decimo anno post mortem, alteri praeter laudationem sci-
in marmore ponendam sepultura publica.) Quo si addideris, nul-
esse scriptoris locum, ex quo vel postero tempore in unius pri-
hominis mortui honorem iussu populi epitaphium esse dictum ma-
sto colligas, de laudatione funebri his locis plane non est cogitan-
ι." Idem Weberum putat multum a vero aberrasse, qui Gorgiam
ium omnium orationem funebrem habuisse contenderit, et quidem
pugnam ad Eurymedontem Ol. 77, 3. (469.), aut, ut postea voluit,
39, 1. (424.), post cladem Atheniensibus ad Delium illatam. Ac
s quidem verum esse negat, quia Gorgiam ante Ol. 88, 2. (427.)
Graeciam non venisse, ipse Web. demonstret. Ac si orationem
t Gorgias Ol. 89, 1. (424.), non primum dixisse, quia Pericles, qui
n Gorgias in Graeciam veniret, iam mortuus erat, in eodem ora-
is genere iam Ol. 85, 1. (440.) versatus fuerit. Ac si primus hoc
ore Gorgias dixerit, ne Cimonem quidem (mortuum Ol. 82, 3. sive
) auctorem publicae laudationis funebris fuisse. Haudquaquam
ι verisimile esse, primam orationem funebrem vicesimo quinto de-
ι anno post mortem eius habitam, qui vivus adhuc et haud dubie
ta modo occasione eiusmodi orationem habendam constituisset.
it, recte iam ab aliis monitum esse, Gorgiam, quum non esset
niensis, non potuisse a populo aut senatu ad Athenienses publice
andos eligi, et videri de iis, qui ex quo in morem venerat, publice
lti essent, non de iis, qui in una pugna cecidissent, Gorgiam di-
ι. Denique persuasum sibi esse profitetur, Gorgiae epitaphium de-
ationem fuisse sive in theatro sive in schola recitandam. Restant
nunc tales conciones ex antiquitate quatuor: Periclis Thucydidei
Platonis in Menexeno — Lysiaeque et Demosthenis. De his epita-
s v. Westerm. Quaestt. Demosth. P. 2. p. 32 sqq. Popp. Commentt.
132. Demosthenis, quae hodie prostat oratio, eam iam obelis
rum criticorum confossam esse, praeter alios docet Taylor. Lectt.
c. 3. De ea oratione v. Westerm. l. c. p. 49 sqq. Popp. Com-
tt. 2. p. 132 sq. „Lysiacam, ait Fr. A. Wolf., critici adhuc tolera-
patientius." v. Dahlm. Forsch. 1. p. 19 sqq.
διὰ παντὸς τοῦ πολέμου] Ita ii humati sunt, qui Sphacteria ex-
sata, — qui apud Delium — apud Amphipolim cum Cleone —
in Sicilia — in Hellesponto — ad Arginusas et in bello civili a.
perierant. Circa annum 400. autem, vix prius, solennia in de-
torum memoriam quotannis celebrari coepta esse, vel ideo suspi-
licet, quod bellum Peloponnesiacum, ut saepius iusta funebria
rent, postulabat. Idem Plato — Cicero — Isocrates — rhetores
tides — Alexander — Cyrillus contra Iulianum testantur. Quam-
autem, quamdiu loquacitas Atheniensium minor erat, non quotan-
orationes habitae fuerint, id posteris temporibus, quibus Polemarchi
erat, hanc orationem laudatoriam defunctorum habere, haud du-
factum est. Web. Abh. adn. 88. et p. 18. coll. adn. 106. et Westerm.
est. P. 2. p. 45. Mox in verbis καιρὸς ἐλάμβανε habent καιρὸν
(in cuius marg. καιρός), It. Vat. H. G. „Si καιρόν vera scriptura

ξυμβαίη αὐτοῖς, ἐχρῶντο τῷ νόμῳ. ἐπὶ δ' οὖν τοῖς πρώτοις τοῖςδε Περικλῆς ὁ Ξανθίππου ᾑρέθη λέγειν. καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἐλάμβανε, προελθὼν ἀπὸ τοῦ σήματος ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν πεποιημένον, ὅπως ἀκούοιτο ὡς ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ὁμίλου, ἔλεγε τοιάδε.

35. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη ἐπαινοῦσι τὸν προςθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν. ἐμοὶ δ' ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει εἶναι ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων ἔργῳ καὶ δη-

esset, ἔλαβε flagitaretur. Deinde vero ipsa sententia καιρόν non admittit; hoc enim *postquam opportunitatem* invenit significaret; eam autem ut exquireret et eligeret, non erat in eius potestate, sed *quum tempus appropinquaret*, ei dicendum erat, propterea quod res ei erat demandata." HERM. ap. POPP. Interpp. comparant Dionys. A. R. 10. p. 2141. Dion. Cass. p. 393, 21. Herodian. 1, 15, 5. Denique ἐπὶ βῆμα intellige in Ceramico extra urbem.

35. De ista oratione funebri Periclis v. Dahlm. Forsch. Vol. 1. p. 22 sq. Westerm. Quaest. Demosth. p. 2. p. 29 sqq. Ante istam aliam in honorem militum in bello Samio caesorum dixerat Ol. 85, 1. (440.), quam memorat Plut. V. Pericl. 8, 28. Ex hac priori oratione desumta putant, quae habet Aristot. Rhet. 1, 7. ut dicta a Pericle in Epitaphio, (v. Westerm. l. c. p. 29. init.) quae verba Periclis editores comparaverunt cum Herodoteis 7, 162. Plutarchus autem priori loco teste Stesimbroto ex eadem priori oratione Periclis nonnulla verba praeter ea, quae modo memoravi, affert. Periclem ipsum nihil scriptum reliquisse, et in quantum Thucydides veram illius orationem secutus videri possit, exponunt C. Fr. Web. Abh. etc. p. 21 sqq. et Kutzen. de Pericl. p. 142. §. 8—15.

οἱ μὲν πολλοί] Ante hanc orationem iam plures alias dictas esse, ut ex hoc exordio, ita ex Pausan. 1, 29, 4—14. eos, qui publice in Ceramico sepulti sunt, recensente (quos etiam orationibus praedicatos esse, verisimile est), atque ex aliis coniicere possumus, etsi illarum omnium nihil nobis superest, et ne nomina quidem oratorum novimus. WEB. Abh. p. 5. conf. p. 15. Mox τὸν προςθέντα intellige *qui legi pro patria defunctos publice sepeliri iubenti hanc orationem* sive *funebris orationis habendae consuetudinem addidit*. POPP. Schol. ait τὸν προςθέντα Solonem fuisse. Hoc falsum esse, patet ex supra dictis. In eodem tamen errore est Anaximenes rhetor ap. Plut. V. Poplic. 9. Tellum Atheniensem, propter fortitudinem pro patria exhibitam, publice sepultum esse narrat Solon apud Herodot. 1, 30., quare Huepedenio de Pericl. laudat. funebr. p. 7. 9. Solon hunc morem publicae sepulturae videtur lege sanxisse, quum praesertim Diog. Laert. 1. §. 55. p. 37. Solonem testetur modis omnibus favisse memoriae virorum fortium, qui pro patria pugnantes occubuissent. At „τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ ὀψέ ποτε Ἀθηναῖοι προςέθεσαν Dionys. A. R. 5, 17." HUDS. Dein ad ὡς καλόν supple ὄν, quod Reisk. additum volebat; at v. Matth. p. 1123. not. Sinten. Praef. ad Plut. V. Themist. p. XLIX. Dionysius (de C. V. p. 232. Schaef.) in suo cod. invenisse ὡς καλόν γ' Uptono (p. 235.) visus est, quia Dionysius de cretico his verbis contento loquatur. At v. Schaef.

ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει] Mehlh. in Iahn. Annal. Philol. 914. p. 382. ἄν refert ad ἐδόκει, quia aliter imperfectum non legitimum sit. Sententiam dicit hanc esse: Ich würde meinen (wenn ich noch zu entschei-

*λοῦσθαι τὰς τιμάς, οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε, καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρε-*

den hätte), es wäre hinreichend, Männern, die sich durch Handlungen Auszeichnung erworben, durch eine Handlung auch die verdiente Ehre zu bezeigen, wie ihr auch jetzt bei der öffentlich veranstalteten Bestattung wahrnehmet. Ex contrario poni ait *ἐπειδὴ δὲ ἐδοκιμάσθη*. Contra ea Haack. *ἂν* iungit cum *εἶναι*, convertendum enim esse *videbatur*, non *videretur*. Conf. Osiand. Obss. Fasc. 3. p. 12. Mea de h. l. sententia haec est: *Ἐδόκει ἂν* significat es würde mir geschienen haben und noch scheinen, unde sequitur, ei non iam sic videri, neque unquam ei sic visum esse. Atqui sequentia docent, ei usque sic videri, siquidem argumenta pro opinione sua affert. Qui dicit: pecuniam dedissem, et etiamnunc darem, si mihi pecunia esset, is scilicet nunquam pecuniam dedit. Qui dicit: mihi visum esset et etiamnunc videretur, si lex sivisset, ei scilicet nunquam visum est. At *ἐδόκει* sine *ἂν* dicit, ei sic visum esse, et sequentia docent, ei usque sic videri, sed eum opinionem suam nolle sequi, imo institutis maiorum obsequi. *Ἂν* igitur mihi longe rectius cum *εἶναι* iungi videtur. Conf. exemplum Thuc. 3, 89. apud Matth. §. 598. a. De ipsa sententia scriptoris v. Wieland. in Mus. Att. 1. p. 270. „Pericles Thucydideus eis se non posse adstipulari confitetur, qui auctorem legis, quod sepulturae laudationem addidisset, impense laudent; quum enim difficile sit, ad veritatem accommodate dicere, invidiam excitari atque diffidentiam; parendum tamen esse consuetudini. Id quod iam pridem Thucydidi tribuendum esse duxi, quippe paululum succensenti ei, qui invitus quondam atque nescius effecisset, ut historia rerum Graecarum aliquanto facta esset mendosior. Himerius haud dubie h. l. Thucydidis respexit or. 2. exord. Item Polemo or. 2. init., quamquam hunc potius Platonem Menex. 5. p. 236. exscripsisse dixerim. Quare quod nimis obscure significat Schleierm. 2, 3. p. 367., ut Plato Thucydidis orationem nonnunquam in mente habuerit, his verbis evincitur: *ὁ νόμος προστάττει ἀποδοῦναι τοῖς ἀνδράσι* καὶ *χρή*. Quod quum non intellexisset Dionys. d. adm. vi Dem. p. 1031., vehementer vituperavit.“ WESTERM. Quaestt. Dem. P. 2. p. 53 sq. Orationem Periclis Thucydideam in Menexeno obscure significari, iam Dionys. de Demosth. p. 1027. animadvertere sibi visus est. (Conf. Schleierm. 2, 3. p. 532.) v. C. Fr. Web. Abh. p. 23.

*ἐν ἑνὶ ἀνδρί*] *Ἐν* pauci quidam libri om. sed praepositio satis defenditur simili loco Thuc. 8, 9. et agnoscitur a Luciano Piscat. 23. Vol. 3. p. 141., qui ex praesenti loco haud dubie sua duxit: *ὅρα, σὲ μόνον προεστησάμεθα, καὶ ἐν σοὶ τὰ πάντα ἡμῶν νῦν κινδυνεύεται, ἢ σεμνότατα δόξαι, ἢ τοιαῦτα πιστευθῆναι, οἷα οὗτος ἀπέφηνε.* Adde Isocr. Paneg. c. 24. p. 58. de Pac. 4. et quae Popp. addit ac Bloomf., in his Cic. Cat. 1, 5. *Non est in uno homine salus periclitanda reipublicae.* Tenendum autem, praepositionem *ἐν* cum activo *κινδυνεύειν* alio sensu his locis poni, quam eandem cum passivo *κινδυνεύεσθαι*, ut Popp. monuit. Nam *κινδυνεύειν ἐν πόλει* est *urbem in periculum adducere*, *mit* der Stadt sich in die Gefahr begeben; at *ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνεύεται* est *periclitatur in uno viro* h. e. *εἰς κίνδυνον ἄγεται, ἐν κινδύνῳ ἐστὶ διὰ ἑνὸς ἀνδρός*, *durch* Einen Mann in Gefahr gebracht werden. Etenim haec phrasis sumta videtur de lapide vel simili, quo quis pedem offendat, ut titubet et procidat, ut a Thuc. 2, 65. dicitur *ἐν σφίσιν ἐσφάλησαν* i. e. ipsi quasi erant, in quo offenderent pedem et procideren. Itidemque dicas *κινδυνεύεται ἔν τινι* sive re sive persona, quasi lapide, in quo ne pedem offendas et labaris periclitaris

τὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιστευθῆναι. χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀλη-

i. e. durch eine Person oder Sache in Gefahr kommen. Neque tamen in activa forma κινδυνεύειν ἔν τινι (ubi ἐν est *mit* etwas Gefahr bestehen), haec explicatio per metaphoram offensionis in lapide vel simili locum habet. Mox ἀρετάς converte *existimationem virtutum* sive Anerkennung der Trefflichkeit. Porro minus recte Doederl. Specim. nov. edit. Soph. Trag. p. 28. adn. tradit εὖ τε καὶ χεῖρον dictum esse pro ἢ εὖ ἢ χεῖρον. Nam τέ — καί referenda sunt non alio quam ad πιστευθῆναι, ut sit πιστευθῆναί τε εὖ εἰπόντι καὶ πιστευθῆναι χεῖρον εἰπόντι. Unde patebit, ne dici quidem potuisse ἢ εὖ ἢ χεῖρον. Hoc χεῖρον autem referendum ad illos, quibus eloquentia destitutis accidere potest, ut orationem habeant, in qua non dignis laudibus virtutes caesorum ornent, et ita ingenii sui culpa laudes eorum imminuant. Εἰπόντι autem sic intellige: *non minus quum male, quam quum bene loquutus est*. Recte igitur habet aoristus, nec opus est praesenti λέγοντι et minus etiam λέγοντι ἄν. Et πιστευθῆναι est *credi* sive *verum existimari* i. e. der Glaube. Equidem infinitivum hunc convenienter cum loco Lucianeo ex Piscatore explico: quemadmodum enim ille dixit πάντα κινδυνεύεται ἢ σεμνότατα δόξαι ἢ τοιαῦτα πιστευθῆναι, sic praesenti loco item repetito κινδυνεύεσθαι sensus erit: κινδυνεύεσθαι ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς, κινδυνεύεσθαι πιστευθῆναι εὖ τε εἰπόντι καὶ χεῖρον εἰπόντι i. e. *periclitari in uno viro existimationem virtutis multorum, periclitari credi ei non minus, qui male, quam qui bene loquutus sit*. Ut πιστευθῆναι in epexegesi sit. v. Matth. §. 532. d. Ab eodem p. 1044. b. Popp. monuit, verba Thucydidis ita explicari, quasi scriptum sit μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κ ι ν δ υ ν ε ύ ε ι ν πιστευθῆναι. Gottl. ita locum exposuit: Neque fides virtutis multorum in bello declaratae mihi videtur in periculo versari debere ab unius oratoris vel dicendi arte vel infantia. Ex hac explicatione verba ab auctore ita constituenda fuissent: μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνεύεσθαι τὸ πιστευθῆναι ἀρετὰς πολλῶν ἢ εὖ ἢ χεῖρον εἰπόντι. Popp. particulam ὥςτε intelligendam dicit: es müsse nicht die Trefflichkeit Vieler durch einen einzelnen Mann aufs Spiel gesetzt werden, nämlich so, dass ihm sowohl, wenn er gut als auch wenn er schlechter gesprochen hat, geglaubt werde. At ὥςτε alio sensu suppleri, nec opus esse coniunctione ea suppleta, docet Matth. §. 532. d.: es könnte hier auch ὥςτε stehen, nur mit dem Unterschied, dass ὥςτε die Folge einer vorhergehenden als vollständig gesetzten Handlung; der blosse Infinitiv aber die genauere Bestimmung eines vorher in seiner Beziehung unbestimmt gedachten Verbi (κινδυνεύεται) ausdrückt. Etiam H. Steph. supplet ὥςτε, ut perinde sit, ac si Thuc. locutus esset: καὶ μὴ ὑφ' ἑνὸς ἀνθρώπου πολλῶν ἀρετὰς εἰς κίνδυνον καθίστασθαι, ὥςτε ἢ εὖ ἢ χεῖρον περὶ αὐτῶν εἰπόντι πιστευθῆναι. Recte tamen Steph. addit: „improprie dicit εὖ εἰπόντι, quum satis esset χεῖρον εἰπόντι, quia non ἀπὸ τοῦ εὖ εἰπόντος, sed ἀπὸ τοῦ χεῖρον εἰπόντος periculum esse potest.“ Verbis χαλεπὸν γὰρ etc. explicatur, qui accidere possit, ut aliquid κακῶς i. e. οὐ μετρίως sive virtuti defunctorum non convenienter dicatur. Et μετρίως Phot. explicat per συμμέτρως, citatis his ipsis verbis Thucydidis. Vall. convertit: *arduum enim, in dicendo servare temperamentum*, quam interpretationem commendans H. Steph. hanc esse Periclis mentem dicit: „Difficile enim est ita modum servari ab eo, qui dicit, ut res nihil nec minuantur nec augeantur, quum ex iis sint, de quibus dicendo vix effici potest, ut quales revera sunt, tales videantur.“ Mox ἐν ᾧ est *in ea re, in qua* sive in einem Falle, in welchem etc.

θείας βεβαιοῦται. ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι, ὅ τε ἄπειρός ἐστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι, διὰ φθόνον εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. ἐπειδὴ δὲ τοῖς πάλαι οὕτως ἐδοκιμάσθη ταῦτα καλῶς ἔχειν, χρὴ καὶ ἐμὲ ἑπόμενον τῷ νόμῳ πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν ὡς ἐπὶ πλεῖστον. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν 36

ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας] Phavorin. ἡ δόκησις — ὑπόληψις. Thuc. 3, 43. τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν, des nicht begründeten Wahnes, dass wir bestochen seien. H. l. significatur, arduum esse firmare opinionem in auditoribus, quae a veritate non recedat. Καί autem, quod est ante ἡ δόκησις, hunc sensum habet: Difficile est modum servare in dicendo, et dictis exaequare facta explorata et non dubia, si magna et gloriosa sunt; difficile item illud, ubi vix *vel* opinionem stabilias, quae cum veritate congruat. Etenim sive auditores rei gnari sunt et defunctis bene cupiunt, sive ignari et non bene cupiunt, utrosque difficile est veritatis sensu imbuere, nam illis facile malignius de virtute defunctorum dictum videbitur; his propter obtrectationem nonnulla redundare videbuntur, si quid supra se, quodque se praegravet, dictum audiant. Vid. Sallustii locum paulo inferius adscriptum. De forma adverbii ἐνδεεστέρως v. Elmsl. ad Eurip. Heracl. 544. Ad verba ὅ τε ἄπειρος Schol. recte supplet καὶ μὴ εὔνους, nam praecessit ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους, et sequitur δι' ἀπειρίαν καὶ φθόνον. Porro in sententiam verborum μέχρι — ἤκουσε coeunt dicta a Sallustio Cat. 3. *Arduum videtur, res gestas scribere: primum quod facta dictis sunt exaequanda, dehinc quia pleraque, quae delicta reprehenderis, malivolentia et invidia dicta putant: ubi de magna virtute et gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit: supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.* Adde Caecinam in Cic. Ep. 6. Fam. 7. Vellei. Paterc. 2, 92. Isocr. Paneg. c. 82. p. 62. Bekk. Denique Popp. monuit imitationis Luciani Imag. 2. et addit Cic. Tusc. Qu. 2, 1. Orat. 7. Porro in verbis ὑπερβάλλοντι αὐτῶν Schol. pronomen refert ad ἔπαινοι, potest referri etiam ad auditores, ut sit: *iis autem, quae ipsorum vires exsuperant, invident.* Nam ὑπερβάλλειν etiam cum genitivo construitur, ut ab Hom. Il. 23, 847. et v. Heind. ad Plat. Gorg. p. 97. Matth. §. 358. 2. Popp. addit tertiam viam, ut αὐτῶν neutrum sit, et referatur ad verba ἃ ἂν ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαι, *illi, quod exsuperat ea, quae quis se assequi posse confidat, invidentes iam et increduli sunt.* Neutrum genus αὐτά confirmare videntur loci Luciani et Sallustii, paulo superius adscripti, ut Popp. monuit. Et „satis nota est intransitiva vis verbi ὑπερβάλλειν. Conf. 7, 67. 2, 45.“ Haack., quibus Popp. addit Isocr. Panath. 13. Himer. Ecl. 36, 15. Dion. Cass. 56, 35. Paulo post ἐδοκιμάσθη significat *iudicatum est, probandum esse*, v. Walth. ad Tac. 1. Ann. 58., quem Popp. citavit.

βουλήσεως — δόξης] Schol. βουλήσεως μὲν πρὸς τὸ εὔνοια, δόξης δὲ πρὸς τὸ ἄπειροι i. e. studendum est, ut et ex sententia benevolorum dicam (πρὸς ἃ βούλεται supra dixerat), et ex iudicio, quod alteri de defunctis conceperunt. Deinde τὸ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ait Schol., καλῶς· οὐ γὰρ δυνατὸν πᾶσιν ὁμοίως ἀρέσκοντα λέγειν, ἀλλὰ καὶ μέσως πως, ἵνα μήτε φθόνον μήτε ψεῦδος δόξῃ λέγειν.

προγόνων πρῶτον· δίκαιον γὰρ αὐτοῖς καὶ πρέπον δὲ ἅμα ἐν τῷ τοιῷδε τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι. τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν. καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν· κτησάμενοι γὰρ πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν προςκατέλιπον. τὰ δὲ πλείω αὐτῆς αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ ἐπηυξήσαμεν, καὶ

36. *καὶ πρέπον δέ*] *καὶ* est *etiam*, *δέ* particula copulativa pro Latino *et*. v. Matth. p. 1261. not. t. Mox *διαδοχῇ* apparet cum *οἰκοῦντες* iungendum esse, et continetur his verbis locus ille communis de Atheniensibus autochthonibus, quem nullus orator in Athenarum laudibus omittere audebat. „Hinc Phalaris in Epist. ad Athenienses eos sic alloquitur: ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι, imo Menand. in lib. de Encomiis ed. Heeren p. 81. eos μεθ' ἡλίου γενέσθαι dicit. Conf. Meurs. de Fortitud. Athen. init. Quod argumentum pro se ridiculum (neque deerant qui Athenienses hanc ob causam irriderent, ut Antisthenes, qui bruchis eos atque cochleis nihilo nobiliores esse dixit, v. Diog. Laert. 6, 1.), ut concedam epitaphio accommodatissimum esse, multum tamen refert, quo artificio orator efficiat, ut illud alicui honori ducendum esse videatur. Ac Thuc. quidem et Lysias hanc rem obiter tantum et quasi in transcursu perstrinxerunt. Uberius tractat et admodum facete Plato etc.“ Westerm. Quaestt. Demosth. P. 2. p. 56 sq. Deinde „verba πρὸς οἷς ἐδέξαντο ad τὴν χώραν antea nominatam, ideoque ad solam Atticam pertinent, quam unam proavi Atheniensium ad Persica usque bella possidebant; quibus finitis demum ab avis et parentibus Atheniensium bello Pelop. viventium totum imperium comparatum est.“ Popp. Mox verba οὐκ ἀπόνως alii cum κτησάμενοι, alii cum προςκατέλιπον iungunt. Krueg. ad Dionys. p. 127. propter collocationem verborum (quia Graeci huiusmodi adverbia in fine incisorum collocent), iungi praefert cum κτησάμενοι. Tutissimum est, nulla distinctione facta ex sensu, ut videtur, scriptoris verba οὐκ ἀπόνως in medio posita ad utrumque verbum referre. At μάλιστα iunge cum ἡμεῖς. Mox καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ sunt, qui Tacito 6. Annal. 46. *composita aetate*, vel Ciceroni De Senect. 20. *constanti aetate, quae media dicitur*. His igitur verbis significatur *aetas stans* sive *militaris*, quam etiam simpliciter *aetatem* dicebant. v. Stockm. Chrestom. Iur. Horat. Spec. 13. p. III. sqq. Dorv. ad Charit. p. 275. Interpp. ad Herodot. 7, 205. Heind. ad Plat. Charm. p. 57. Wyttenb. ad Plut. Moral. Vol. 12. p. 83. Aetas militaris apud Atticos incipiebat ab anno vicesimo, nam duobus annis prioribus περίπολοι custodiam urbium finiumque agebant. Vid. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 230. §. 123.

*ἐπηυξήσαμεν*] Schol. ταῦτα λέγει ὁ Περικλῆς διὰ τὴν Σάμον καὶ Εὔβοιαν, ἣν αὐτὸς τοῖς Ἀθηναίοις προςεκτήσατο. Hae terrae per Periclem imperio non adiectae, sed postquam defecerant, rursus in potestatem compulsae sunt, id quod satis superque constat ex Thuc. 1, 114. (coll. 40.) 115. Ac ne Thasus quidem atque Aegina per aequales belli Pelop. expugnatae sunt. Vid. 1, 101. 108. Augmenta imperii per Periclem et aequales eius post avos et patres facta intelligo socios quodammodo imperio adiunctos, qui, quum antea liberi fuissent, ineunte bello Pelop. omnes, si a perpaucis abieris, libertate exuti, subiectorum loco habiti vires et imperium impense corroborasse existimandi sunt. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 439 sq. Eodem refero aucta, per

τὴν πόλιν τοῖς πᾶσι παρεσκευάσαμεν καὶ ἐς πόλεμον καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην. ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα, οἷς ἕκαστα ἐκτήθη, ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν

solos Athenienses administrata, eorundem arbitrio expensa, Athenisque non iam Deli asservata tributa, quae quum initio sub Aristide summam effecissent 460 talentorum, a Pericle 140 talentis aucta sunt. v. Boeckh. p. 427 sq. 429. 430 sq. Adde complures urbes et insulas imperio adiectas, societatem cum barbaris, ut Sitalce, initam, longos muros intermedio muro firmatas, naves novas aedificatas, rem militarem omnem melius atque amplius constitutam, rem nauticam ad summum evectam, praeclara aedificia Periclis consilio exstructa, et alia tam multa et insignia, ut volumina de iis condi possint. Conf. Kutzen. de Pericl. p. 19. adn. Mox de βάρβαρον dicto pro βαρβαρικόν v. Schaef. Melett. cr. p. 39 sq.

*Ἕλληνα πόλεμον*] Substantivum gentile pro adiectivo. v. Greg. Cor. p. 108. Lesbonact. De Figur. p. 182. Albert. ad Hesych. Vol. 1. p. 108. Hemsterh. ad Polluc. Vol. 2. p. 1351. Elmsl. ad Eur. Heracl. 131. Schaef. l. c. p. 48. Matth. p. 796. 4. Sic *Ἑλλὰς πόλις* est apud Thucyd. 6, 62. *Σκύθης οἶμος* ap. Aesch. Prom. 2. Huic similia sunt *μῦθον Ἀρκάδα — πατέρα μῦθον* ap. Koen. ad Greg. Cor. Adde Thucyd. 4, 61. *Ἰὰς ξυγγένεια.* Thuc. 1, 131. *Κολωνὰς τὰς Τρῳάδας.* Arist. Lysistr. 325. *γερόντων ὀλέθρων.* Huius generis est etiam dicere *Λακεδαίμων* pro *Λακεδαιμόνιος.* v. Greg. Cor. p. 226. Schaef., qui dubitat de hoc usu vocis *Λακεδαίμων* in Ind. et Inserendis in Indic. Graecitatis. s. v. Exemplum Homeri, quo Matth. utitur, *γυναῖκα μαζόν* aliter intellexerunt Eustath. p. 1339, 10., aliter Greg. Cor. et Lesbonax; vere id mihi explicare videntur Lesbonax in fine glossae et Heyn. ad Il. Vol. 8. p. 600. Non raro substantiva, quae sic iunguntur, genere differunt. Huc pertinent verba *Ἕλλην γυνή*, quae ex Philemone affert Bast. ad Greg. Cor. p. 108. Conf. Lob. ad Soph. Ai. p. 272 sq. (quem Popp. arguit, male afferre Xenoph. Cyneg. 2, 4., ubi *τὴν φωνὴν Ἕλληνα* intellige *hominem, quod ad linguam attinet, Graecum*, ne putes significare *Graecam linguam*. Similiter erravisse Abreschium reprehendit, quod ex Boeoticis Pausaniae attulerit *μάχας βαρβάρους ἢ Ἕλληνας ἐνίκησεν*, ubi *μάχας* significet *in pugnis*). Versa vice invenies *Ἑλλὰς* usurpatum de viro. v. Brunck. Lexic. Sophocl. p. 718. Adde Eurip. Phoen. 1524. *τίς Ἑλλάς, ἢ τίς βάρβαρος;* ubi alter Schol. *τίς ἢ Ἕλλην ἢ βάρβαρος* interpretatur. v. Herm. ad Soph. Tr. 1049. Buttm. Gr. max. Vol. 1. p. 257 sq. Alia exempla, quae ab interpretibus afferuntur, vel corrupta sunt, vel levi mutatione sananda. Quod quidam attulerunt ex Senec. d. Benef. 5, 24. *machaera Hispania*, pridem melius exprimendum Lips. curavit *m. Hispana*. Illud non magis ferendum erat, quod Velleio imposuerant, *iuventutem Graeciam*. Credat, qui potest, genuina esse alia quaedam prolata a Taubmanno ad Plaut. Asin. 1, 1, 85. *audaciam Graeciam — Libyam palaestram*, qui meri sunt librariorum errores. Quod Lesbonax apud Hom. Il. 5, 461. scribit *Τρῶας στίχας*, pridem rectius legitur *Τρῳὰς στ.* v. Lob. ad Soph. Ai. Eodem modo accentus mutatione adiectivum a substantivo discernunt in Od. 11, 539. *ἀσφοδελὸν λειμῶνα.* Denique ad usum linguae, quem hic tractamus, non pertinent loci, ubi alterum substantivum in appositione est, ut *Μακεδόνες ἱππῆς* apud Thuc. 1, 62. 63.

*πόλεμον ἐπιόντα*] Similia, ut ipsum hoc *ἐπιόντα πόλ.* ex Appiano, *ἐπιόντα ὄλεθρον — ἐπιὸν κακὸν* ex Pausania protulit. Abr. His adde

ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω· ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον, νομίζων ἐπί τε τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἀπρεπῆ λεχθῆναι αὐτὰ καὶ τὸν πάντα ὅμιλον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων ξύμφορον εἶ-
37ναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι. χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τινὶ ἢ μιμούμενοι ἑτέρους. καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ'

Demosth. ap. Demetr. de Eloc. c. 273. et exempla prolata a Poppone, et, quem citat, Held. ad Plut. P. Aem. c. 16. p. 202. Non igitur opus est coniectura *πολέμιον* vel *πολέμῳ*, et agnoscit vulgatam etiam Thom. M. p. 141. Mox *ἐπ' αὐτά* intellige ea, quae paulo superius dixit, *ἐπὶ τὴν ἀρχήν*. Itidem mox *μεγάλα ἐγένετο* intellige *μεγάλη ἐγένετο ἀρχή*. Deinde verborum ordo hic est: *καὶ ξύμφορον εἶναι, τὸν πάντα ὅμιλον ἐπακοῦσαι αὐτῶν*, *et utile esse, universam multitudinem ea audire*. Conf. Herm. ad Soph. Tr. 65. Denique *ξένοι* ex adverso ponuntur *ἀστοῖς* i. e. *πολίταις* et *μετοίκοις*.

37. *οὐ ζηλούσῃ*] Hoc verbum rarissime apud probatos scriptores significat *invidere*, plerumque bona mente dicitur, ut adnotaverunt Thom. M. et Zonar., ubi v. Tittm. in Addendis p. CXLVIII. Et Thuc. ipse 2, 64. aperte *ζηλοῦν* et *φθονεῖν* distinguit. H. l. est *aemulari*, id quod proxime sequentia certissimum reddunt. Schol. Lycurgi leges scriptori in mente fuisse dicit, ut qui Cretensium leges imitatus sit. Mox „participia *ὄντες* et *μιμούμενοι* in verba finita solvunt Osiand. et Klein., ac sane aut haec sequi, aut *παραδείγματι δὲ οὔσῃ μᾶλλον ἢ μιμουμένῃ* scribi oportebat. Nunc autem scriptor ita pergit, quasi *οὐ ζηλοῦντες* dixerit.“ Popp.

*ὄνομα μέν*] Schol. *ἐπειδὴ φαῦλον δοκεῖ ἡ δημοκρατία, καὶ ὁρᾷ τοὺς Λακεδαιμονίους σεμνυνομένους ἐπὶ τῇ ἀριστοκρατίᾳ* (v. orat. Brasidae 4, 126.), *ἐπάγει λέγων ὅτι τῷ μὲν ὀνόματι δημοκρατία, τῷ δὲ ἔργῳ ἀριστοκρατία ἐστὶν ἡμῶν ἡ πολιτεία.* Dignus, qui conferatur Plat. Menex. c. 8. (apud Luzac. de Socr. Civ. p. 65.). Mox cum nuperrimis editoribus dedi *ἐς πλείονας οἰκεῖν* pro scriptura pauciorum, partimque depravatorum librorum *ἐς πλ. ἥκειν*. Etenim *ἡ πόλις εὖ οἰκεῖ* proprie est *urbs bene habitat*, idque plenius dictum 3, 37. *οἵ τε φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις.* Id vero potest significare *urbs bene administratur*. v. Schneid. ad Xen. Cyrop. 8, 1, 2. Duk. ad Thuc. 6, 82. Interpp. Soph. Ai. 596. Verba autem *οἰκεῖν ἐς πλείονας* nonnulli interpretantur *non ad publicum commodum, sed ad plurimorum utilitatem administratur*. Alii ita intelligunt: *non ita administratur, ut sit paucorum, sed ut sit populi imperium*. Fortasse rectius: *non ad paucos, sed ad plures redacto imperio civitas gubernatur*, ut plenius sit *ἡ πόλις οὐκ ἐς ὀλίγους κατεχομένη, ἀλλ' ἐς πλείονας ἥκουσα οἰκεῖ.* Repetitur eadem phrasis modo iisdem verbis, modo paululum immutata, sic tamen, ut his ipsis exemplis explicatio mea firmari videatur, velut 8, 53. *εἰ μὴ πολιτεύσομέν τε σωφρονέστερον καὶ ἐς ὀλίγους μᾶλλον.* 38. *καὶ τῆς ἄλλης πόλεως κατ' ἀνάγκην ἐς ὀλίγον κατεχομένης*, ubi Schol. *ἤτοι ἀναγκαζομένης ὀλιγαρχεῖσθαι.* 5, 81. *ἐς ὀλίγους κατέστησαν τὰ τῶν Σικυωνίων.* 8, 97. *ἡ ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις μετρία.* 89. *τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν*, ubi Lugd. et unus Arnoldi *οἰκεῖν* praebent. Ceterum „omnes omnino scriptores Graeci, Attici praesertim, qui ante Alexandri M. aetatem floruerunt, *ἀριστοκρατίαν* i. e.

ἐς πλείονας οἰκεῖν δημοκρατία κέκληται· μέτεστι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ

temperatum ex populi auctoritate, optimorumque civium consiliis reipublicae formam nunquam nisi ad laudem appellarunt, neque opposuerunt τῇ δημοκρατίᾳ, sed huic τὴν ὀλιγαρχίαν i. e. illam rempublicam, in qua pauci quidem, seu natalium iure, seu census aliove, factionis etiam privilegio, ad summam rerum administrandam adspirare queant, ceteri omnes excludantur." LUZAC. De Socr. Civ. p. 66 sq., qui p. 68 sq. de natura oligarchiae et aristocratiae sic tradit: „Non est quod quisquam existimet, ὀλιγαρχίαν veteribus illis Graecis eam rei civilis formam dictam esse, ubi vere pauci, Triginta e. gr. Tyranni in civitate dominabantur; ἀριστοκρατίαν, ubi plures, sed natalibus aut certo censu insignes et praecipui. Fallitur egregie, qui id sibi persuadet. Aristocratia illis ea fuit forma, ubi optimi, iudicio civium constituti, haud sine populo, rempublicam administrabant; ὀλιγαρχία vero, ubi non plures tantum, sed milleni etiam et ultra reipublicae erant participes, exclusis reliquis civibus." Et exempla addit imperium Quadringentorum, Quinquies mille civium, ceteris civibus iure suffragii spoliatis. Conf. Krueg. ad Dionys. p. 374. adn. 56. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 108, 1. 109, 7. Kortuem. Hellen. Staatsverf. p. 16. adn. p. 27, 60. Mox de verbis μέτεστι τὸ ἴσον v. Matth. p. 633. adn. 1. Deinde τὰ ἴδια διάφορα „sunt omnino singulorum civium lites et contentiones, sive cum civitate, sive inter se, sive de fortunis sive de delictis." MEHLH. in Iahn. Annal. Philol. 9, 4. p. 389. Verba κατὰ τὴν ἀξίωσιν Meyer. Turic. ita intelligit: nach dem wahren Werthe aber, nach der wahren Geltung unserer Verfassung wird nur der, welcher sich am meisten auszeichnet — zur Staatsverwaltung gezogen. Verba ista dicit respondere verbis ὄνομα μέν, hoc sensu: „nomine tenus populus imperat, legibus enim iuris aequabilitas inter cives constituta est; at re et veritate in nostra civitate optimus tantum quisque ad rempublicam capessendam admittitur: quapropter nostrae civitatis regimen est penes ἀρίστους, non penes δῆμον." At haec explicatio damnatur vel particula δέ, quae est post μέτεστι, unde clare apparet, omnia, quae post μέτεστι δέ sequuntur, contrarie poni verbis ὄνομα μέν et descriptionem aristocratiae continere. Membrum autem incipiens verbis μέτεστι δέ rursus duobus dividitur his: κατὰ μὲν τοὺς νόμους et κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν. Ἀξίωσιν recte intelligitur h. l. non *dignatio* sive ordo et fortuna hominis (sequitur enim ut aliquanto diversum ἀξίωμα i. e. *dignatio*), sed *aestimatio* (Schätzung des Werthes, Würdigung). In utroque vero membro (κατὰ μὲν τοὺς νόμους — κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν) recte animadvertit Popp. praepositionem κατά non vario, sed eodem sensu accipiendam esse, ut sit *quod attinet ad.* Hoc igitur dicit: *et nomine quidem, quod imperio non ad paucos, sed ad plures redacto respublica nostra administratur, democratia appellata est, sed quamquam quod ad leges attinet, ad ea, quae hominibus privatis agenda sunt, omnes aequabilitate fruuntur, tamen quod ad aestimationem attinet, ut quisque aliqua re excellit, ita* etc.

ἀπὸ μέρους] Schol. dicit, Heraclidas, reges Lacedaemoniorum, διὰ μόνην τὴν εὐγένειαν, κἂν μὴ εἶχον ἀρετήν, Spartae regnasse. Itaque ἀπὸ γένους regnabant, non ἀπὸ μέρους. Aliter Popp.: „Non Laconiae incolae, qui virtute excellebant, ad summos honores pervenire poterant et omnino plena civitate fruebantur, sed tantum qui ab Heraclidis et Doriensibus orti erant." At ne Athenis quidem alii nisi cives Attici rempublicam capessebant; sicut Lacedaemone Perioeci, ita Athe-

πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπὸ ἀρετῆς προτιμᾶται, οὐδ' αὖ κατα πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. ἐλευθέρως δὲ τά τε πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν, οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ,

nis metoeci, utrique peregrini, locoque peregrinorum habiti, publicis muneribus plerisque exclusi erant. Itaque dicas, ne in Attica quidem homines ἀπὸ ἀρετῆς, sed ἀπὸ μέρους rempublicam capessivisse. Imo scriptor inter se contrarie ponit cives Spartanos et Atticos: hi in capessenda republica pari omnes iure fruebantur; at inter Dorienses ipsos magna dignationis differentia obtinebat: ἀπὸ μέρους Spartae respublicas Homoei curabant, de quibus dixi ad 1, 67. Mox variata oratione pro πένης μὲν ὢν dixit κατὰ πενίαν, nam sequitur ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι. Hoc quoque cum respectu Spartanorum dictum est; quippe Homoeorum ordo et fortuna ex opibus pendebat. Mox ἀξιώματος ἀφανείᾳ interpretor *humilitate fortunae* et *obscuritate dignationis*, Unscheinbarkeit des Ranges. Temperatam illam ex populari imperio et optimorum auctoritate ac consiliis formam, quam Solon instituerat, constat per Clisthenem ad democratiam magis inflexam, per Aristidem plane inclinatam, per Periclem tandem fractam esse. Atque ex Solonis quidem instituto pauperiores muneribus publicis exclusi, primum ab Aristide admissi sunt, ut omnium ordinum civibus ad omnes honores via pateret. Uberius haec exsequuntur Luzac. de Socr. Civ. p. 18 sqq. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 2. p. 410. et inprimis Schoem. de Comit. Athen. p. IX — XIX.

καὶ ἐς τὴν — ὑποψίαν] Hoc membrum ideo difficultate laborat, quod collocatio adverbii ἐλευθέρως postulare videtur, ut verbum πολιτεύομεν repetatur, quum ἐλευθέρως πολιτεύομεν ἔς τι Graece vix dicatur. Itaque Popp. putat, post τε orationem leviter mutatam esse, ac si ἐλευθέρως post κοινόν positum sit, ut καὶ ἐς etc. ad sequentia pertineant, ἐς significet *quod attinet ad*, utque post ἔχοντες et προςτιθέμενοι repetendum sit πολιτεύομεν. Facilius videtur, cum Arnoldo post καὶ ἐς τὴν ὑποψίαν repetere διαιτώμεθα vel simile quid, quod ad sensum latet in praegresso πολιτεύομεν. Mox verba οὐδὲ ἀζημίους etc. Gottl. interpretatur: *nec vultu tetrico dolorem praeferentes, qui quidem nullam poenam vel noxam infert, attamen molestus est.* Nam προςτιθέναι activum esse *infligere*, *irrogare* ut 7, 68., medium autem videri significare *prae se ferre.* Dubium est, utrum verba τῇ ὄψει iungenda sint cum προςτιθέμενοι, an cum λυπηράς. Mihi quidem et propter id, quod ex adverso ponitur (ἀζημίους μέν) illa verba cum λυπηράς, et propter sensum verbi προςτιθέμενοι (die Miene annehmend) etiam cum προςτιθέμενοι iungenda esse videntur, idque eo facilius fieri posse, quod verba utrimque iungenda posita consulto sunt in medio inter illa, quibuscum iunguntur. Restat, ut explicetur, quid sint ἀχθηδόνες, quas ἀζημίους dicit. Puto intelligendas esse de severa Spartanorum inter se censura, quam praecipue seniores in iuniores exercebant, quin etiam inter se seniores. Itaque per totam vitam omni et loco et tempore iuventutem et ipsi inter se vultu censorio castigare consueverant, si quis quid minus ex rigida disciplina Lycurgi fecisse videretur, idque non solum in palaestra, aliisque publicis opportunitatibus, sed etiam in privatis circulis et ludis puerorum. Illum vultum censorium Thuc. dicit ἀχθηδόνας, quia profecto nihil cogitari potest molestius, quam timor non cessans morosi nimis magistri, truculentus intuitus, tetrici et difficiles mores. Huc pertinet Plut. V. Lyc. 17. init. 24.

ς, οὐδὲ ἀζημίους μὲν λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας
θέμενοι. ἀνεπαχθῶς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦντες τὰ δη-
διὰ δέος μάλιστα οὐ παρανομοῦμεν, τῶν τε ἀεὶ ἐν ἀρχῇ
ἀκροάσει καὶ τῶν νόμων καὶ μάλιστα αὐτῶν ὅσοι τε ἐπ'
ίᾳ τῶν ἀδικουμένων κεῖνται καὶ ὅσοι ἄγραφοι ὄντες αἰ-
ν ὁμολογουμένην φέρουσι. καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλεί- 38
ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ
ς διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν,
θ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει. ἐπεισέρχεται
μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα, καὶ ξυμ-
ἡμῖν μηδὲν οἰκειοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ
ενα καρποῦσθαι ἢ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. δια- 39
εν δὲ καὶ ταῖς τῶν πολεμικῶν μελέταις τῶν ἐναντίων
. τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε
σίαις ἀπειργομέν τινα ἢ μαθήματος ἢ θεάματος, ὃ μὴ

ι. Ἀχθηδόνας igitur has intellige das unleidliche Wesen eines
ichters, der einen überall mit zurechtweisendem Blicke verfolgt,
zwar keine Strafe liegt, was aber durch unfreundliche Miene
nge des Zurechtgewiesenen wehe thut und Strafe droht, wenn
nicht straft. Ἀχθηδών fere de animi dolore, non de corporis
lum videtur; sic est Kraenkung 4, 40. Mox vocabula δέος —
η — (αἰδώς) unam eandemque rem significant. De verbis μά-
αὐτῶν ὅσοι v. Matth. p. 869. 8. Deinde quomodo iniuria aliqua
s Solon legibus suis sublevarit, optime docet Plut. V. Solon. 19.
eges ἄγραφοι sunt τὰ ἔθη, si Scholiastam audias. Conf. Plat.
. 19., und den Gesetzen und vor allen denen, die zum Besten
kränkten gegeben sind, oder die ungeschrieben doch nach still-
gender Uebereinkunft (ὁμολογουμένην) Scheu und Ehrfurcht er-
(φέρουσι), ut 2, 40. λογισμὸς ὄκνον φέρει, Nachdenken erregt
n. Gottl. interpretatur: quae leges non scriptae tamen ignomi-
apud omnes, de qua inter omnes constat, afferunt iis, qui eas
unt. Minus recte; nam αἰσχύνη idem significat h. l., quod δέος,
i. „Ad ἄγραφοι spectant Lysias adv. Andoc. §. 10. Demosth. d.
. 317. Conf. etiam Spalding. ad Demosth. or. Mid. p. 72. Matth.
cor. pr. Mil. §. 10. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 100. et Socratis
tionem apud Xenoph. M. S. 4, 4, 19.“ Popp.
. τῇ γνώμῃ] Schol. τῇ ψυχῇ ἢ τῇ συνέσει. Mox διετησίους θυ-
opp. intelligit perennes dies festos, „anniversarii enim dies festi
i in quavis civitate erant, Athenis autem tanta eorum multitudo,
ovis mense et per totum quasi annum dies festos agerent.“ V.
rl. Lat. Synon. Vol. 1. p. 8. et Wachsm. Antt. Gr. 2, 2. p. 284 sqq.
νομίζοντες dativo iunctum, ut 1, 77., qui tamen locus non est plane
; 2, 15. 3, 82. Mox traiectio est pro ἡ τέρψις ἡ καθ' ἡμέραν. v.
. ad Dionys. p. 252 sq. De εις in ἐπεισέρχεται v. Matth. p. 1147.
not f. De importatione fructuum ex toto orbe terrarum Athenis
mpore fieri solita v. Isocr. Paneg. c. 11. Xenoph. de R. A. c. 2,
. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 51.
9. ξενηλασίαις] v. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 361. init. Pugnat
us h. l. Plut. V. Lyc. 27., hanc ξενηλασίαν a Lacedaemoniis ideo
i esse, ne peregrini instituta Lycurgi in suos usus converterent,
μᾶλλον ὅπως μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινος ὑπάρξωσι. v. Od. Muell.
l. p. 8, 1. Proxima sic intellige: ὃ εἴ τις ἴδοι μὴ κρυφθὲν, ὠ-

*κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν ὠφεληθείη, πιστεύοντες οὐ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον καὶ ἀπάταις ἢ τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ· καὶ ἐν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. τεκμήριον δέ· οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι καθ' ἑκάστους, μετὰ πάντων δ' ἐς τὴν γῆν ἡμῶν στρατεύουσι, τὴν*

*φεληθείη ἄν*. v. Matth. p. 1026. 2. Et *τῷ ἀφ' ἡμῶν* est *τῷ ἡμετέρῳ*. v. ibid. p. 622. adn. Propter verba *εὐθὺς νέοι ὄντες* etc. v. Plut. V. Lyc. 16. 17. Od. Muell. Dor. 2. p. 299 sqq. per totum cap. 5. Et de flagellationibus puerorum, quas Schol. Thuc. h. l. memorat, Valck. ad Theocr. Adoniaz. Vol. 2. p. 102 sq. Heind. Ruhnk. ad Senec. Vol. 1. p. 313 sq. Od. Muell. Dor. 1. p. 382. 2. p. 312.

*ἡμεῖς δὲ — χωροῦμεν*] Cic. pro Muraen. 35. *Neque tamen Lacedaemonii, auctores istius vitae atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt, neque vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, melius quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, respublicas suas retinuerunt.* Mox *ἀνειμένως* est nach Wohlgefallen, nicht gezwungen lebend. Vid. Wyttenb. Bibl. Cr. 3, 1. p. 68.

*καθ' ἑκάστους*] Marg. Flor., quae Vimariae asservatur, *καθ' ἑαυτούς*. „Sensum vulgatae hunc volunt esse: Lacedaemonii non per sese i. e. soli, sed cum auxiliis agrum nostrum invadunt. At *καθ' ἑκάστους* non significat *soli*, sed *singuli*. Ita gens a pluribus populis composita, velut Graecorum et Germanorum, potest dici *στρατεύεσθαι καθ' ἑκάστους*, quum quaeque natio per se expeditionem facit. Sed unus populus, Lacedaemonii, si omnino recte *καθ' ἑκάστους στρατεύειν* dicitur, id certe non valet, *solum* expeditionem facere. Quae tamen notio hic requiri videtur, quum Athenienses Lacedaemoniis oppositi statim praedicentur *αὐτοί*, *soli*, Peloponnesum invasisse. Ac si quis dicat, Lacedaemonios, partem potiorem, pro toto, Peloponnesiis, nominatos esse, ne hoc quidem probari potest: nam Athenienses hic cum solis Lacedaemoniis comparantur, non cum universis Peloponnesiis. Deinde ut id sumi posset, non tam *μετὰ πάντων*, quam *ξύμπαντες* scribendum erat, quum Lacedaemonii ipsi essent ii, qui omnes in bellum proficisci perhiberentur. Ubi enim *καθ' ἑκάστους* dicitur, vel de gente, cuius singuli populi, vel de populo, cuius singuli cives aliquid agunt, usurpatur; ibique formulae *καθ' ἑκάστους* opponitur *ἅπαντες, ξύμπαντες*, quibus vocibus complexus omnium in unum clarius, quam simplici *πάντες* significatur, quod proprie ad *ἕκαστος* refertur, ut *ἅπαντες* atque *ξύμπαντες* ad *καθ' ἑκάστους*." Popp. Arn. oratoris hanc mentem esse dicit: Lacedaemonios non cum singulis sociis (velut Boeotis, Corinthiis etc.), sed cum universis Atticam invadere. Quod Popp. respondet Graece dicendum fuisse *Λακεδαιμόνιοι μετὰ τῶν ξυμμάχων καθ' ἑκάστους*, Beck. post *κρατοῦμεν* minus plene interpungi volebat. Ita Athenienses dicuntur et *soli* sine sociis, *neque cum omnibus copiis suis* contra hostes pugnasse. Itaque contra ea Lacedaemonii *nec soli*, nec cum parte militum suorum, sed *cum toto suo exercitu adiunctis praeterea sociis* in Atticam venisse dicendi erant. Quod si ita est, Thucydides membrorum alterum (*nec soli*) omisisse videri possit, eoque sensu Reisk. intellexit: die Lacedaemonier getrauen sich nicht, mit einzelnen Rotten, *oder auch für sich allein*, uns in unser Land zu fallen, sondern sie kommen mit der ganzen Macht ihrer eigenen Leute und ihrer Bundesgenossen aus dem Peloponnes angezogen. Contra quae Popp. monet: „Male scripsisse Thucydidem, si propius (h. e.,

πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες οὐ χαλεπῶς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ
περὶ τῶν οἰκείων ἀμυνομένους μαχόμενοι τὰ πλείω κρα-
. ἀθρόᾳ τε τῇ δυνάμει ἡμῶν οὐδείς πω πολέμιος ἐνέ-
ιὰ τήν του ναυτικοῦ τε ἅμα ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐν τῇ
πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψιν· ἢν δέ που μορίῳ τινὶ
ξωσι, κρατήσαντές τε τινὰς ἡμῶν πάντας αὐχοῦσιν ἀπεῶ-
καὶ νικηθέντες ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι. καίτοι εἰ ῥαθυ-
ίλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ
ν ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς

capio, membrum, ubi Lacedaemonii memorantur,) quam re-
membrum contrario carere maluisset, — Lacedaemonios cum
is copiis suis in Atticam invadere solitos esse, non vere dici,
tiam partem domi reliquisse, — notionem in einzelnen Rotten
esse in formula καθ' ἑκάστους, nisi forte ita, ut universorum
m expeditione indicta omnes ac singuli variis diebus, in parvas
s collecti, proficiscantur; non posse autem illam formulam signi-
m *uno alterove agmine*. Mox ἡμῶν αὐτῶν est *nostrum ipsorum*,
ciis, quum nulla res esset, ad quam solis sociis quippe in fide
ius uterentur, sed ubique ipsi adesse cogerentur. Porro voce
ᾳ non alio modo repetitur, quod supra dixerat ἀνειμένως διαι-
ι, sed ῥαθυμία est ludus, vivendi ratio omnium seriarum rerum
onem et curam spernens et abhibens. Deinde μετὰ νόμων ἀν-
est *cum fortitudine, quam legum disciplina efficit* in civibus, quae
o contrarie ponitur ferociae, sive fortitudini natura insitae (τῇ
ῃ sive προςηκούσῃ ἀνδρείᾳ c. 89.)
— ἐθέλοιμεν] Laur. Vind. ἐθέλομεν. Idque reponi iubent
ad Dionys. p. LVIII. et 232 sq., quia scriptor de re non dubia,
a et confessa loquatur et Meyer. Turic. in Iahn. Annal. Philol.
178., quia hac sententia εἰ — ἐθέλομεν conclusio contineatur
c iis, quae dixerat ante ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν
etc. At scriptor his verbis modo hoc dicit, Athenienses ludum
do animo dare, arcum aliquando laxare, non semper tensum
; ῥαθυμίᾳ se uti i. e. per totam vitam ludere negat. Et mihi
hoc videtur dicere velle: aliud esse, tempora voluptatis et labo-
spertire et fortem suapte natura esse, aliud perpetuas exercita-
aborum agitando per disciplinam fortem fieri. Non dicit, Athe-
nullos labores subire, aut sine legibus et disciplina vivere,
38. extr. et 39. init. nos aliter cogitare cogit: negat solo labo-
m et legum disciplina Athenienses ad fortitudinem pervenire,
oc quidem dicit, se magis ῥαθυμίᾳ uti, quam strenuitate, sed
ae tempora dispertire, quare tantum hoc nunc addit: si ῥαθυ-
tius, quam per usum laborum, si legum fortitudine minus quam
i fortitudine pericula subire vellemus (μὴ μετὰ ἀνδρείας τὸ
ἢ τρόπων ἀνδρείας, sic enim haec verba iungenda sunt), su-
nobis, labores non praecipere et nihilominus fortibus esse in
iscrimine. In his voci ῥαθυμίᾳ respondent verba περιγίγνεται
οῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, verbis autem μὴ μετὰ
τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας respondent verba περιγίγνεται
ς ἀλγεινὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαί-
, atque hoc posterius quidem superest, quia vel τρόπων ἀν-
Atheniensibus sufficit. Dicit denique, Athenienses per ludi negli-
a et avocamenta voluptatum eo pervenire posse, quo Lacedae-
perpetuitate laborum contendant; sic se velle, non dicit. Tri-

τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι, καὶ ἔν τε τούτοις τὴν πόλιν ἀξίαν εἶναι θαυμάζεσθαι καὶ ἔτι ἐν ἄλλοις.
40 φιλοκαλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλα-

buunt sibi leichten Sinn, sed non Leichtsinn. Vulgatam ἐθέλοιμεν et reliqui libri tuentur, et Dionys. p. 801., qui ob hunc ipsum usum optativi data opera haec verba affert. Praesens autem περιγίγνεται post optativum ἐθέλοιμεν explicant Schaef. ad Dionys. de C. V. p. 214. et Matth. p. 1017. 3. Arn. optativum nihil nisi modestius dicendi genus pro ἐθέλομεν esse putat, quamquam in addendis reiecta hac explicatione bene inter se convenire ait εἰ ἐθέλοιμεν — περιγίγνεται, ita exponens: suppose that when the danger comes we are ready to meet it, then we have in the mean time the benefit of not anticipating trouble. Περιέσται, quod Dionys. commendat, falsum sensum reddere addit; nam praestantia, ait, Atheniensium praesens erat, non futura, siquidem in praesentia molestiam anteoipiendi laboris fugiebant. His vero Arn. tantum praesens περιγίγνεται tuetur, non item optativum ἐθέλοιμεν, nam oratio sic instituta: suppose that etc., eius esset, qui incertum relinquat, num alacriter periculum aditurus sit, nec Pericli tam confirmato animo loquenti recte tribuitur, neque is modestiori genere loquendi uti velle cogitandus est. Porro verbo περιγίγνεται significatur, Athenienses habere, quo Lacedaemonios superent: es wird uns der Vortheil — Gewinn. Verbum eodem sensu positum, quo περισσεύειν c. 65. extr. Et προκάμνειν est *praemature laborare*: dass wir nicht wegen bevorstehenden Ungemachs uns zum voraus abquälen. Mox Bloomf. Glossar. ad Aesch. Ag. 244. ex Mosqu. Dan. [Ven.] Dionys. et correctis Cass. Aug. m. recipiendum putat ἀτολμοτέροις. Sed Graeci accusativum ponunt etiam ubi dativus eiusdem subiecti praecessit. v. Matth. p. 1054. adn.

40. φιλοκαλοῦμεν] Schol. ἐπειδὴ διεβάλλοντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ μαλακίᾳ καὶ τρυφῇ βίου καὶ σχολῇ πολλῇ, τοῦτο λέγει, ὅτι φιλοκαλοῦμεν μετὰ εὐτελείας καὶ ταπεινότητος. τῇ γὰρ φιλοκαλίᾳ τὸ ἄσωτον ἕπεται, τῇ δὲ φιλοσοφίᾳ τὸ μαλακὸν καὶ ἀνειμένον. Haec sunt, qui ita intelligant: „Literarum studiosi sumus et artium, iidemque in privata vita parci." At Thucydides significat rectum studium Atheniensium, quo veri pulchri amantes exuberantiam ornatus spernebant, id quod demonstrant ea, quae c. 38. praecesserunt de ἰδίαις κατασκευαῖς, (quae verba non sinunt nos cogitare de privati sumtus restrictione), et verba, quae sequuntur: πλούτῳ τε ἔργου καιρῷ etc., quae verba docent, non simplicem vitam privatorum, modicumque cultum voce εὐτελεία significari, imo haec est, ut Arn. monuit, *elegantia vitae cultusque*, quae aeque longe abest a magnificentia atque a sordibus. Et φιλοσοφοῦμεν est *literis studemus*. „v. Ernest. Opuscc. Oratt. p. 159. Mor. ad Isocr. Paneg. 1. extr. Ruhnk. ad Hesych. h. v." Gottl. Mox ἄνευ μαλακίας est idem quod ἄνευ σκιατροφίας „ut tamen non abstrahamur a studio et severitate rerum gerendarum, a vita civili, laboriosa, militari." Bau. Deinde verba πλούτῳ — χρώμεθα varie accipiuntur. Sunt, qui πλούτῳ ἔργου iungant, qui proferunt talia: σοφίας πλοῦτον — πενίαν et ἀπορίαν σοφίας — πλοῦτον εὐπρεπείας — πλοῦτον χρηστότητος apud Platonem, Eusebium, Aristaenetum, Paulum. Sed aperte sententia loci haec est: nos nec sapientem divitiarum usum spernimus, nec paupertatem non commeritam confiteri erubescimus, ut Schol. rectius structuram exposuisse videatur: τῷ πλούτῳ χρώμεθα ἐν τῷ καιρῷ ἔργου, καὶ οὐ κόμπῳ λόγου, quamquam minus

*κίας· πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα, καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον. ἔνι τε τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πολιτικῶν ἐπιμέλεια, καὶ ἑτέροις πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι· μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους*

recte ἐν τῷ addidit, et praestat, verba cum Hobbesio, Haackio et Poppone ita interpretari: *divitiisque tanquam rerum gerendarum opportunitate potius utimur, quam tanquam verborum iactatione.* Verba λόγου κόμπῳ Arn. adnotavit ex adverso posita esse verbis φιλοκαλοῦμεν μετ' εὐτελείας. Hunc λόγου κόμπον Aristoteles dicit esse βαναυσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν i. e. magnificentiam degeneratam ostentatione, quam dicit ἐν τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων πολλὰ ἀναλίσκειν οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐνδεικνυμένην. Ethic. 4, 2.

καὶ τὸ πένεσθαι — αἴσχιον] Hoc vulgo interpretabantur: *paupertatem confiteri, turpe non est, at non vitare factis, turpius.* At „quorsum *turpius*, si illud turpe plane non est?" BAU. *Αἴσχιον* h. l. idem est, quod μᾶλλον αἰσχρόν, ut sit non *turpius* sed *potius turpe.* Conf. 3, 63., ubi ἀξιώτεροι est pro μᾶλλον ἄξιοι, 4, 61., ubi ἑτοιμοτέροις est pro μᾶλλον ἑτοίμοις et 8, 27., ubi αἴσχιον iterum est pro μᾶλλον αἰσχρόν. v. Herm. ad Soph. Oed. C. 584. De verbis μὴ διαφεύγειν v. Matth. p. 1063. fin. Haec dicta sunt cum respectu ad Lacedaemonios, in quorum republica privatis possessio auri et argenti interdicta erat. v. Od. Muell. Dor. 2. p. 206 sqq.

ἔνι τε] Schol. οἷον τοῖς δημιουργοῖς καὶ γεωργοῖς καὶ κυνηγοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδιώταις καὶ χειροτέχναις· τοῦτο δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐπειδὴ ὀλίγοι ἦσαν αὐτῶν οἱ τὰ πολιτικὰ σκοποῦντες. Hi ὀλίγοι inter Spartanos erant Homoei. At ab aliis Atheniensium dicit cum privatarum rerum cura etiam publicarum administrationem iungi, procul dubio intelligens ditiores et honoratiores. His igitur tribuit ἐπιμέλειαν. Alios suis negotiis studentes tamen dicit cognitionem rerum publicarum habere, quamquam his administrationem negotiorum publicorum (ἐπιμέλειαν) non tribuit. Distinguenda igitur cum Poppone sunt ἐπιμέλεια et γνῶσις τῶν πολιτικῶν. Quod vero dicit πρὸς ἔργα τετραμμένοις, maxime θῆτας inter Athenienses intelligi, adnotavit Haack. Apud Spartanos soli Perioeci mercaturam factitabant, iidem omnia opificia exercebant, nisi quae servis mandata essent. Nemini Spartano licuit opificium tractare. v. Od. Muell. Dor. 2. p. 26. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 58, 7. 8. Atheniensium consuetudines et rationem cogitandi de quaestu et opificiis mercaturaque exponunt Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 47 sqq. Vol. 2. p. 7 sq. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 55 sqq.

αὐτοὶ — κρίνομεν — ἐνθυμούμεθα] Laur. E. m. Ar. Chr. Dan. οἱ αὐτοί, quod non opus est. *Ipsi*, dicit, per nos iudicamus, non per alios. Discernit populum universum a reipublicae praefectis sive magistratibus. Κρίνομέν γε est *certe iudicamus* in comitiis. Particula γε significat duorum disiunctorum id, quod certius est, ut apud Aristot. Eth. 1, 8. (quem locum Arn. attulit, auctor huius explicationis), ἕν γέ τι ἢ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν, ubi recentiores linguae postponunt id, quod in Graeca lingua prius ponitur: wir entwerfen entweder, oder urtheilen wenigstens selbst über die Vorschläge Anderer. Nam ἐνθυμούμεθα est *invenimus, rogamus quum magistratibus fungimur, et rogationes ad populum ferimus.* Apte Schol. commemorat illud Hesiodi Opp.

τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν ὥςτε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν ἐκλογίζεσθαι· ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες καὶ

et D. 293. οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ· Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται· Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. Popp. contulit Aristidem 1. p. 365. de Atheniensibus: ἔστε σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων, αὐτοί τε ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν ἄριστα λογίσασθαι τὰ δέοντα, καὶ ἑτέρου λέγοντος κρῖναι. Mox οὐ τοῖς λόγοις etc. est „*oratione non prius doceri, quam ad res, quae sunt gerendae, exsequendas accedas.*" PORT.

ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία] Thuc. initio scribere voluit ὃ (τὸ ἐκλογίζεσθαι) τοῖς ἄλλοις ὄκνον φέρει, sed explicandi causa contrarium in medio inseruit, ἀμαθία μὲν θράσος, et deinde, quo oratio concinnior esset, λογισμὸς addidit. POPP., quocum consentit Matth. p. 822. c., ut haec dicta essent pro ὃ τοῖς ἄλλοις, ἀμαθίας θράσος φερούσης, ὄκνον φέρει. Postea mutata sententia Popp. statuit, in his verbis, omissa generali sententia: τοὐναντίον γίγνεται, statim rationem, qua contrarium apud alios locum habeat, describi et confert 4, 125. οἱ μὲν Μακεδόνες καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων εὐθὺς φοβηθέντες, ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι, et 6, 33. ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι αὐτοὶ οὗτοι, τοῦ Μήδου παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος ἐπὶ τῷ ὀνόματι, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ᾔει, ηὐξήθησαν. In utroque loco ait generale verbum *experiendi* (παθεῖν seu ποιεῖν), omissum et ipsum quod experiuntur magni exercitus et experti sunt Athenienses, quod proprie per epexegesin addendum erat, statim clarius significatum esse, ut alibi etiam συμβαίνειν vel γίγνεσθαι post φιλεῖ desit. His addo locum Isocratis Panath. 181. p. 304. Bekk. ἃ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐδὲ τοὺς πονηροτάτους τῶν οἰκετῶν ὅσιόν ἐστι μιαιφονεῖν. Atque similium monuit Herm. ad Soph. El. 138. Ai. 1037. Persimilis praesenti est locus 3, 12. ὅ τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχε, ubi ea explicatione, quam praesenti loco adhibuit, omissa Popp. aliam viam tentavit. Contra ea sunt, quibus locis Thuc. 2, 40. 3, 12. 6, 33. item apud Isocr. l. c. pronomina ἃ — ὅπερ et ὃ videantur significare wo hingegen, vel wenn, vel aus welchem Grunde. Addunt Thucydidem 3, 44., ubi pro ὃ positum sit τοῦτο, ὃ in verbis καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται, ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἧσσον ἀφίστασθαι θάνατον ζημίαν προθεῖσι, — τἀναντία γιγνώσκω. Ad sententiam quod attinet, multi eandem expresserunt, ut Sallust. Iug. c. 7. Lucian. Nigrin. c. 1., ubi v. Hemsterh. Adde Menag. ad Diog. Laert. 7, 171. Synes. Ep. 153. Conf. Ep. 79. Plin. 4. Ep. 7, 3.

δεινὰ — ἡδέα] Schol. δεινὰ τὰ πολέμια, ἡδέα τὰ τῆς εἰρήνης. Recte: vid. 3, 9., ubi τὰ δεινὰ pro bello sunt, ex contrario posita εἰρήνῃ. Adde 3, 39. Propter neutrum (neque δεινὰ neque ἡδέα) Athenienses pericula fugiunt. Haec cohaerent cum iis, quae orator modo dixit c. 39. fin. Non igitur sunt ἡδέα victoriae bona, δεινὰ devictorum subiectorumque mala, quae sunt ab h. l. prorsus aliena. Supra c. 39. orator dixerat, se nec laboris taedio otium quaerere, nec voluptatis retinendaeque pacis causa pericula fugere; sese propterea inter optimos numerat, ut qui et saeva belli et suavia pacis noverint, neque aut saevis illis aut suavibus deterreri se sinant periculis subeundis. At Lace-

διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων. καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους. βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν ὥςτε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν· ὁ δ' ἀν-

daemonios dixerat, quamquam perpetuo bellum meditantes, nihilo Atheniensibus armis praestare, eosque igitur dura belli, non item bona pacis nosse. Quam sententiam ipse scriptor explicat 1, 120. ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων — θράσει ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος.

ἀρετὴν] i. e. *in iis etiam, quae ad virtutes pertinent, a vulgo discrepamus.* STEPH., qui paulo inferius eandem vocem ita interpretatur: *virtutis officio in reddenda, quae debetur, gratia functurum.* At ἀρετήν *beneficentiam* sive *liberalitatem* plurimi interpretum intelligunt, quam significationem Bloomf. comprobat his locis: Eurip. Suppl. 1063. Liban. Or. 827. Max. Tyr. Dissert. 39, 5. Ioseph. 825, 12. Arn. addit, Aristotelem Rhet. 1, 9, 2. ἀρετὴν definire δύναμιν εὐεργετικήν. Mox ἠναντιώμεθα „cum notione praesentis est, ut apud Libanium Progymn. p. 39. Morell.“ POPP.

δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε] Graeci quum dicere volebant, se aliquem beneficio obstrinxisse, τὸν ἄνδρα σώζειν dicebant, hoc autem non est *reddere salutem*, sed quod nos dicimus sich einer Person durch das Gefühl der Dankbarkeit versichern. Omnes formulae ad beneficiorum tributionem et redditionem traductae sunt a re nummularia et pigneraticia. Velut quod per σώζειν significari dixi, idem alii ἐνεχυράζειν dixerunt i. e. hominem collato beneficio quasi oppigneratum habere, ut qui beneficium accepit, προηνεχυρασμένος dicatur i. e. quasi oppigneratus. Ipsum beneficium proponitur quasi sors et caput foenore datum, quod qui mutuum sumserit, cum usura reddere debeat. Hinc qui beneficium confert, is κατατίθεσθαι εὐεργεσίαν — ἀποθήκην ποιεῖσθαι ἔς τινα dicitur, et χάρις tanquam pecunia foenore collocata vel deposita dicitur ἀποκεῖσθαι, et ab eo, qui accepit, tanquam debitum (ὀφειλομένη et προὐφειλομένη) in usum revocari posse. Atque ut Graeci notiones pulchri et honesti minus cogitatione separare solebant, quam nos, et virtutem effectricem ac quasi artificem summae pulchritudinis et habebant et dicebant; ita beneficiis devinctum tanquam ὕλην τῆς ἀρετῆς atque opus virtutis fingunt, quae beneficentiam exserendo effectum in debitorem habuisset. Hac mente loquitur Aristot. Eth. 9, 7. p. 160. Bekk. et Plut. V. Qu. Flaminin. c. 1. ἐλαφρὸς μὲν ἐν τῷ κολάζειν καὶ οὐκ ἐπίμονος, πρὸς δὲ τὰς χάριτας τελεσιουργός· καὶ τοῖς εὐεργετηθεῖσι διὰ παντὸς, ὥςπερ εὐεργέταις, εὔνους καὶ πρόθυμος, ὡς κάλλιστα τῶν κτημάτων, τοὺς εὖ πεπονθότας ὑπ' αὐτοῦ περιέπειν ἀεὶ καὶ σώζειν. Dicit σώζειν, quod in re nummularia est sein Capital sicher unterbringen. v. Aristot. Ethic. 9, 7. init. Translate igitur est seine Wohlthat gut anbringen, sive einen, der dankbar ist, sich verpflichten. Hic mihi videtur sensus praesentis loci esse: Beständiger in der Liebe gegen Andere ist, wer die Wohlthat auf eine Art erwiesen hat, dass er das Gefühl der Verbindlichkeit in der Seele des Empfängers der Wohlthat erhält durch das Wohlwollen gegen ihn, welchem er sie erwiesen hat. Nicht so sehr ernst ist es dem Schuldner, der da weiss, dass er die Wohlthat nicht als etwas Dankenswerthes, sondern als eine Schuldigkeit abtragen werde. Structura verborum haec est: ὁ δράσας τὴν χάριν, ὥςτε ὀφειλομένην αὐτὴν σώζειν δι' εὐνοίας (ἐκείνῳ), ᾧ δέδωκε. Ubi ὥςτε effectum significat, non consilium, quod solo infinitivo explicari solet. Itaque ὥςτε pendere facio non a βεβαιότερος. Sic enim si esset, non posset non significare con-

τοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. καὶ μόνοι οὐ τοῦ ξυμφέροντος μᾶλλον λογισμῷ ἢ τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ ἀδεῶς τινα ὠφελοῦμεν.
41 ξυνελών τε λέγω τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν

silium: respectus autem omnis suae utilitatis cupidus ab eo, qui beneficium contulit, prorsus alienus esse cogitandus est, ut scriptor ipse mox dicit: *καὶ μόνοι οὐ τοῦ ξυμφέροντος* etc., ubi Schol. *οὐ τῇ ἐλπίδι τοῦ κέρδους, ἀλλὰ τῷ ἀεὶ εὐεργετεῖν καὶ μὴ δεῖσθαι ἄλλων.* Imo *ὥστε* pendet a *δράσας* et effectum benevolentiae significat. Et *σώζειν ὀφειλομένην τὴν χάριν* positum eodem sensu, quo Plutarchus verbo *σώζειν* usus est: sich des Gefühles der Dankbarkeit versichern. Et *δι' εὐνοίας* ex usu Graecorum significat *per benevolentiam*, non *propter benevolentiam*, quod Graece dicitur *δι' εὔνοιαν.* Facilis est iunctura verborum *δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε,* quia demonstrativum non alio casu suppletur, quam quo relativum positum est; neque alio casu *εὔνοια* construitur, quam quo verbum, unde ductum est, *εὐνοεῖν.* Et clarissime apparet, cur debitor hebetior sit, quam qui beneficium contulit, quippe quasi oneratus sensu beneficii mera benevolentia tributi. Et optime Thucydidi sic convenit cum Aristotele, Plutarcho et Plinio 3. Epist. 4, 6., quem locum Popp. adscripsit.

*ἀμβλύτερος*] quia saepe qui gratiam debent, benefactores suos oderunt, nedum eos benevolentia et studio gratiae inferendae exaequant. Conf. Gesn. ad Plin. Paneg. 60, 6. Tacit. 4. Annal. 18. Mox *τὴν ἀρετήν* Schol. exponit per *τὴν εὐεργεσίαν.* Verba *τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ* „idem dicunt, quod *τῇ ἐλευθεριότητι,* ut explanatur a Schneidero s. v. *ἐλευθεριότης, animo, quem iniicit conscientia libertatis,* et qui optime decet virum liberum, qui aliis non indiget." Arn. — *Ἀδεῶς* autem dixit hoc sensu: „non timentes ne hoc auxilium aliis latum aliquando nobis ipsis damnum inferat." Popp.

41. *παίδευσιν*] v. Diod. 13, 27. ibique Wessel. Eustath. ad Il. 2. p. 284. Rom. Et *παίδ.* abstractum est, magisterium pro magistro. v. Matth. p. 795. 1. Mox *παρ' ἡμῶν* Popp. interpretatur: *virum, qui a nobis extiterit, ortus sit,* citans Held. ad. Plut. Timol. p. 428. Structura verborum *ἂν — μάλιστ' — ἂν* etc. haec est: *εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι ἐπὶ πλεῖστα εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων*, ubi *καὶ* Popp. intelligit esse *et quidem.* Et *ἂν* in eadem sententia repetitum, ut 1, 136. et saepius. „Iteratur haec particula apud Atticos prosae orationis scriptores I. saepissime, ubi apodosis enuntiationis conditionalis protasin interpositam habens in duas partes diremta est, quarum utrique *ἂν* addi solet, ut *ἐκεῖνον δ' ἄν, εἰ ἐκδοίη αὐτὸν, σωτηρίας ἂν τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι.* Deinde II. quum particula *ἄν*, quamvis proprie verbo apodosis addenda, per traiectionem quandam non raro participio protasin conditionalem continenti apponatur, nonnunquam fit, ut etiam in eiusmodi locis iteretur, ut 8, 96. *γενομένης δ' ἂν καθ' ἓν τῆς ἐς γῆν καὶ θάλασσαν ἀρχῆς, ἀπορεῖν ἂν αὐτόν.* Conf. Matth. p. 1204. med. III. sed etiam ubi alia protasis conditionalis antecedit aut cogitanda est, per particulam *ἂν* ad participium adiectam sequens verbum apodosis eandem particulam adiectam habens praeparatur, ut 6, 18. *εἴ γε ἡσυχάζοιεν πάντες ἢ φυλοκρινοῖεν, βραχὺ ἄν τι προςκτώμενοι αὐτῇ περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν.* IV. Minus consueta est particulae *ἂν* iteratio praesenti loco et 1, 36. vers. fin., sed apud poetas Atticos etiam eius generis exempla frequentiora sunt." Popp. Verba *ἐπὶ πλεῖστ' εἴδη* Schol. explicat per *εἰς πολλὰ πράγματα*, aliud Scholion: *εἰς διάφορα πράγματα.*

εἶναι καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. καὶ ὡς οὐ λόγων ἐν τῷ παρόντι κόμπος τάδε μᾶλλον ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια αὐτὴ ἡ

εὐτραπέλως] Anecdd. Bekk. 1. p. 41, 18. εὐτράπελος, ἀντὶ τοῦ εὐπρεπής· ὁ Θουκυδίδης ἐπὶ τοῦ εὐρύθμου καὶ εὐπρεποῦς. Schol. εὐκινήτως, ἐνδεξίως. Variae pro variis aetatibus huius vocis significationes sunt. Ac Pindaro quidem malo sensu usurpatur pro *maligno, absurdo, stolido*, etiam pro *astuto adulatore*, qui tamen non est sine artibus et facetiis. v. Boeckh. Nott. cr. p. 464. Explicc. p. 239. 272. Conf. Aristoph. Vesp. 466. Isocrat. Areopag. c. 49. p. 168. init. Bekk. ὁ εὐτράπελος videtur idem esse, qui ὁ σκώπτειν δυνάμενος. Addit, sua aetate hos homines εὐφυεῖς, olim δυστυχεῖς (Lumpe, Vagabunden) appellatos esse; εὐφυεῖς intellige *facundos*, gute Gesellschafter. Aristotel. Ethic. 2, 7. 4, 14. p. 31, 14. et p. 73, 24. Bekk. εὐτραπελία id est, quod Latinis *urbanitas*, feine Scherzweise, Ironie. Dionysio p. 1122, 10. Reisk. εὐτραπελία videtur abesse ab oratione Demosthenis, ἣν οἱ πολλοὶ καλοῦσι χάριν· πλεῖστον γὰρ αὐτῆς μετέχει μέρος. Atque is sensus vocis h. l. videri possit, nisi adiunctum sit καὶ μετὰ χαρίτων, quare fortasse rectius Scholiastam sequemur. De Volumnio Eutrapelo i. e. *mimicorum et scurrilium salum pleno*, qui est notus ex Cic. Epistolis, v. Ern. Ind. Cic. Gr. — Latin. s. v. εὐτράπελος. Conf. Etym. M. p. 399, 23. 218, 9. 807, 16. Suid. in v. et Aelian. H. A. 5, 26. Vox αὔταρκες est *habile*, nicht unbehülflich. Horat. 1. Ep. 17, 23. Aristippi εὐτραπελίαν et τὸ αὔταρκες significat, quum dicit: *Omnis Aristippum decuit color et status et res.* Et παρέχεσθαι „est *inservire reipublicae*, nam σῶμα plus significat, quam meras corporis vires." ARN., quod Popp. non probat, quia et singula vocabula ita comparata sint, ut de corpore aptissime intelligantur, et c. 51. Simillime σῶμα αὔταρκες πρός τι legamus, ubi de ipso corpore intelligi necesse sit. Deinde ἀγανάκτησιν ἔχει est *urbs non praebet materiam succensendi hostibus, quod a talibus clades accipiant, neque reprehendendi, quasi vilis imperio indignis pareant.* Sic Latini quoque, ut Cic. de N. D. 2, 6. 65. Tibull. 1. Eleg. 4, 10. *nam causam iusti semper amoris habent* i. e. praebent. v. Bast. Ep. crit. p. 27. Dorv. ad Charit. p. 485. Schaef. ad Greg. Cor. p. 4. 985. Herm. ibid. p. 863. Et ὑφ' οἵων dictum pro ὅτι ὑπὸ τοιούτων. v. Vig. p. 124. Matth. p. 899. adn. 3. Ad προςδεόμενοι supple θαυμασθησόμεθα, itidemque post καταναγκάσαντες et ξυγκατοικίσαντες. Porro de pretio, quod Graeci Homeri laudibus statuebant, v. Creuz. Art. Hist. Gr. p. 93. Mox ἔπεσι est *ornatu verborum*, ut 3, 67. vers. fin. Verbis τὸ αὐτίκα „respicit ad scriptores ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα (1, 22.) exhibentes et res ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντας ἐπὶ τὸ προςαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον, et non talibus scriptoribus, verum τοῖς ἔργοις vult fidem haberi, quod in universum praecepit 1, 21." POPP.

ἔργων] Sunt, qui ita haec verba ordinent: τῶν δὲ ἔργων ἡ ἀλήθεια τὴν ὑπόνοιαν βλάψει. Ac quum Ruhnk. ad Timae. p. 200. docuerit, vocem ὑπόνοια sensum minus usitatum habere allegoriae et orationis figuratae, id quod docet etiam Plut. de Aud. Poet. p. 19. E. (adde Demetr. d. Eloc. c. 100., ubi v. Schn. p. 177. et c. 254), sententiam praesentis loci hanc esse putarunt: orationem figuratam sive ornatum poeticum, et falsam opinionem ex eo ornatu ortam laedet rei et factorum ex vero aestimatio. Conf. Coraes ad Plut. Vitt. Vol. 2. p. 363. Afferunt etiam Dionysium A. Rh. c. 9. p. 321., ubi inter se

*δύναμις τῆς πόλεως, ἣν ἀπὸ τῶνδε τῶν τρόπων ἐκτησάμεθα, σημαίνει. μόνη γὰρ τῶν νῦν ἀκοῆς κρείσσων ἐς πεῖραν ἔρχεται καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται. μετὰ μεγάλων δὲ σημείων καὶ οὐ δὴ τοὶ ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα, καὶ οὐδὲν προςδεόμενοι οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου οὔτε ὅςτις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει, τῶν δὲ ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει, ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐςβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι, πανταχοῦ δὲ μνημεῖα κακῶν τε κἀγαθῶν ἀΐδια ξυγκατοικίσαντες. περὶ τοιαύτης οὖν πόλεως οἵδε τε γενναίως δικαιοῦντες μὴ ἀφαιρεθῆναι αὐτὴν μαχόμενοι ἐτελεύτησαν, καὶ τῶν* 42 *λειπομένων πάντα τινὰ εἰκὸς ἐθέλειν ὑπὲρ αὐτῆς κάμνειν. διὸ δὴ καὶ ἐμήκυνα τὰ περὶ τῆς πόλεως, διδασκαλίαν τε ποιούμενος μὴ περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει ὁμοίως, καὶ τὴν εὐλογίαν ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω φανε-*

contrarie ponuntur *καθ' ὑπόνοιαν λέγειν* et *ἁπλῶς λέγειν*, et illud prius intelligunt orationem ornatam tropis et figuris. Contra quos Bau. contendit, *καθ' ὑπόνοιαν λέγειν* esse *per ambages, suspiciose dicere, ut plus intelligatur, quam dicitur,* et negat, ex vocabulo *ὑπόνοια* notionem orationis figuris ornatae effici posse. Itaque verba sic coniungit, ut auctor ipse posuit, *ὑπόνοιαν ἔργων*, quem sequitur Popp. ex *ὅστις* hic *αὐτοῦ* repetens et totum locum ita reddens: *Nec indigentes tali viro, qui versibus in praesens quidem delectet, sed a quo effectae de rebus opinioni veritas suspecta noceat.* Sic vox *ὑπόνοια* ex parte propriam vim retinet, ut qua significetur oratio, unde plus intelligitur, non quidem quam dicitur, sed quam ex re et veritate dici debebat, quippe rebus per facultatem poeticam in maius celebratis. Futuro *βλάψει* usus est respectu item futuri supra positi: *τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα.* Mox pro *ἐςβατόν* secundum praecepta in Buttm. Gr. max. p. 246. adn. 2. exspectaveris *ἐςβατήν*. Is enim adiectiva verbalia in *τός* desinentia, quum coniuncta praepositionibus accentum retrahant, communia fieri, quum vero accentum in postrema syllaba servent, trium generum esse docet. Contra quem Popp. plura exempla profert, quibus hoc praeceptum infirmatur. Denique in verbis *μνημεῖα κακῶν* vox *κακῶν* refertur ad illa superiora *οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ*, nimirum ad gravitatem calamitatum, quibus Athenienses hostium iniurias ultos esse dicit. „*Μνημεῖα κακῶν* sunt monumenta irae erga hostes victos, velut tropaea, urbes direptae et eversae; et *μνημεῖα ἀγαθῶν* monumenta benignitatis erga colonias, in quas sacra, leges et instituta egregia intulerunt.“ Gottl.

42. *ἐφ' οἷς*] i. e. *τούτων, ἐφ' οἷς*. Mox verbum *ὕμνησα* „licet proprie de poetis dicatur, tamen etiam ad laudes oratorio sermone praedicatas transferri locis Herodoti 1, 13. 17. Isocr. p. 153. Philonis Iud. 726. 729. docet Bloomf.“ Popp. Dein *ἰσόῤῥοπος* converte: und nicht vielen unter den Hellenen möchte, wie diesen, das Wort mit der That Hand in Hand gehend erscheinen. „Alibi, ut modo dixit, *τῶν ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάπτει*, vel *ὁ λόγος τῶν ἔργων κρατεῖ* (1, 69.), verum hic *ὁ λόγος τῶν ἔργων οὐ κρατεῖ μᾶλλον ἢ ἰσόῤ-*

ϱὰν σημείοις καθιστάς. καὶ εἴρηται αὐτῆς τὰ μέγιστα· ἃ γὰϱ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀϱεταὶ ἐκόσμησαν, καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἰσόϱϱοπος ὥςπεϱ τῶνδε ὁ λόγος τῶν ἔϱγων φανείη. δοκεῖ δέ μοι δηλοῦν ἀνδϱὸς ἀϱετὴν πϱώτη τε μηνύουσα καὶ τελευταία βεβαιοῦσα ἡ νῦν τῶνδε καταστϱοφή. καὶ γὰϱ τοῖς τἄλλα χείϱοσι δίκαιον τὴν ἐς τοὺς πολέμους ὑπὲϱ τῆς πατϱίδος ἀνδϱαγαθίαν πϱοτίθεσθαι· ἀγαθῷ γὰϱ κακὸν ἀφανίσαντες κοινῶς μᾶλλον ὠφέλησαν ἢ ἐκ τῶν ἰδίων ἔβλαψαν. τῶνδε δὲ οὔτε πλούτῳ τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν πϱοτιμήσας ἐμαλακίσθη οὔτε πενίας ἐλπίδι ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο· τὴν

ϱοπος φαίνεται." Arn., qui addit, adiectiva ex ἴσος composita cum genitivo construi, citans Bloomf. ad Aesch. Pers. 352. „Periclis mens est, apud alios *actionibus non exaequari famam*, non *fama non exaequatas esse actiones*." Gail. Popp. monuit mutatae constructionis in πολλοῖς ὥςπεϱ τῶνδε, ex quibus casibus dativum ad φανείη ἰσόϱϱοπος ita relatum esse dicit, ut valeat *apud multos Graecos*, ad „ὥςπεϱ autem intellige ὁ λόγος φαίνεται, et observa usum genitivi ὁ λόγος τῶνδε i. e. ὁ πεϱὶ τούτων ἀγοϱευθείς." Bau. Conf. 1, 69. Mox ἀνδϱὸς ἀϱετὴν est pro ἀνδϱείαν.

ἡ νῦν τῶνδε καταστϱοφή] i. e. der Ausgang dieser, wovon wir jetzt reden, ist der sicherste Beweis von männlicher Tugend, sowohl indem er solche zuerst sichtbar macht, als indem er dieselbe mit dem letzten Siegel bekräftigt. Μηνύουσα πϱώτη videtur referri ad eos, qui antea non boni cogniti essent: propterea addit καὶ γὰϱ τοῖς τἄλλα χείϱοσιν etc., βεβαιοῦσα autem referri ad eos, qui iam antea boni cogniti erant. Et ἐς τοὺς πολέμους est *in bellis*. Mox πϱοτίθεσθαι etc. converte: es ist gerecht, zu Gunsten derer, die sich in andern Stücken nicht ganz gut gezeigt haben, die Bravour, die sie im Kriege für das Vaterland bewährt haben, vorzuziehen, praeferre illis ἄλλοις, quibus deteriores per vitam fuerant i. e. igitur: es ist höher anzurechnen, anzuschlagen als das Andere. Quare mihi recte Schol. interpretari videtur: πϱοτιμᾶσθαι. Arn. πϱοτίθεσθαι intelligit herausheben, prae aliis extollere, ut illa alia premant, et utitur loco Thuc. 3, 64. ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδϱαγαθίαν πϱοὔθεσθε et Herodoti 6, 21. πένθος μέγα πϱοεθήκαντο, quamquam his locis dicit potius sensum esse viel Aufhebens machen. At πϱοτίθεσθαι hoc utroque loco, sicut 8, 85., est *prae se ferre, exserere, exhibere*, id quod priori horum trium locorum vel aoristus πϱοὔθεσθε docet. Loquitur enim ibi orator de iis, quae Plataeenses olim exhibebant, non de iis, quae in praesentia iactant. Arn. subiectum verbi πϱοτίθεσθαι facit inesse in τοῖς τἄλλα χείϱοσιν, at sic scriptor dicturus fuisset οἱ τἄλλα χείϱονες δίκαιοί εἰσιν, nec iam illi in vivis erant, ut suam ipsi causam tueri possent. Mox in οὔτε πλούτῳ plures et meliores libri πλούτῳ, vulgo πλούτου. Poppo ait, respondere inter se πλούτῳ et πενίας ἐλπίδι, at Meyer. Turic. πλούτου — ἀπόλαυσιν et πενίας ἐλπίδι. Quum utrumque recte fiat, praestat librorum auctoritatem sequi. Mox ad τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν supple αὐτοῦ, den ferneren Genuss des Reichthums. Et πενίας est genitivus attractionis, hoc sensu: οὔτε ἐλπίδι ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν τὴν πενίαν πλουτήσειεν. In verbis αὐτῶν λαβόντες pronomen referendum ad verba τῆς ἔτι ἀπολαύσεως καὶ τῆς ἐλπίδος. Λαβόντες autem dictum est, ut nostrum nehmen (eine Sache so oder so nehmen i. e. sie deuten, auslegen), quo sensu etiam Latini *accipere*.

δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι, ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δ' ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν, καὶ δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης ἅμα ἀκμῇ τῆς 43 δόξης μᾶλλον ἢ τοῦ δέους ἀπηλλάγησαν. καὶ οἵδε μὲν προςηκόντως τῇ πόλει τοιοίδε ἐγένοντο· τοὺς δὲ λοιποὺς χρὴ ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι, ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν, σκοποῦντας μὴ λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφέλειαν, ἣν ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι, λέγων ὅσα ἐν τῷ τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι ἀγαθὰ ἔνεστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῆς πόλεως δύναμιν καθ' ἡμέραν ἔργῳ θεωμένους καὶ ἐραστὰς γιγνομένους αὐτῆς, καὶ ὅταν ὑμῖν

*τῶν δὲ ἐφίεσθαι*] Tenendum est, non simpliciter dici ἐβουλήθησαν τῶνδε ἐφίεσθαι (quod sane ineptum esset; quum τῶνδε eodem referatur, quo αὐτῶν sc. ad ἀπόλαυσις et ἐλπίς), sed ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ i. e. τοῦδε τοῦ κινδύνου τῶνδε ἐφίεσθαι, tantummodo illo periculo propulsando ista bona appetere voluerunt, quae exoptabant quidem, sed ita ut simul fortes se gererent, non voluptatum cupiditate a virtute deflecterent. Krueg. ad Dionys. p. 239. Mox τοῦ κατορθώσειν est τοῦ νικήσειν, et ἐν αὐτῷ idem quod ἐν ἔργῳ. Deinde de articulo τό cum infinitivis ἀμύνεσθαι et σώζεσθαι (vulgo τῷ ἀμ. et τῷ σώζ., sed alterum auctoritate librorum receptum) pro solis infinitivis conf. 2, 53. τὸ μὲν προςταλαιπωρεῖν οὐδεὶς πρόθυμος ἦν et v. Matth. §. 543. adn. 2. Mox παθεῖν dictum est pro solenniori παθεῖν τι i. e. *mortem oppetere.* v. Doederl. Lat. Synon. Vol. 4. p. 263 sq. Et μᾶλλον ἡγησάμενοι idem est, ac si dixisset προελόμενοι vel ἡγησάμενοι δεῖν ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἢ σώζεσθαι. v. Matth. p. 1036. Lobeck. Parerg. ad Phryn. c. VI. p. 753. Eundem sensum habet οἴεσθαι apud Dinarchum adv. Demosth. p. 62. Reisk. Xenoph. H. Gr. 5, 1, 15. Conf. Thuc. 3, 13. καὶ ἐνομίζομεν ἀποστήσεσθαι sc. δεῖν. Mox τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου est τὰ ὀνειδίζεσθαι ὡς δειλοί.

*δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης*] i. e. *brevissimo momento* sive im kurzen Augenblick der Entscheidung. Hic videtur sensus totius sententiae: und nachdem sie im Kampfe die Vertheidigung und den Tod lieber gewählt als Weichen und Rettung, so haben sie den Vorwurf der Feigheit vermieden, an die Ausführung Leib und Leben gesetzt, und sind im kurzen Augenblick der Entscheidung mit dem Höchsten des Ruhmes vielmehr als der Furcht geschieden. Conf. Dion. Cass. 66, 17. Propter brevitatem discriminis scriptor c. 43. hanc mortem appellat μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενον ἀναίσθητον θάνατον, et Dionys. A. Rh. c. 6. §. 4. hoc ipso loco allato docet, talia locum communem oratorum fuisse in laudibus funebribus, ὅτι ταχὺς καὶ ἀναίσθητος καὶ ἐκτὸς βασάνων καὶ τῶν κακῶν τῶν ἐκτῆς νόσου θάνατος accidisset.

43. *ἔργῳ θεωμένους*] i. e. nicht mit Worten bloss über das Nützliche der Vaterlandsvertheidigung räsonnirend, sondern die Macht des Staates in der Wirklichkeit täglich vor Augen habend etc. Mox αἰσχυ-

μεγάλῃ δόξῃ εἶναι, ἐνθυμουμένους ὅτι τολμῶντες καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο, καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλείησαν, οὔκουν καὶ τὴν πόλιν γε τῆς σφετέρας ἀρετῆς ἀξιοῦντες στερίσκειν, κάλλιστον δὲ ἔρανον αὐτῇ προϊέμενοι. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφή, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται. οὓς νῦν ὑμεῖς ζηλώσαντες καὶ τὸ εὔδαιμον τὸ ἐλεύθερον, τὸ δὲ ἐλεύθερον τὸ εὔψυχον

*νόμενοι ἄνδρες* sunt *viri dedecoris vitandi studiosi*. Color ductus ex Hom. Il. 5, 530. 15, 563. Et *ἔρανον* quem dicit, intellige symbolas, quas modo Pikenik dicimus, modo intelligere debemus pecuniam collectam per societatem aliquam sublevandis, si qui ex suo numero in rebus angustis versentur. Plura habent Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 264. et Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 230. Praesenti loco videlicet vox metaphorica est, et militiam significat quasi per *συνειςφοράν* pro patriae salute actam. Hic igitur *ἔρανος* est symbola, patriae oblata per eos communiter, qui pro ea morti se devovissent. „Idem, quod *ἔρανον προϊέμενοι*, dicunt verba, quae sequuntur, *κοινῇ διδόντες*, quibus auctor significat, quod illi milites communiter patriae dederant, id redditum esse singulis per gloriam, quam singuli tulerunt. Tenendum enim est, singulorum et nomina et tribus monumento inscripta esse, quod erigebatur in honorem caesorum; itemque pecuniam, loco *ἐράνου* contributam in illis societatibus Atheniensium mutuae sublevationis causa institutis, reddi solitam esse communi sociorum ab illis, qui postquam sublevati fuerant, res rursus secundas nacti pecunias reddendo pares facti essent. Itaque hi quidem socii *κοινῇ διδόντες κοινῇ καὶ ἐλάμβανον*, at illi milites, qui pro patria occubuerant, *κοινῇ διδόντες ἰδίᾳ ἐλάμβανον*." ARN. Et *προϊέμενοι*, est *profundentes, largiter effundentes*. v. Schneid. ad Xen. Anab. 7, 7, 47." POPP.

*οὐκ ἐν ᾧ — μᾶλλον, ἀλλά*] *Ἀλλά* interdum post comparativum infertur, quare non recipienda, quae in Laur. E. Ar. Chr. Dan. 47. 48. et (teste Bekk.) m., tum marg. Steph. est correctio *μᾶλλον ἢ ἐν ᾧ*. Vid. Thuc. 5, 66. Matth. §. 455. b. Verba *ἀλλ' ἐν ᾧ* etc. sic intellige, sitos eos esse in memoria posteritatis, quasi sepulcro. v. Bentl. ad Horat. 9. Epod. 25. Mox verba *τοῦ ἔργου* contrarie posita sunt verbis *τῆς γνώμης* et *monumentum* significant, quemadmodum initio huius orationis et rursus in peroratione, et in hoc ipso capite paulo superius exsequiae *ἔργον* vocantur, ratione habita orationis, qua eos Pericles prosequitur. Contrarie igitur *τῷ ἔργῳ* ponuntur tum quae *λόγῳ* fiunt, tum quae *γνώμῃ* (memoria, animo) in honorem defunctorum. Conf. Thuc. 5, 108. Deinde *τὸ εὔδαιμον* subiectum est, et *τὸ ἐλεύθερον* praedicatum, sicut statim post vicissim *ἐλεύθερον* subiectum est, et *τὸ εὔψυχον* praedicatum. Schol. *ἕπεται γὰρ εὐψυχίᾳ μὲν ἡ ἐλευθερία, ταύτῃ δὲ ἡ εὐδαιμονία καὶ ὁ μακάριος βίος καὶ ὁ σπουδαῖος. Ὅμηρος* (Od. 17, 322.) „*ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται*" — Thuc. 5, 9. init. *ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι ἀεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας*. Dein *μὴ περιορᾶσθε* est *bellica pericula ne detrectate*.

*κρίναντες, μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους. οὐ γαρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστ' ἀγαθοῦ, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται καὶ ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἤν τι πταίσωσιν. ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ [ἐν τῷ] μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοι-* **44** *νῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος. διόπερ καὶ*

*οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες*] Schol. *τὸ νόημα παράδοξον καὶ ἐναντίον τῇ κοινῇ συνηθείᾳ· Θέογνις γὰρ ὁ ποιήσας τὰς ὑποθήκας* (v. 177. Br.) *φησί· „Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον Ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων." τούτῳ οὖν ἐναντίως ὁ Περικλῆς ἀποφαίνεται. καὶ σκόπει τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἑρμηνείας, ὅτι καὶ τῆς εἰρημένης τοῦ Θεόγνιδος ὑποθήκης λανθανόντως ἐμνήσθη, καὶ ᾐνίξατο εἰπὼν τὸ δικαιότερον· τὸ γὰρ δικαιότερον συγκρίσεως ἔμφασιν ἔχει.* „Vulgo enim, ait Popp., *τοὺς πένητας καὶ ἀθλίους ῥιψοκινδύνους εἶναι* dicunt." Rursus *οἱ πλούσιοι δειλοί εἰσι πρὸς θάνατον, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν στερούμενοι*, ait Schol. Eur. Phoen. 600., quem Bloomf. attulit. Atque haec Thucydidis mens est: Fructibus divitiarum suarum si qui acquiescere volentes securitatem pacis periculis belli praeoptent, hi perpendant, veram felicitatis securitatem in libertate esse; libertatem vero tantum in fortitudine. Non igitur quibus nihil est, his potius, quia nullam aliam nisi in audendo, spem fortunae habeant, pericula incurrenda sunt, sed qui sua servare cupiunt, siquidem horum haec conditio est, ut bona perdere possint et mala nancisci. Magnanimi autem hominis est, magis timere sortem ignavia deteriorem factam, quam cum fortitudine nec sine spe boni exitus susceptum vitae periculum et vel obitum, qui tam brevi momento consequitur, ut vix sentiatur.

*ἐν τῷ μετὰ τοῦ*] *Ἐν τῷ* om. omnes edd. Stobaei p. 192. Schow., Lugd. *ἐν τῷ*, post *μετὰ τοῦ* collocant Laur. E. Vind. m. Ar. Chr. Dan. 47. 48. et Stobaei cod. A. apud Gaisfordium, *ἐν τῳ* cum Abr. scripserunt Gottl. Bekk. *Μετὰ τοῦ* omittendum censuerunt Tus. Schneid. ad Xen. Anab. 3, 2, 32. et Haack., qui uncis inclusit. Utrumque defendit Krueg. ad Dionys. p. 210., qui *τὸ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι* Graece dici putat pro das Benehmen mit Feigheit, et proinde totum intelligit den in dem Benehmen mit Feigheit erlittenen Nachtheil, quasi huic sententiae dicendae non suffecerit dixisse *ἡ ἐν τῷ μαλακισθῆναι κάκωσις*. Vis vocis Benehmen inest in ipsa forma verbi *μαλακισθῆναι*, nec opus est eam supplere per circumscriptionem *τὸ μετὰ τοῦ* etc. Equidem omittere malim *ἐν τῷ*, nam pro *ἐν τῷ* Thuc. etiam alibi ponit *μετὰ τοῦ*, velut 1, 6. *μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι*, ubi Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ γυμνάζεσθαι*. Bekk. *ἔν τῳ* intelligere videtur bei irgend einem Anlasse, (pro quo 2, 87. est *ἔν τινι*), quod tamen hic non aptum esse adnotavit Haack., imo otiosum additamentum esset; quin Schaef. Appar. cr. Dem. Vol. 5. p. 769. adn. negat Graecum esse. Minime probanda est coniectura Burgessii *ἡ βιότου μετὰ τοῦ μαλ. κάκωσις*, nam voce poetica *βίοτος* hic scriptor non utitur. Mox *κοινὴ ἐλπίς* est *communis spes*, qua ductus hostis cogitet ab hoste se victorem discessurum. Quo sensu etiam *κοινὸς Ἄρης*, Homero *ὁμοίιος πόλεμος*, Latinis *communis Mars* dicitur, quippe ubi et caedas et caedaris communi periculo. Simili sensu poetae (ut Soph. El. 137. Ai. 130.) saepe habent *κοινὸς Ἅιδης*, qui et tibi pateat, et adversario, et Latini poetae *publicam cymbam* Charonis dixerunt, quippe quae omnes mortales exspectet. v. Schweigh. ad Athenae. Animadvv. Vol. 7. p. 226. Valck. Diatr. Eurip. p. 280 sq.

τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας ὅσοι πάρεστε οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες· τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥςπερ οἵδε μὲν νῦν τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη. χαλε-

44. τραφέντες] i. e. *sciunt se enutritos esse, adolevisse.* v. Matth. p. 1075. 2. De verbis τὸ — εὐτυχές v. ibid. p. 555. 1. Supple τὸ δ' εὐτυχὲς τοῦτο ἐπίστανται ὄν. v. Herm. ad Vig. p. 712. Porro in his verbis commixtio duarum loquendi rationum est. Dicas enim vel τὸ δ' εὐτυχές, ἐάν τις λάχῃ, vel εὐτυχεῖς δέ εἰσιν, οἳ ἂν λάχωσιν. Conf. 4, 18. 6, 14. 7, 68. 2, 62. praeiit Hom., de quo v. Heyn. Vol. 6. p. 536. Adde Schaef. ad Soph. El. 1060. Heind. ad Plat. Soph. p. 388. Matth. p. 1302 sq. 6. Mox de transitu ex coniunctivo λάχωσιν in indicativum ξυνεμετρήθη conf. 4, 92. et de λάχωσιν cum genitivo v. Matth. p. 636.

ξυνεμετρήθη] Soloni et Sophocli et cum his consentienti Thucydidi optabilius visum, non natum esse, quam gustatis vitae illecebris quotidie vices fortunae timere, vel certe imminens senium exspectare. v. Soph. Oed. C. 1227. Herm. Atque Solon apud Herodot. 1, 30 sqq. defunctum honesta morte Tellum, Atheniensem, beatissimum omnium iudicat, et post eum beatissimos Bitonem et Cleobin, quibus et in vita bene fuerit, et optimus vitae exitus contigerit, quem exitum qui deus iis impertiisset, eum ea re ipsum ostendisse, melius hominibus esse non nasci, et post hoc secundum felicitate, cito eo abire, unde venerint, quotidie enim hominum vitam casibus obnoxiam esse. Pericles aperte eadem sentiendi ratione imbutus hac fere cogitationum serie procedit. Ait propinquos defunctorum scire, se variis casibus per vitam usos, neque in ea aliter sperari posse, siquidem, ut Sophocl. v. 1217. ait, longa vita saepe eo res humanas adduxit, ut plus doloris quam voluptatis haberent. Addit, eos propinquos scire felicissimos mortalium esse, quibus vel exitus honestissimus (quemadmodum Tello apud Herodotum), vel luctus honestissimus, ut propinquis caesorum pro patria, contigerit, et quibus vita sic traducta sit, ut et in ea felices essent, et in felicitate decederent, quod Cleobi ac Bitoni contigisse Solon praedicat. Hinc duo sequuntur, et Pericli persuasum fuisse, vitae felicitatem non in diuturnitate ponendam esse, in quo convenit ei cum Sophocle v. 1213., et Periclem hoc erga propinquos solatio uti apparet: qui varios vitae casus ipsi experti sint, eos laetaturos, filios suos cognatosque iuvenes, antequam easdem vices fortunae sensissent, tota vita feliciter peracta (*quippe patria et libera et proinde felici*, v. adnot. ad 2, 61. init.), decoram mortem oppetiisse. Addit autem Pericles: *qui in felicitate decederent*, nam πρὶν ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα, at εἰ (πρὸς τοῖς εὐτυχέσι) ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτος — ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστιν Herodot. 1, 32. Ipsa verba Periclis ita intelligo, quasi scriptum sit καὶ οἷς ξυνεμετρήθη ὁ βίος ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁμοίως ἐν αὐτῷ (v. Matth. §. 533. adn. 2.) καὶ ἐντελευτῆσαι ἐν εὐδαιμονίᾳ i. e. *quibus vita ita traducta est, ut in ea et felices essent, et in felicitate decederent.* Nam „verbo ξυνεμετρήθη vitam non datam et concessam, sed actam et traductam significari, creber usus et huius verbi et adiectivi σύμμετρος est.“ Herm. ad Vig. p. 712. Alii intelligunt *concessa est* (ist zugemessen worden), quorum sententia in nominativo βίος ξυνεμετρήθη ἐντελευτῆσαι etc. (i. e. ξυνεμετρήθη ἐν τῷ βίῳ τὸ ἐντελευτῆσαι etc.) idem genus attractionis inest, quod 1, 132. extr. in

πὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὄν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, αἷς ποτε καὶ αὐτοὶ ἠγάλλεσθε· καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ' οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθῇ. καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι· ἰδίᾳ γάρ τε τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται, καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ, ξυνοίσει· οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσον τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν. ὅσοι δ' αὖ παρηβήκατε, τόν τε πλείονα κέρδος ὃν εὐτυχεῖτε βίον ἡγεῖσθε καὶ τόνδε βραχὺν ἔσεσθαι, καὶ τῇ τῶνδε εὐκλείᾳ

verbis καὶ ευρεν αὐτὸν ἐγγεγραμμένον κτείνειν i. e. ἐγγεγραμμένον περὶ αὐτοῦ κτείνειν αὐτόν. v. Matth. p. 595. Thuc. 8, 91. Hanc interpretationem verbi ξυνεμετρήθη praefero, quia altera explicatio (Hermanni) ὥςτε ἐντελευτῆσαι etc. requirit. Recte iam Schol. extrema huius loci ita exposuit: ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ ζῆσαι καὶ τελευτῆσαι. Sponte enim intelligitur, omnibus mortalibus moriendum esse, „unde sequitur, ait Herm., ἐνευδαιμονῆσαι quum non ambiguum sit, quippe intelligendum de prospero vitae statu, etiam verbum ἐντελευτῆσαι dictum esse de morte placida," non aliter ac si scripsisset καὶ ἐντελευτῆσαι ἐν ταύτῃ τῇ εὐδαιμονίᾳ sive καὶ οἷς ἐν βίῳ εὐδαίμονι ἀεὶ ἐντελευτῆσαι συνέτυχε. De verbis ex ἐν compositis, quorum Graeci amantissimi sunt, v. Porson. Adv. p. 265. Elmsl. ad Eurip. Bacch. 508. Deinde ὧν καὶ πολλάκις idem est, quod ὅτι αὐτῶν καὶ πολλ. etc. Mox εὐτυχίαις Schol. explicat per τοῖς τέκνοις.

οὗ — ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθῇ] Graeci, ubi participium cum verbo finito diversi regiminis coniungitur, eo casu utuntur, quem participium postulat. Krueg. ad Dionys. p. 119. Et ἀφαιρεθῇ dedi ex libris nonnullis pro vulgata ἀφαιρεθείη, quia coniunctivo opus est, quum orator non loquatur de iis, qui aegre ferant, quod aliquando, si quid aliud eveniat, bonis priventur, sed de iis, qui dolent bona iam amissa, quare praecedit στερίσκηται i. e. *quo aliquis privatus fuerit*, ut monuit Popp. Mox inde a verbis ἰδίᾳ — ξυνοίσει binae sententiae se excipiunt per γάρ incipientes; atque priori quidem ratio redditur, cur καρτερεῖν debeant, qui liberis orbi facti spem novae prolis concipere possint. Nam futura soboles, ait, amissae oblivionem parabit, ac sic commodum duplex civitati redundat, alterum quod defensoribus non carebit, alterum quod tutius aget. Atque hoc postremum, cur civitas tutius actura sit, altera sententia causali: οὐ γὰρ οἷόν τε etc. explicatur. Nam sic, ait, magis amore reipublicae accendentur, quum, qui nullos liberos habent, minus salute vel damno reipublicae tangantur. Et quod ἰδίᾳ scriptum est, Schol. γράφεται, ait, ἡδεῖα, τουτέστι γλυκεῖα ἡ λήθη τῶν ἀπελθόντων τέκνων, εἰ ἐπιγεννηθέντες γίνονται παῖδες. „Lectionem ἡδεῖα fateor mihi videri nimis scitulam et bellulam, ut plane frigeat. Et vero ἰδίᾳ aperte respicit ad τῇ πόλει." Bau. Et λήθη est *causa oblivionis*. v. Iacobs. ad delect. Epigr. Gr. 11, 41. De ἔσονται cum singulari λήθη v. Matth. p. 611. med. Paulo post apodosis initium habet a verbis τόν τε πλείονα etc. Etenim bona simul cuncta ut homo consequatur, id quidem fieri posse negat Solon apud Herodot. 1, 31., quemadmodum ne terra quidem sit ulla, quae cuncta sibi suppeditet, sed aliud habeat, alio indigeat; quae vero plurima habet, eam optimam esse.

κουφίζεσθε, τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥςπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι. παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε ἢ 45 ἀδελφοῖς ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα· τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν, καὶ μόλις ἂν καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς οὐχ ὁμοῖοι ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους κριθείητε. φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον, τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσον-

ἐν τῷ ἀχρείῳ] Schol. τῷ γήρᾳ δηλονότι Diod. 13, 14. οἱ ἐν ταῖς ἡλικίαις τὴν ἐν τῷ πολέμῳ χρείαν παρέχεσθαι μὴ δυνάμενοι. Τὸ ἀχρεῖον est *aetas imbellis, armis ferendis non apta*, cui contrarie ponitur τὸ καθαρόν. Similem vim vox utilitatis habuit in medio aevo. v. Krause Gesch. d. heutig. Eur. Vol. 3. p. 59. adn. Conf. Iustin 2, 11, 3. et Doederl. in script. Academ. (Erlang. 1827. 4.) Denique ad τὸ κερδαίνειν Schol. adnotavit: φιλάργυροι γὰρ οἱ γέροντες. „Fortasse ad Simonidem respicit, de quo Plutarch. 2, 781. ita scribit: ἔλεγε πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ, ὅτι, τῶν ἄλλων ἀπεστερημένος διὰ τὸ γῆρας ἡδονῶν, ὑπὸ μιᾶς ἔτι γηροβοσκεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν." Bloomf.

45. παισί] Usitatior ordo verborum erat τοῖς παισὶ δ' αὖ τῶνδε, ὅσοι πάρεστε. Nunc ad τῶνδε repetendum παῖδες, et ad παισί propter articulum omissum supplendum ὑμῖν. Itaque vulgari modo et plene ita scribendum erat: ὅσοι δ' αὖ τῶνδε πάρεστε παῖδες ἢ ἀδελφοί, ὑμῖν ὁρῶ. — Popp. post Gottl. Mox καθ' ὑπερβολήν est *per eximiam virtutem vestram*. Nam κατά cum acc. modo est *propter*, ut in κατὰ ἔχθος, sive *per*, modo *quod attinet ad*, ut in κατὰ ἀξίωσιν.

τοῖς ζῶσι] Meyer. Tur. de h. l. (si recte intelligo,) ita sentit, sententiam: *homines invidere aemulis, dum vivunt* Graece dicendam fuisse: φθόνος γὰρ πρὸς τὸ ζῶν ἀντίπαλον. Verba scriptoris non aliam explicationem admittere, quam *invidia viventes premuntur ex aemulatione*. At πρός non videtur separari posse a φθόνος. Quid prohibet, quominus intelligamus: *invidia est inter vivos erga aemulos?* Verbis τοῖς ζῶσι scriptor amplectitur et eos, qui invident, et quibus invidetur, nam invidia aemulorum mutua est. Quod Meyer. vult, Graece ita dicendum erat: φθόνος γὰρ πρὸς τοὺς ζῶντας ἐκ τοῦ ἀντιπάλου. Ac τὸ ἀντίπαλον intelligendos esse *aemulos*, non *aemulationem*, ea quoque indicant, quae contrarie ponuntur: τὸ μὴ ἐμποδών i. e. ii, qui non impedimento, *non aemuli* sunt (utpote mortui.). Ubi tenendum, Graecis τὸ μὴ ἐμποδών una duo significari, quae Latine non aliter dixeris, quam *non aemulos* et *non viventes*, seorsum utrumque. Goethe: die uns noch irgendwo in den Weg kommen können. De neutro τὸ ἀντίπαλον (vulgo ante Gottl. τὸν ἀντίπαλον) v. Matth. p. 555, 1. Mox locum de officio sexus muliebris explanat et partim convertit Addiso in Spectator nr. 81. Porro ὅσαι sequitur, quasi praecesserit γυναικῶν, non γυναικείας. Et ὑπαρχούσης φύσεως est *indole, quam pro sexu suo habent* sive die Natur ihres Geschlechts. Sic 2, 61. τῆς ὑπαρχούσης δόξης significat famam, quae de civitate obtinet, der Credit, in dem zu stehen dem Staate angemessen ist. Ad μὴ χείροσι Dukas adnotavit: τουτέστι μὴ γενέσθαι ἐπιδεικτικωτέρας καὶ φανερωτέρας ἑαυτῶν πέρα τοῦ δέοντος ὀλοφυρομένας. Conf. Plut. de Mulier. Virtut. Vol. 7. p. 1. Apophthegm. Lacon. p. 354. 366. Wytt. Synes. de Provid. p. 105. coll. Toup. Emendd. in Suid. Vol. 1. p. 25. Schol. ἀρετὴ γυναικὸς σιωπωμένη κηρύττεται.

*ται μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα καὶ ἧς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ.* 46 *εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόςφορα, καὶ ἔργῳ οἱ θαπτόμενοι τὰ μὲν ἤδη κεκόσμηνται, τὰ δὲ αὐτῶν τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρι ἥβης θρέψει, ὠφέλιμον στέφανον τοῖςδέ τε καὶ τοῖς λειπομένοις τῶν τοιῶνδε ἀγώνων προτιθεῖσα· ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προςήκει ἕκαστος ἀποχωρεῖτε.*

46. *μέχρι ἥβης*] Schol. *μέχρι ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν* i. e. donec *ἔφηβοι* facti sunt. Anno quintodecimo peracto iuventus Attica subiit *δοκιμασίαν*, pubertatis, quam secuta est aetas, quam appellabant *ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι*. Hoc spatium duorum annorum quum in gymnasiis et sub aliis magistris transegissent, aetate duodeviginti annorum in lexiarchicas tabulas *ἔφηβοι* facti referebantur, in Agrauli luco *πανοπλίᾳ* induti sacramentum dicebant, et ab eo tempore duos ephebiae usque ad vicesimum annos in terrae Atticae circitoribus (*περιπόλοις*) agebant. Militiam extra fines patrii soli demum ex ephebis egressi obibant. At civium in bello caesorum filii, postquam usque ad pubertatem (*μέχρι ἥβης*) publico sumtu nutriti erant, in theatro habita concione publice arma acceperunt, paucis ante tragoedias in Dionysiis urbanis exhibitas diebus. Id fiebat nono mense Elaphebolione. Deinde filii civium pro patria defunctorum una cum ceteris sua sibi arma suo sumtu parantibus exeunte anno examinabantur et lexiarchicis tabulis inscribebantur, posthac vero proximo mense Boedromione sacramento in Agrauliis adigebantur. v. Boeckh. in script. Academ. a. 1819. et 1819. 20. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 173 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 252 sqq. C. Fr. Herm. Antt. Gr. §. 123.

*τοῖς δέ*] Sic scribendum pro *τοῖςδε* ex regula Buttmanni Exc. 12. ad Demosth. Or. Midian. conf. Herm. ad Soph. Philoct. 87. „Buttm. ad Soph. Phil. p. 74. negat, scriptores prosae orationis in huiusmodi apodosi unquam *ὅδε*, sed semper *οὗτος* aut fortius *οὗτος δέ* dicere, inde ivit demonstratum, apud poetas *ὅδε* illud sic usurpatum semper *ὁ δέ* scribendum esse divisim: ut docet hic locus, partim vere, partim minus. Nam in prosa etiam non solum *οὗτος* vel *οὗτος δέ*, sed etiam *ὁ δέ* licuit usurpari, idque h. l. Thucydidis erat reddendum.“ Dind. At Matth. §. 470. 2. exempla opponit pronominis *ὅδε* post *ὅς* positi, et dubitanter de hoc quidem loco loquitur. „Particula *δέ* in apodosi non solum I. ibi ponitur, ubi subiectum eius cum vi effertur, atque protasis subiecto opponitur, quibus locis Latini quoque *vero* dicunt, (Thuc. 8, 70. *ὡς — οἱ δὲ τετρακόσιοι* etc.), sed etiam II. modo Homerico et Herodoteo post particulas temporales in protasi particula *δέ* instructas eadem reddit in apodosi (velut 5, 16. *ἐπειδὴ δέ — τότε δέ —*). Et ne praecedit quidem semper eadem particula in protasi sententiarum tempus indicantium. Vid. Matth. p. 1247. Dubitationem movent verba *ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται — τοὺς δὲ καὶ ἄνδρες* etc. III. Ubi scriptores post parenthesin sententiam repetunt, quae ante parenthesin adfuit, et prior sententia *δέ* additum habet, idem *δέ* posteriori sententiae addi solet. v. Herm. ad Soph. El. 776. Matth. l. c.“ Popp. His addi potest IV., quemadmodum post *ὅτε — ἐπεὶ — ἕως* saepe in apodosi *δέ* ponitur, ita etiam in comparationibus poni. v. Herm. ad Soph. El. 27.

*ἀπολοφυράμενοι*] Schol. Thuc. 2, 61. *ἀπαλγήσαντας — ἀντὶ τοῦ*

Τοιόςδε μὲν ὁ τάφος ἐγένετο ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ· καὶ 47 διελθόντος αὐτοῦ πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου τοῦδε ἐτελεύτα. τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὰ δύο μέρη ὥςπερ καὶ τὸ πρῶτον ἐςέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν· ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ καθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. καὶ ὄντων αὐτῶν οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις, οὐ μέντοι τοσοῦτός γε λοιμὸς οὐδὲ φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων οὐδαμοῦ ἐμνημονεύετο γενέσθαι. οὔτε γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν τὸ πρῶτον θεραπεύοντες ἀγνοίᾳ, ἀλλ' αὐτοὶ μάλιστα ἔθνῃσκον ὅσῳ

παυσαμένους ἀλγεῖν, ὥςπερ τὸ ἀπολοφυράμενοι. In ἀπό est vis cessandi v. Valck. ad Herodot. 9, 31. „Accuratius tamen explicueris: ἀλγήσαντας μὲν, παυσαμένους δὲ τοῦ ἀλγεῖν." Krueg. ad Dionys. p. 196. Mox ἀποχωρεῖτε meliores libri, et in his Ven. Vulgo ἄπιτε. „Ἄπιτε ex optimorum librorum auctoritate in ἀποχωρεῖτε recte mutavit Popp., quamquam glossam esse existimarunt Wass. Gottl. Haack. Bekk. et nuper Web. Abh. etc. p. 16. At plane nequit dispici, quomodo vel stolido interpreti in mentem verbum ἄπιτε venerit, quod ne potest quidem falso intelligi, alio verbo explicare, quod neque planius neque obscurius est. Contra quum ἀποχωρεῖτε Thuc. scripsisset, interpretem praeeunte Platone, quem secutus etiam est Sophista Demosthenicus, (auctor Epitaphii, qui magni oratoris nomen mentitur), ἄπιτε adscripsisse verisimile est." Westerm. Quaest. Demosth. P. 2. p. 69.

47. τὰ δύο μέρη] Duplex nominativus pro τῶν Πελοπ. τὰ δύο μέρη. v. Matth. p. 627. Mox propter τὸ πρῶτον v. 2, 10. Deinde λεγόμενον „est nominativus absolutus et intelligitur αὐτήν. Accuratius ita diceretur: λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον ἐγκατασκῆψασα. Sed, ut saepe fit, ex illo λεγόμενον μέν, *ut quidem dicitur*, suspendit reliqua, posito infinitivo." Herm. ad Vig. p. 713, 39., at Popp. negat, λεγόμενον significare *ut dicitur*, sed *quum dicatur*, et alibi *quamvis dicatur*. Schol. structuram ad sensum factam putat: τὸ δὲ λεγόμενον ὡς πρὸς τὸ νόσημα, (quod latet in ἡ νόσος) ὑπήντησεν, et provocat ad Homeri Od. 12, 74. Conf. Greg. Cor. p. 94. Suid. in νόσον ἔχειν, Phavorin. in νεφέλη, Hemsterh. ad Lucian. D. M. c. 15. Davis. ad Cic. de N. D. 2, 44. Matth. p. 811. adn. Proximo cap. de hoc morbo semper genus neutrum usurpatur, quasi νόσημα adfuerit, quod sequitur demum c. 51. Propter id ipsum et quia αὐτήν ad ἐγκατασκῆψαι non est additum, ac λεγόμενον non est *ut dicitur*, Popp. transit in partes Scholiastae, addens Sophoclem in Phil. 742. inverso modo αὕτη post νόσημα posuisse, quasi νόσος praecessisset. Verbum ἐγκατασκῆψαι „proprie de fulmine usurpatur, transfertur autem ad mala quaevis graviora cum impetu irrumpentia. v. Valck. ad Eurip. Hippol. p. 212." Gottl. Mox propter Lemnum conf. Od. Muell. Orchom. p. 302, 4. Deinde οὕτως iunge cum γίγνεσθαι. v. Matth. p. 612. c. p. 1238. §. 612.

ἀγνοίᾳ] Converte iuxta Scholiastam et Vallam: *neque enim medici sufficiebant morbo curando, primum remedia illi adhibentes prae ignorantia*, sive eum non noscentes. Kistem. Similiter Dukas: μὴ εἰδότες τὸ πάθος, ὅ τι ποτ' ἦν. Poppo haec verba triplici modo intelligi

καὶ μάλιστα προςῄεσαν, οὔτε ἄλλη ἀνθρωπεία τέχνη οὐδεμία· ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν ἢ μαντείοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν, τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν 48ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἴ-

posse docet: „Prout, ait, τὸ πρῶτον et ἀγνοίᾳ aut cum ἦρχουν aut cum θεραπεύοντες iungimus, scriptor dixit aut *medicos propter ignorantiam morbi primum nihil curando profuisse*, postea autem sane utilem eorum operam fuisse.“ Quod falsum esse, ex c. 51. non l. ab init. disci monet Kistem. Pergit Popp. „Aut dicit, *medicos propter inscitiam morbi nihil utilitatis attulisse, quum primum curarent*, quod postea, incertum qua de causa, praetermissum esse; aut *medicos nihil opis tulisse, quum primum propter inscitiam morbi aegrotantes curarent*, quod intellecta morbi saevitia artem eludente ab iis omissum esse.“ Haec tertia explicatio mihi videtur praeferenda esse: nam et rationem reddit, cur initio morbum sanare tentaverint, cuius conatus causa erat morbi natura ignorata, et cur aegrotantes adierint, quod periculum non noverant, brevi tamen cognoscebant. Accedit, quod hac tertia explicatione id, quod in altera deest, suppletur. Denique ordo verborum talis est, qualem tertia illa explicatio requirit. Mox de formula ὅσῳ καὶ μάλιστα v. Matth. p. 861. init.

ἀνθρωπεία τέχνη] Huc fortasse musica referenda. v. Schoencke de Peste Athenienses affligente (Lips. 1821.) p. 37. Popp. Mox alii libri μαντείοις, alii μαντείαις. Formam, quae est neutrius generis, Thucydidem tam de loco, quam de ipsis responsis usurpare, Popp. adnotavit. De re ipsa conf. Diod. 12, 58., qui Delum pestilentiae causa ex oraculi monitu expiatam esse narrat. Ad τοῖς τοιούτοις Schol. adnotavit: οἷον μαντικῇ, ἐπῳδῇ. „Expiationes et lustrationes, quibus ad morbos profligandos veteres saepe usi sunt, atque incantationes haud dubie dicit. Conf. Schoencke p. 37.“ Popp.

48. Si quaeritur, cuinam febrium generi morbus Atheniensium accensendus sit, nemo, cui de hac re iudicare convenerit, negabit, illum, si totum decursum et symptomata ab auctore relata spectes, maxime esse affinem typho contagioso eique putrido. Quod praecipue comprobat animi defectus omniumque rerum desperatio, quibus aegri afflicti erant, morbo primum irruente; dein signa, quae dicunt catarrhoso-phlegmonosa; tum vomitus biliosi, praesertim vero typus morbi septenarius i. e. terminatio morbi diebus criticis facta, denique exitus, quibus typhus bellicus finiri solet, varii, internarum et externarum partium gangraena. Mitiore iam facta contagii potentia, morbus antea rapide decurrens abiisse videtur in lentum diuturnumque. Tali enim morbo, qui neque acer neque acutus (οὐκ ὀξεῖα, ὥςπερ ἄλλων, οὐδὲ σύντονος) fuit, sed diuturnus et saepius alternans corpus sensim confecit (καὶ μῆκος ἐν ποικίλαις ἐχούσῃ μεταβολαῖς διαχρωμένη τὸ σῶμα σχολαίως) correptus Pericles tardae succubuit morti, Plut. V. Pericl. 38. init. Huiusmodi febris typhosae species apud medicos sonat *febris nervosa versatilis*. Satis autem distinguit morbum a communi typhi bellici genere exanthema illud, quod auctor verbis φλύκταιναι καὶ ἕλκεα denotat, neque minus oculorum gangraena atque pudendorum, quae omnino propria apparent signa peregrinamque morbi originem indicant. Krauss. Disquisit. de natur. morbi Athen. (Stuttg. 1831.) p. 30 sq.

ἐξ Αἰθιοπίας] Gravissimos, qui terrarum orbem peragrarunt, morbos post illum a Thucydide descriptum, variis seculorum intervallis

ττον καὶ Λιβύην κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολ-
ν. ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε, καὶ τὸ
ῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥςτε καὶ ἐλέχθη
' αὐτῶν ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐςβεβλήκοιεν ἐς τὰ
έατα· κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. ὕστερον δὲ καὶ ἐς τὴν
ω πόλιν ἀφίκετο καὶ ἔθνησκον πολλῷ μᾶλλον ἤδη. λεγέτω
ι οὖν περὶ αὐτοῦ ὡς ἕκαστος γιγνώσκει καὶ ἰατρὸς καὶ ἰδιώ-
; ἀφ' ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό, καὶ τὰς αἰτίας ἅςτινας
ιίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μετα-
ῆσαι σχεῖν· ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο λέξω, καὶ ἀφ' ὧν ἄν τις
πῶν, εἴ ποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προ-
ὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω αὐτός τε νοσήσας καὶ αὐτὸς
ν ἄλλους πάσχοντας. τὸ μὲν γὰρ ἔτος, ὡς ὡμολογεῖτο, ἐκ 49
ντων μάλιστα δὴ ἐκεῖνο ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγ-
εν ὄν· εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπε-

, eosque specie Attico morbo simillimos memoriam temporum per-
ιtanti reperiri, scribit Krauss. p. 39. Quos omnes ex Aethiopia aut
te Aegypto emersisse, omnes uno ore scriptores consentire addit.
mam illarum febrium Aethiopicarum, quae in genus mortalium se-
ı post Chr. N. secundo (paulo postquam M. Antoninus imperium
inuerat, 165—168 post Chr. N.) Romam et Asiam depopulata in-
rit, a Galeno esse memoratam. Secundam tertio seculo (Impera-
bus Gallo et Volusiano inde ab a. 252. ad 267.) terras pervagatam
ı ab aliis Patribus Ecclesiae tum Eusebio et Cypriano describi.
tiam, quae seculo sexto incubuerit et duraverit per quatuor in-
iones inde ab a. 542. post Chr. N., in pestilentiam ipsam inguina-
n degenerasse; a Pelusio ortam ad extremas oras dimanasse; eam-
ab Euagrio et Procopio commemorari. Ac duabus quidem prio-
ıs eandem fere speciem fuisse, quam morbo Attico; tertiam autem
certe ex parte similem cognosci ex iis, quae scriptores autoptae
raverint. Haec deinde p. 41. et sqq. fusius pertractat et p. 54.
febres Aethiopicas his nominibus ex arte designat, appellans
nam Typhum Aethiopicum Antiquorum; alteram febrem Aethiopicam
ridam; tertiam Typhum Antiquorum pustulosum. Mox τὴν πολλὴν
in *maximam partem*. Πολύς dicitur pro *magnus*, ut 7, 13. Sic
ini *multa tellure* et *in multam noctem*. v. Dorv. ad Charit. p. 464.
nde famam de venenis in cisternas iniectis (et idem nostra aetate
Galliam, Hispaniam etc. Cholera morbo ingruente hominibus per-
sum fuisse novimus,) refutat Schoencke p. 16., nam φρέατα cisternae
t ad aquam pluviam excipiendam. v. Herodot. 3, 108. Demosth.
. Polycl. p. 1225. Reisk. Mox structura haec est: ἅστινας νομίζει
ὰς εἶναι δύναμιν σχεῖν τοσαύτης μεταβολῆς ἐς τὸ μεταστῆσαι.
ıc. 6, 20. μεταβολή et μετάστασις pariter ita discernit, ut illa sit
cedens, haec consequens, illa *mutatio* in universum, haec *rerum*
*ersio*, quare Popp. locum ita interpretatur: *et dicat eas causas,*
*putet tantae mutationis esse idoneas, ut vim ad rerum conversionem*
*endam habuerint*, quum annus a morbis immunis mutatus sit in
νοσῶδες. Et probat Kleinii versionem: und welche Ursache bei
r solchen Veränderung er für hinreichend hält, um diese Umge-
ung zu bewirken. Hi igitur verba τοσαύτης μεταβολῆς cum αἰτίας
unt, non cum δύναμιν, quae posterior ratio aperte collocatione
orum iuvatur.

κρίθη. τοὺς δ' ἄλλους ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως, ἀλλ' ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας πρῶτον] μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε, καὶ τὰ ἐντός, ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, εὐθὺς αἱματώδη ἦν καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυςῶδες ἠφίει· ἔπειτα ἐξ αὐτῶν πταρμὸς καὶ βράγχος ἐπεγίγνετο, καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ· καὶ

49. ἀπεκρίθη] i. e. *omnia in hunc morbum concesserunt.* Significat omnes morbos in hunc morbum depositos, in eum secessisse, excretos et expurgatos esse. v. Foes. Oecon. Hippocr. p. 74 sq., id quod aliis verbis c. 51. dicit: ὃ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Suidas ἀπεκρίθη, ἀφωρίσθη. Gottl. Κρίσιν et κρίνεσθαι apud medicos artis vocabula de morborum mutationibus esse, ideoque hoc enuntiatum proprie Gallice enuntiandum esse toutes ces maladies dans leur crise se séparaient de leur charactère propre pour prendre le charactère de celle-ci docet Gail., qui bene Agathiae verba ἅπαντα δὲ (πάθη) εἰς ὄλεθρον ἀπεκρίνετο comparat. Conf. etiam Abr. Dilucc. p. 227. Ex his verbis morbum ἐπιδήμιον fuisse demonstrat Schoencke p. 22. Popp. Conf. Krauss. p. 15 sq. Mox προφάσεως etc. est: *quum nulla causa aperta antegressa esset.* Deinde θέρμαι per vocem πυρετός explicat Timae. Lex. Plat. p. 139. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 341. Krauss. p. 16. negat hanc Timaei interpretationem ad h. l. aptam esse, recte Lucretium 6, 1144. convertisse: *Principio caput incensum fervore gerebant.* Conf. Virg. Ge. 3, 505. Febres ait huius generis ab aestu capitis et turgore ac rubore faciei, sanguinis impetu in caput, maxime in cerebrum ipsum excitato incipere solere. „Hic, ubi κεφαλῆς additum est et non morbi genus, sed indicium proponitur, θέρμαι febris esse non potest, verum τῆς κεφαλῆς θέρμαι sunt *capitis fervores*, ad quos non raro phrenitis sive encephalitis (Gehirnentzündung) mox accessit." Popp., qui pluralem θέρμαι comparat cum ψύχη καὶ θάλπη. Idem docet, verbum φλόγωσις ad oculos spectare proximis verbis ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα demonstrari.

τὰ ἐντός] Schol. τοῦ στόματος δηλονότι, id quod Popp. probat, quod et addita verba ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα demonstrent, et quod ad alias interioris corporis partes demum inde a verbis καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ etc. scriptor progrediatur. Conf. Lucret. 6, 1146. Virg. Ge. 3, 508. Ovid. Metam. 7, 556. Deinde πνεῦμα ἄτοπον est spiritus teter, quem aegroti emittebant. „Ἄτοπον Suidas explicat per μοχθηρὸν, ἀνυπομόνητον. [Conf. Anecdd. Bekk. 1. p. 460, 8.] Pausan. 5, 5, 5. τὸ ἄτοπον τῆς ὀσμῆς." Bloomf., unde *tetrum* significari concludit. Conf. Lucret. v. 1153. Contra Arn. interpretatur *mirifice foetidum.* Mihi videtur esse ein ungesunder Athem. Vid. adn. ad 2, 51. init. Mox βράγχος Schol. explicat per νόσημά τι περὶ τὸν βρόγχον, ὃ τὰς σῦς μάλιστα διαφθείρει. Duk. citat Aristotel. 8. H. A. 21. Verbis ὁ πόνος Schoencke p. 25. *dolorem* significari intelligit. At „πόνος non, ut interpretes nonnulli volunt, vim doloris habet, sed ipse potius morbus intelligendus est, qui, postquam descenderat in pectus, affectionem, quam dicunt catarrhoso-phlegmonosam progenuit." Krauss. p. 16.

βηχός] Thom. M. βὴξ καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ — Θουκυδ. etc. Abresch. Misc. Obss. 3, 1. p. 150. adiectivum ἰσχυρός putat h. l. commune esse, aliter βήξ hoc uno loco masculinum fore. Hoc firmatur loco 3, 85., ubi est ἰσχυρὸς λιμός. Ad vocem καρδίαν Schol. adnotavit, ὅτι καρδίαν οἱ ἀρχαῖοι τὸν στόμαχόν φασι, καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου. „Καρδία, ut Nemesius de Nat. Homin. c. 20. docet, hic est *os ventriculi*, de quo plura vide apud Foes. ad Hippocr. 2. Epidem. 2.

*ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν*

et Gatack. 2. Adv. Miscc. 16. Interpres Latinus hic *cor* convertit, fortasse secutus Lucretium, qui 6, 1150. haec ita effert: *Inde ubi per fauces pectus compleral et ipsum Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris.* Victor. 27. V. L. 17. eo nomine reprehendit Lucretium, quasi qui hanc significationem vocis *καρδία*, qua Thuc. ea utitur, ignoraverit. Sed Lambin. ad Lucret. et Hier. Mercurialis 1. V. L. 1. putant, Lucretium potius imitatione Graecorum et eadem significatione *cor* dixisse, qua illi *καρδίαν*. Hoc benignius est et mihi verius videtur." Duk. v. Heind. ad Hor. 2. Serm. 3, 28. Krauss. p. 16 sq. adnotavit, medicos Graecorum veteres ipsumque Hippocratem pariter atque artis medicae imperitos verbo *καρδία* modo *cor* modo *os ventriculi* et ipsum *ventriculum* significare, fortasse etiam illam regionem ventriculi, quam Romani *scrobiculum cordis*, Germani Herzgrube appellant. Hippocr. Praedictt. 1, 9. *καρδίας πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ συντόνῳ καὶ κεφαλαλγίῃ κακόηθες*, ubi Krauss. intelligit os ventriculi et ipsum ventriculum. At apud Lucretium omnino non de eadem aerumna vel ullo indicio morbi agi, sed *cor moestum* esse animum abiectum, demissum (*τὴν ἀθυμίαν* c. 51.), probare Meisterum Schauergemälde der Kriegspest in Attic. p. 37 sqq. et 117 sqq., Popp. adnotavit.

*ἀνέστρεφε*] Conf. Galen. in Hippocr. Progn. Comm. 3. p. 162., ubi hunc Thucydidis locum affert, addens: *τὸ ἀναστρέφειν ἐπὶ τῆς πρὸς ἐμετὸν ὁρμῆς εἶπε.* Schoenck. p. 26. Affectio morbosa erat talis et tanta, ut ad motum abnormem, perversum sive antiperistalticum ventriculus excitaretur." Krauss. p. 17.

*ἀποκαθάρσεις*] *Ἀνακαθάρσεις τῶν τις ἰατρῶν ἔφη γραπτέον εἶναι, ὅσον γὰρ ἐς ἐμετὸν ἄνω, ἀνακάθαρσις λέγοιτ' ἄν, ὃ δὲ τῷ ζώῳ κάτω διαχωρεῖ, τοῦτο ἐν δίκῃ ἀποκάθαρσις ὀνομάζοιτο· ἀλλ' ἐνταῦθα Θουκυδίδης ἁπλῶς εἰπὼν ἀποκάθαρσιν, ὁποτέραν ἐννοεῖ, οὐκ εἴρηκεν· ἴσως γὰρ τὴν ἐς τὰ κάτω λέγει· πλὴν ὅτι παρακατιὼν διάῤῥοιαν τοῦτο λέγει.* Dukas, ubi Popp. addit, proxima verba *πᾶσαι ὅσαι — ὠνομασμέναι εἰσίν* demonstrare, non de uno, verum de omnibus eiusmodi excretionum generibus, quae aut vomendo aut alvo soluta fiunt, agi. „Thuc. his verbis indicat materiarum biliosarum evacuationes, inprimis per vomitum factas, quae inter se differebant et colore et odore et sapore. Hippocr. enumerat vomitus coloris et prasini et flavi et aeruginosi et lividi vel nigri, odoris autem foetidi vel subputridi et putridi. Sapore sunt illae plerumque acres, corrodentes, raro mitiores in febribus typhosis." Krauss. p. 17. Mox *μετὰ ταλαιπωρίας* Schol. intelligit *μετὰ τῆς δυσεντερίας.* „Fr. Hoffm. convertit: *summa cum defatigatione*; alii autem *cum ingenti cruciatu.* Equidem in voce vim utriusque versionis inesse arbitror. Quod quidem demonstrat eiusmodi morbis decumbentium observatio." Krauss. p. 17. Mox „pro *κενή* Lambin. *πυκνή* ponendum esse censet, ductus auctoritate Lucretii v. 1159. *Singultusque frequens noctem per saepe diemque Corripere assidue.* Sine dubio Lucret. usus est Hippocratis verbo, qui in Hist. Morbor. 12. (libr. 3. de Morb. Popul. Sect. 1.) feminam quandam his affectionibus laborasse refert: *ἤμεσε πολλὰ, μέλανα, δυςώδεα· λυγμὸς πολὺς, δίψος ἐπιπόνως.* Alia etiam quaedam Lucret. ex Hippocratis libris sumta verbis ipsis reddidit. — Ex his colligo, poetae auctoritati nimis Lambinum indulgere, quum a verbis Thucydidis eum saepius recessisse liqueat. Gottleberum autem, qui Lambini coniecturam refutans, *λύγξ*, ait, per se est singultus frequens, sequi non possum, nam et *λύγξ* et singultus significat motus convulsivos diaphragmatis singu-

*ἐπῄεσαν, καὶ αὗται μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης. λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπεσε κενή, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν, τοῖς μὲν μετὰ ταῦτα λωφήσαντα, τοῖς δὲ καὶ πολλῷ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν οὔτε χλω-*

los et quidem tales, ut inspirationem inducant violentam rapideque transeuntem. Satis nota est sententia medicorum Coicorum illa: *σπασμοὶ γίγνονται ἢ ὑπὸ πληρώσιος ἢ κενώσιος· οὕτω δὲ καὶ λυγμός.* Unde verbum *κενή* eandem, quam Hippocratea *ὑπὸ κενώσιος*, vim habere, in aperto esse videtur: optime enim hoc congruit cum Thucydidis ratione pressis verbis loquendi. An forte auctor captus erat errore veterum medicorum, qui singultum opinabantur vim esse ventriculi expultricem i. e. in qua impetus insit, materias, quae in ventriculum pervenerint, crudas acresve, imprimis autem biliosas ex duodeno in illum effusas expellendi? Quod si ita est, mea quidem fert opinio, Thucydidem verbis *λύγξ κενή* significare voluisse motum ventriculi irritum i. e. talem, qui nihil eiiciat, quia omnia iam eiecta sunt. Quo quidem errore ipse Galenus, qui sexcentis ferme annis post floruit, lapsus scripsit: *οἷόν τι πάθος τοῖς μυσὶν ὁ σπασμός ἐστιν, τοιοῦτον ἐν τῷ στομάχῳ γίγνεται ἡ λύγξ.* Singultus autem, quatenus est symptomaticus, in quacunque febri maligna apparens, infaustissimumque omen praebens, duabus excitatus est causis in pestilentia Atheniensium: praecipue materiis biliosis in ventriculum effusis, quas in febribus typhosis praesertim in iis, quae ex biliosis abeunt in putridas, experientia docet tantopere esse degeneratas, ut acrimoniae instar venenatae non ventriculum solum quam atrocissime irritent, eoque ipso septum transversum illi coniunctum per sympathiam quandam organicam laedant excitentque ad motus convulsivos, sed etiam tunicam oesophagi orisque intimam non raro inflamment corrodantque. Neque vero minoris ad gignendum singultum momenti est ipsa evacuatio magnae fluidorum copiae, repentinaque, quam illa inducit, corporis exinanitio. Secretiones enim et excretiones quaecunque profusae, verbi causa immodicae seminis virilis vel lactis feminei effusiones, deinde secessus dysenterici, in primis autem magna sanguinis iactura subito summam systematis nervosi turbationem afferunt, eaque ipsa convulsiones et locales et universales.“ Krauss. p. 17.

*σπασμόν*] Convulsiones universales i. e. musculorum omnium, praecipue voluntati indulgentium, eandem quam singultus habent dignitatem in typhosis febribus. Saepius enim singultum aliasque convulsiones locales, si diutius persistant, sequuntur universales. Itaque singultus ita se habet ad convulsiones omnium musculorum, ut trismus ad tetanum; ille enim est praecursor, nec tamen causa spasmi universalis, qui nervorum turbationis in maius auctae certum indicium est. Quid igitur verbum *ἐνδιδοῦσα* significet, satis liquet. Medicis his verbis fiet clarius: *quem sequebantur convulsiones vehementissimae.* Krauss. p. 21. Mox *λωφήσαντα* idem est quod *ὃς ἐλώφησε*, usu rariori, ut Popp. adnotavit. Dein traiectio est in verbis *καὶ τὸ μὲν — θερμὸν ἦν* pro *τὸ μὲν ἔξωθεν σῶμα ἁπτομένῳ (αὐτοῦ) οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν.* v. Krueg. ad Dionys. p. 302. adn. Et dativus participii significat *si quis tangeret.* v. Matth. p. 711. b. „*Tangendi* vocabulum pertinet tantum ad *θερμόν*, non ad reliqua, quippe visu exploranda. Neque enim *ἅπτεσθαι* Graeci de visu ponunt, et *oculis contrectare* poeticum est.“ Bau.

*οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν*] In febribus putridis, quo magis intima viscera laborant, eo minorem cutis expellit calorem, quia omnis vis vitalis a superficie corporis ad intestina recessit. Signum hoc pessimae

ρόν, ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελιτνόν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός· τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο ὥςτε μήτε τῶν πάνυ

est notae, multoque peior quam calor, qui dicitur mordax. Hippocr. secundum varios caloris gradus, quales in febribus quibuscumque malignis se exhibent, ipsas illas dividit. Quod attinet ad prognosin in huiusmodi febribus, haec statuit: ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἐὰν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίῃ καὶ δίψην ἔχῃ, θανάσιμον. Et alio loco: ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν. KRAUSS. p. 21 sq.

οὔτε χλωρόν] Reisk. volebat οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν, οὔτε ὑπέρυθρον, ἀλλὰ χλωρόν. Male. Etenim scriptor hoc maxime exponere et demonstrare voluisse videri debet, quibus signis pestilentia Attica differat a communi genere febrium ardentium. Hae quidem et vehementem calorem efficiunt et pallidum cutis colorem. Voce ὑπέρυθρον scriptor significat rubedinem cutis illam, quam recentioris aetatis medici appellant exanthema typhosum (morbillis summe analogum, papulis autem magis elevatis, magis irregularibus, cuti *non tumidae, non inflammatae, sed rubellae, marmoreo-variegatae* insidentibus, *non pruriens, non ardens.* Hildenbr. Institut. Practico-med. Vol. 1. p. 315.) KRAUSS. p. 22 sq. Mox πελιτνόν vulgo scribitur per δ. Per τ scribendum esse docent veteres Grammatici, repugnant libri Thucydidis, nec tamen improbant novissimi editores. Vid. Suid. Phavor. Phot. Eustath. ad Il. 9, 63. p. 735, 57., ibique Scholia br. Conf. Piers. ad Moer. p. 325. „Lividum colorem istum significat, in quem abire solet rubedo typhosa. Rubedinis illius Hippocr. vix mentionem facit, nisi in Hist. Morb. 7. Sect. 3., ubi virginem quandam Abderis febri ardente decumbentem laborasse refert his affectionibus: ἄση (anxietas) πολλή, ἔρευθος etc. Lividas autem fuisse extremas partes (ἄκρεα πελιδνὰ καὶ ψυχρά) saepius memorat." KRAUSS. p. 23.

φλυκταίναις] Vid. Heyn. ad Virg. Ge. 3, 508. Lucret. v. 1147. 1165. Medici apud Gailium haec verba sunt: Φλύκταιναι signifie *phlyctènes* et non *pustules.* On entend par phlyctène une petite tumeur avec épanchement d'une serosité âcre, d'un sang décomposé, ou d'une humeur quelconque, qui soulève l'epiderme; et par pustule une élévation du derme (c'est à dire peau), laquelle revêt ordinairement le caractère inflammatoire; distinction nécessaire, puisque la phlyctène est commune aux affections gangréneuses et pestilentielles, tandis que la pustule se manifeste plutôt dans les maladies exanthématiques. Variolas illas φλυκταίνας et illa ἕλκεα fuisse (quae est L. G. Sachsii de originibus variolarum Regiom. 1824. opinio), refellit Krauss. p. 36 sq., deinde p. 38. „Qui de peste, ait, inguinaria scripserunt, scriptores omnes — pustulas exiguas vario colore tinctas totum per corpus testantur erumpere multis eorum, qui pestilentia correpti sunt. Sanie quadam repletae colorem exhibent modo pallidum vel citrinum vel rubrum, modo virentem, modo lividum aut nigrescentem. Mox rumpuntur ac liquorem foetidum et plerumque citrinum effundentes squamam herpeti similem efficiunt. Natura sua mihi quidem maxime affines videntur carbunculis, qui constantissimum pestilentiae symptoma deprehenduntur. Pustulas eiusmodi paene dixerim carbunculos esse minutos; nam per eandem pestilentiae epidemiam aliis efflorescunt in toto corpore pustulae huius generis perpusillae vel magnitudinem lentis aequantes (quales Procopius B. P. 2, 22. memorat), aliis carbunculi apparent in variis partibus corporis. Hippocr. 3. de Morb. Popul., quae in cute apparuerunt, his verbis refert: ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος καὶ ἄλλα, ἃ σὴψ καλέεται, ἐκθύματα μεγάλα· ἕρπητες πολλοῖσι μεγάλοι. Voce

*λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μήτ' ἄλλο τι ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα, τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι. καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει τό τε πλέον καὶ ἔλασσον ποτόν. καὶ ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διὰ παντός. καὶ τὸ σῶμα ὅσονπερ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ' ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ, ὥςτε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως, ἢ εἰ διαφύγοιεν, ἐπικατιόντος*

σήψ significare videtur *putredinis signa*, voce ἕρπητες crustas a pustulis (ἐκθύμασι) relictas. Pustulas igitur Atheniensibus efflorescentes atque ulcerantes eiusdem fuisse naturae, cuius esse solent eae, quae in pestilentia inguinaria saepius scriptores memorant, haud dubium est. Apud medicos illae sonant ecthymata.“ Mox verbis τὰ δὲ ἐντός „Thucydides vult intelligi viscera, quae contrarie ponit corpori externo, intima, sc. τὰ τῷ διαφράγματι ὑποκείμενα, quae superiori abdominis parte continentur.“ Krauss. p. 23.

ἢ γυμνόν] Gr. D. Laur. E. Vind. Ven. marg. Steph. Galen., ex emend. etiam Cl. γυμνοί. Fabius Paulinus in Praelectt. Marciis sive Commentt. in Thuc. historiam de Peste Ath. (Venet. 1603. 4.) p. 309. γυμνόν praefert, supplens ex praegressis τὸ μὲν ἔξωθεν ἀπτομένῳ σῶμα voces τὸ σῶμα, quem sequitur praeter alios Popp., qui negat, γυμνοί ferri posse: „nam ut ἀνέχομαι γυμνός pro ἀνέχομαι γυμνὸς ὤν toleremus, quoniam ad ὥςτε ἀνέχεσθαι (propterea quod τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο suum subiectum habent), nihil nisi aut hoc ipsum subiectum aut, si id minus aptum videtur, αὐτούς suppleri potest, nominativus γυμνοί soloecus est. Nec quidquam iuvamur, si cum Kistem. εἶναι quam ὄντες supplere malumus; nam vel sic nec γυμνοί nec γυμνόν, sed γυμνούς requiritur. Nec vero ad nominativum excusandum sufficiant quae Arn. disputat, τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο idem valere quod τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίοντο (οἱ κάμνοντες); nam quae alia profert exempla nominativi pro accusativo cum infinitivo per mutationem orationis iuncta 5, 41. 50., horum rationem reddidimus 1, 1. p. 116.“

ἥδιστά τε] sc. εἰ ἠμελοῦντο, μὴ ἐφυλάσσοντο, quod docent sequentia. Conf. Matth. §. 598. a. Popp. Mox τῶν ἠμελημένων „intellige *pauperum*, *famulitio destitutorum*, ut Procop. B. P. 2, 22. explicatius scripsit.“ Abr. Haud dubie (adversatur Popp.) hic omnino ii, in quos nemo attentus erat, incustoditi, quos non necesse est semper pauperes fuisse, cum Iacobsio intelligendi sunt. Mox τοῦτο ἔδρασαν „nihil est nisi ἔῤῥιψαν σφᾶς αὐτούς.“ Bau. De verbis ἀπορία τοῦ μὴ v. Buttm. Exc. 11. ad Demosth. or. Mid., Matth. p. 1048. 7. „Haec verba significant iactationem corporis. Hippocr. utitur his verbis: πουλὺς βληστρισμός et ἀνέχειν οὐ δύναται aegrotus.“ Krauss. p. 23. Mox Fabius Paulin. monet, verbum ἐμαραίνετο ex arte medica depromtum esse, unde ductus sit μαρασμός i. e. marcor, febris hectica. De verbis ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι conf. Liv. 41, 21.

ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος] Optime scriptor significat morbi atrocissimi exitum. Namque febres huius generis, putridae dictae, partium intimarum, quae inflammatione afflictae sunt, gangraenam gignentes vitam derepente eripiunt. Partes autem, quae incidere solent in hanc labem, hae sunt: peritonaeum — inprimis omentum maius — ipse ventriculus intestinorumque tractus; rarius hae: hepar — lien ceteraque

*τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν καὶ ἑλκώσεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης καὶ διαῤῥοίας ἅμα ἀκράτου ἐπιπιπτούσης οἱ πολλοὶ ὕστερον δι᾽ αὐτὴν ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο. διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν, καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε· κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας, καὶ πολλοὶ στε-*

organa.“ Krauss. p. 23 sq. Verbis ἔχοντες — δυνάμεως idem p. 24. adnotavit, significari repentinam ex gangraena mortem. Popp. addit, mox contrarie poni ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο. Inde a verbis ἢ εἰ διαφύγοιεν alterum morbi stadium incipere statuit Meist. p. 49.

τοῦ νοσήματος] Schol. τῆς δυσεντερίας. Temere; febribus enim typhosis proprium est, inflammationem tunicae intestinorum mucosae, quae dicitur ulcerosam gignere, quam scriptorum sagacissimus quasi quadam divinatione verbo aptissimo ἕλκωσις significavit. Dysenteriam quoque meram febribus illis saepius supervenire, non nego, quod singulis quidem febri correptis accidisse, Hippocr. testatur. Ulcerationem tunicae intestinorum mucosae corpora febribus eiusmodi defunctorum quam accuratissime dissecando primus deprehendit Broussaeus, nostraque aetate illud, quod Thuc. multis ante seculis divinaverat, clare demonstravit.“ Krauss. p. 24. conf. Schoenck. p. 31.

ἀκράτου] Hippocr. Praedictt. 1, 111. αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι καθάρσιες, παροξυντικαί et §. 50. τὰ τελευτῶντα ὑποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παροξυντικά. Galenus ita vocem explicat: ἄκρητοι ὑποχωρήσιες αἱ ἄμικτοι ὑγρότητος ὑδατώδους, αὐτὸν μόνον ἔχουσαι εἰλικρινῆ ὑπερχόμενον κάτω χυμὸν, εἴτε τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς, εἴτε τὸν τῆς μελαίνης. v. Interpp. ad Hippocr. de Morb. Vulgar. 2, 2. ed. Foes. Francof. 1624. Arn. Popp. probat Porti versionem: *immoderatum alvi profluvium.* „Ἀκρατής, ait, de homine maxime dicitur, qui aut sui non potens est et intemperans, aut non potens rei, ipsa autem διάῤῥοια est ἄκρατος. v. Polluc. 4, 187.“ At quid verbis ἀκρατής et ἄκρατος inter se est? ἄκρατος ex arte petitum a Galeno explicatur. Mox „inde a verbis καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων etc. incommoda pestilentiam secuta (Nachwehen) sequi, probat Meist. p. 49 sq. et p. 129 sqq.“ Popp.

ἀκρωτηρίων — ἐπεσήμαινε] i. e. τά γε ἀκρωτήρια τὴν ἀντίληψιν αὐτοῦ (τοῦ κακοῦ) ἐπεσήμαινε. Et tenendum, verbum ἐπεσήμαινε absolute dici pro σημεῖον ἦν, ut 2, 8. Plura exempla dat Bloomf. ex Appiano, Arriano, Plutarcho, Herodoto, Dione Cass. Unde etiam Latinis usus absolutus *significandi* venit, ut Cic. de N. D. 1, 10., ubi v. Wyttenb. p. 725. ed. Creuz., adde eundem ad Ecll. Hist. p. 367. Hippocr. de Morb. Sacr. p. 306. Foes. οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ et paulo ante: περιγίγνεται (τὰ παιδία) ἐπίσημα ἐόντα· ἢ γὰρ στόμα παρασπᾶται, ἢ ὀφθαλμοὶ, ἢ αὐχὴν, ἢ χείρ. Ut de mutationibus corporum et momentis morborum, ita de mutationibus aëris et tempestatum eodem usu ἐπισημαίνει dicitur, de quo Ideler. Handb. d. Chronol. Vol. 1. p. 314 sq. conf. p. 358 sq. Duplicem genitivum, alterum subiecti (αὐτοῦ), alterum obiecti (ἀκρωτηρίων) explicat Matth. §. 380. adn. 1. Hic ad verbum sensus est: so war doch wenigstens die Ergreifung der äussersten Gliedmassen durch das Uebel ein Symptom, sive *mali vis apprehendens certe extremas corporis partes significabat.* Mox de verbo κατέσκηπτε agit Elmsl. ad Eurip. Med. 93.

ἐς αἰδοῖα] Inflammatio impura seu erysipelaceae similis subito transit in gangraenam et sphacelum, quo facto pars afflicta cinereo,

*λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μήτ' ἄλλο τι ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα, τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι. καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει τό τε πλέον καὶ ἔλασσον ποτόν. καὶ ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διὰ παντός. καὶ τὸ σῶμα ὅσονπερ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ' ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ, ὥςτε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως, ἢ εἰ διαφύγοιεν, ἐπικατιόντος*

σήψ significare videtur *putredinis signa*, voce ἕρπητες crustas a pustulis (ἐκθύμασι) relictas. Pustulas igitur Atheniensibus efflorescentes atque ulcerantes eiusdem fuisse naturae, cuius esse solent eae, quae in pestilentia inguinaria saepius scriptores memorant, haud dubium est. Apud medicos illae sonant ecthymata." Mox verbis τὰ δὲ ἐντός „Thucydides vult intelligi viscera, quae contrarie ponit corpori externo, intima, sc. τὰ τῷ διαφράγματι ὑποκείμενα, quae superiori abdominis parte continentur." Krauss. p. 23.

ἢ γυμνόν] Gr. D. Laur. E. Vind. Ven. marg. Steph. Galen., ex emend. etiam Cl. γυμνοί. Fabius Paulinus in Praelectt. Marciis sive Commentt. in Thuc. historiam de Peste Ath. (Venet. 1603. 4.) p. 309. γυμνόν praefert, supplens ex praegressis τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα voces τὸ σῶμα, quem sequitur praeter alios Popp., qui negat, γυμνοί ferri posse: „nam ut ἀνέχομαι γυμνός pro ἀνέχομαι γυμνὸς ὤν toleremus, quoniam ad ὥςτε ἀνέχεσθαι (propterea quod τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο suum subiectum habent), nihil nisi aut hoc ipsum subiectum aut, si id minus aptum videtur, αὐτούς suppleri potest, nominativus γυμνοί soloecus est. Nec quidquam iuvamur, si cum Kistem. εἶναι quam ὄντες supplere malumus; nam vel sic nec γυμνοί nec γυμνόν, sed γυμνούς requiritur. Nec vero ad nominativum excusandum sufficiant quae Arn. disputat, τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο idem valere quod τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίοντο (οἱ κάμνοντες); nam quae alia profert exempla nominativi pro accusativo cum infinitivo per mutationem orationis iuncta 5, 41. 50., horum rationem reddidimus 1, 1. p. 116."

ἥδιστά τε] sc. εἰ ἠμελοῦντο, μὴ ἐφυλάσσοντο, quod docent sequentia. Conf. Matth. §. 598. a. Popp. Mox τῶν ἠμελημένων „intellige *pauperum*, *famulitio destitutorum*, ut Procop. B. P. 2, 22. explicatius scripsit." Abr. Haud dubie (adversatur Popp.) hic omnino ii, in quos nemo attentus erat, incustoditi, quos non necesse est semper pauperes fuisse, cum Iacobsio intelligendi sunt. Mox τοῦτο ἔδρασαν „nihil est nisi ἔῤῥιψαν σφᾶς αὐτούς." Bau. De verbis ἀπορία τοῦ μὴ v. Buttm. Exc. 11. ad Demosth. or. Mid., Matth. p. 1048. 7. „Haec verba significant iactationem corporis. Hippocr. utitur his verbis: πουλὺς βληστρισμός et ἀνέχειν οὐ δύναται aegrotus." Krauss. p. 23. Mox Fabius Paulin. monet, verbum ἐμαραίνετο ex arte medica depromtum esse, unde ductus sit μαρασμός i. e. marcor, febris hectica. De verbis ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι conf. Liv. 41, 21.

ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος] Optime scriptor significat morbi atrocissimi exitum. Namque febres huius generis, putridae dictae, partium intimarum, quae inflammatione afflictae sunt, gangraenam gignentes vitam derepente eripiunt. Partes autem, quae incidere solent in hanc labem, hae sunt: peritonaeum — inprimis omentum maius — ipse ventriculus intestinorumque tractus; rarius hae: hepar — lien ceteraque

*τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν καὶ ἑλκώσεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης καὶ διαῤῥοίας ἅμα ἀκράτου ἐπιπιπτούσης οἱ πολλοὶ ὕστερον δι' αὐτὴν ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο. διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν, καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε· κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας, καὶ πολλοὶ στε-*

organa.“ Krauss. p. 23 sq. Verbis ἔχοντες — δυνάμεως idem p. 24. adnotavit, significari repentinam ex gangraena mortem. Popp. addit, mox contrarie poni ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο. Inde a verbis ἢ εἰ διαφύγοιεν alterum morbi stadium incipere statuit Meist. p. 49.

τοῦ νοσήματος] Schol. τῆς δυσεντερίας. Temere; febribus enim typhosis proprium est, inflammationem tunicae intestinorum mucosae, quae dicitur ulcerosam gignere, quam scriptorum sagacissimus quasi quadam divinatione verbo aptissimo ἕλκωσις significavit. Dysenteriam quoque meram febribus illis saepius supervenire, non nego, quod singulis quidem febri correptis accidisse, Hippocr. testatur. Ulcerationem tunicae intestinorum mucosae corpora febribus eiusmodi defunctorum quam accuratissime dissecando primus deprehendit Broussaeus, nostraque aetate illud, quod Thuc. multis ante seculis divinaverat, clare demonstravit.“ Krauss. p. 24. conf. Schoenck. p. 31.

ἀκράτου] Hippocr. Praedictt. 1, 111. αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι καθάρσιες, παροξυντικαί et §. 50. τὰ τελευτῶντα ὑποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παροξυντικά. Galenus ita vocem explicat: ἄκρητοι ὑποχωρήσιες αἱ ἄμικτοι ὑγρότητος ὑδατώδους, αὐτὸν μόνον ἔχουσαι εἰλικρινῆ ὑπερχόμενον κάτω χυμὸν, εἴτε τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς, εἴτε τὸν τῆς μελαίνης. v. Interpp. ad Hippocr. de Morb. Vulgar. 2, 2. ed. Foes. Francof. 1624. Arn. Popp. probat Porti versionem: *immoderatum alvi profluvium.* „Ἀκρατής, ait, de homine maxime dicitur, qui aut sui non potens est et intemperans, aut non potens rei, ipsa autem διάῤῥοια est ἄκρατος. v. Polluc. 4, 187.“ At quid verbis ἀκρατής et ἄκρατος inter se est? ἄκρατος ex arte petitum a Galeno explicatur. Mox „inde a verbis καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων etc. incommoda pestilentiam secuta (Nachwehen) sequi, probat Meist. p. 49 sq. et p. 129 sqq.“ Popp.

ἀκρωτηρίων — ἐπεσήμαινε] i. e. τά γε ἀκρωτήρια τὴν ἀντίληψιν αὐτοῦ (τοῦ κακοῦ) ἐπεσήμαινε. Et tenendum, verbum ἐπεσήμαινε absolute dici pro σημεῖον ἦν, ut 2, 8. Plura exempla dat Bloomf. ex Appiano, Arriano, Plutarcho, Herodoto, Dione Cass. Unde etiam Latinis usus absolutus *significandi* venit, ut Cic. de N. D. 1, 10., ubi v. Wyttenb. p. 725. ed. Creuz., adde eundem ad Ecll. Hist. p. 367. Hippocr. de Morb. Sacr. p. 306. Foes. οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ et paulo ante: περιγίγνεται (τὰ παιδία) ἐπίσημα ἐόντα· ἢ γὰρ στόμα παρασπᾶται, ἢ ὀφθαλμοὶ, ἢ αὐχὴν, ἢ χείρ. Ut de mutationibus corporum et momentis morborum, ita de mutationibus aëris et tempestatum eodem usu ἐπισημαίνει dicitur, de quo Ideler. Handb. d. Chronol. Vol. 1. p. 314 sq. conf. p. 358 sq. Duplicem genitivum, alterum subiecti (αὐτοῦ), alterum obiecti (ἀκρωτηρίων) explicat Matth. §. 380. adn. 1. Hic ad verbum sensus est: so war doch wenigstens die Ergreifung der äussersten Gliedmassen durch das Uebel ein Symptom, sive *mali vis apprehendens certe extremas corporis partes significabat.* Mox de verbo κατέσκηπτε agit Elmsl. ad Eurip. Med. 93.

ἐς αἰδοῖα] Inflammatio impura seu erysipelaceae similis subito transit in gangraenam et sphacelum, quo facto pars afflicta cinereo,

ρισκόμενοι τούτων διέφευγον, εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. τοὺς δὲ καὶ λήθη ἐλάμβανε παραυτίκα ἀναστάντας τῶν πάντων ὁμοίως καὶ ἠγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους. 50 γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν προςέπιπτεν ἑκάστῳ καὶ ἐν τῷδε ἐδήλωσε μάλιστα ἄλλο τι ὂν ἢ τῶν ξυντρόφων τι· τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται πολλῶν

fusco aut atro colore tingitur, dein vesiculae sanie repletae, quae in cute elevantur, ruptae pessimum effundunt ichorem, finitima corrumpentem et depascentem, ut pars liquefacta sensim defluat decidatque. Rarius ista membra sphacelo sicco pereunt, quo correpta in aridam escharam exsiccantur, ac mumiae speciem prae se ferentes desciscunt a corpore materno. Hippocr. sphacelum humidum febribus supervenientem his verbis delineat: *πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων καὶ πῆχυς ὅλος περιεῤῥύη· οἷσι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς ἢ τὰ περὶ κνήμην ἀπεψιλοῦτο καὶ ποῦς ὅλος· ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τῶν τοιούτων, ὅτι περὶ ἥβην καὶ αἰδοῖα γενοίατο.* Est autem verisimile, medicos abscindendo artus, inprimis pudenda, prohibuisse, ne prorepens ad intima vitam ipsam malum exstingueret. Hinc Lucret. 6, 1207. *Et graviter partim metuentes limina leti Vivebant ferro privati parte virili.* Krauss. p. 24 sq. Conf. Schoenck. p. 40.

*στερισκόμενοι τούτων*] i. e. non solum extremis manibus pedibusque spoliati sunt, sed totis. Lucret. v. 1209. *Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant In vita.* Schol. Aristid. p. 187. Fromm. huc respiciens verbis *τὴν νόσον τὰ ἄκρα τῶν διαφευγόντων ἀποτέμνειν* (sic enim legendum) id tantum significat, quod plerumque accidebat.

*τῶν ὀφθαλμῶν*] Sprengel. oculorum iacturam a Thucydide memoratam intelligi vult amaurosin i. e. illum morbum, quo acies quidem perditur, at oculi forma integra servatur. Puto virum errare; pro certo habendum est, inflammatione maligna oculos perisse, sicut pedes manusque. Ipse Hippocr. has oculorum affectiones phreniticis accidisse refert: *ὀφθαλμίαι ὑγραὶ, μακροχρόνιαι, μετὰ πόνων· ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντες τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσιν.* Krauss. p. 25. Conf. Schoenck. p. 32. Mox *παραυτίκα ἀναστάντας* est *statim quum surrexerant.* Conf. Lucret. v. 1212. Bloomf. hunc effectum morbi putat ad tempus fuisse, non perpetuum, at vim memoriae postea rediisse. Usum verbi *ἀναστῆναι*, *assurgere e morbo* (Liv.) exemplis Herodoti 1, 22. et Aesopi Fab. 15, 18. illustrat.

50. *κρεῖσσον λόγου*] v. Matth. p. 847. De verbis *ἢ κατά* v. ibid. §. 449.

ὃ οὐ τοσοῦτον] i. e. *haec expeditio non tam fuit error opinionis de iis, contra quos profecti sunt, de Syracusanis, quam* etc. Supplendum igitur περὶ ἐκείνων, πρὸς οὓς etc. Statim τὰ πρόςφορα intellige supplementa et subsidia Niciae non tempore missa. Mox praepositionem ἐπί in ἐπιγιγνώσκοντες valere μετά, *postea*, animadvertit Abr. In proximis structura verborum haec est: ὅσον οἱ ἐκπέμψαντες τὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀμβλύτερα ἐποίουν, οὐ τὰ πρόςφορα τοῖς οἰχομένοις ἐπιγιγνώσκοντες, ἀλλὰ ἐπιγιγνώσκοντες κατὰ — προστασίας. Mox pro διαβολάς alii legunt διαφοράς. Bened. monet, illud retinendum esse, quum tota orationis series et ipsa illorum temporum memoria nos cogat existimare, illas inprimis calumnias (διαβολάς, Kabalen) contra Alcibiadem ab eius inimicis, quum in Siciliam profectus esset, prolatas significari, de quibus agitur 6, 29. Quibus calumniis, quum Alcibiades ad Spartanos confugisset, tam infelicem exitum belli contra Syracusanos gesti et toti Atticae ingentem malorum Iliadem parata esse dicit. Et statim post iterum διαφοράς legitur, ubi scriptor in universum de dissidiis civium domesticis loquitur. „Non autem verisimile est, ait Bened., Thucydidem, cui tanta verborum copia propria sit, tam brevi intervallo eadem verba repetiisse.“ Mox πρῶτον Arn. intelligit *primum inde ab expulsis Pisistratidis.* Porro ἐταράχθησαν neque pro activo positum, quae est Bredovii opinio, neque τὰ περὶ τὴν πόλιν pro nominativo habendum, sed structura haec est: οἱ ἐκπέμψαντες ἐταράχθησαν τὰ περὶ τὴν πόλιν i. e. in rebus urbicis. „Proprie tamen propter superiora οὐ τοσοῦτον γνώμης ἁμάρτημα ἦν (ἐκείνων) sic oratio procedere debebat: ὅσον τῶν ἐκπεμψάντων, οἳ οὐ etc.“ Popp.

τρία ἔτη] Videtur cum Haackio legendum esse δέκα ἔτη, nam a clade Siciliensi (m. Sept. a. 413.) usque ad annum a. Chr. N. 404. post medium Aprilem, quo Athenae Lysandro traditae sunt, non solum Athenienses Lacedaemoniis pares erant, verum etiam nonnunquam superiores, et propemodum decem anni praeterierunt, et Thuc. aut imperfectos annos pro integris numeravit, aut a revocatione Alcibiadis (415. m. Iul.) usque ad illud tempus, quo Athenienses obsessi primos ad Agidem de deditione legatos miserunt (404. m. Ian.) computasse annos existimandus est. Quam coniecturam confirmare videtur locus, quem Popp. attulit, Isocr. Panath. §. 57. τὴν μὲν ἡμετέραν (πόλιν) εὕροι τις ἄν, ἁπάντων αὐτῇ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιθεμένων, ἔτη δέκα τούτοις ἀντισχεῖν δυνηθεῖσαν. Vulgatam tamen tuetur etiam Phavorin. in τρισὶν ἔτεσι πονεῖ. Arn. tres illos vulgatae scripturae annos ita explicat, ut dicat praeteriisse „inde a vere anni ante Chr. N. 407., quum Cyrus Asiam minorem gubernare coepit, ad ver anni 404., ubi Athenae in deditionem Lysandri traditae sunt. Eo tempore Atheniensibus necessitas imposita erat contendendi cum viribus universae Graeciae, quae insuper constantius quam unquam pecu-

*ἀπὸ Σικελίας μετ' αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλείοσιν ἀφεστηκόσι, Κύρῳ τε ὕστερον βασιλέως παιδὶ προςγενομένῳ,*

nia Persarum sublevabatur.“ At scriptorem sole clarius est loqui de tempore post ipsam cladem Siciliensem, non de iis, quae post Cyri adventum in Asia minori gesta sunt. Krueg. scriptorem dicit agere de eo tempore, quod sit inter cladem Atheniensium in Sicilia et adventum Cyri in Asiam minorem, qui vulgo ponitur a. 407. et ex Haackii (Dissert. Chronol. de postremis Pelop. belli annis p. 15.) sententia a. 408. Ipse ad Clinton. Fast. Hell. p. 84. Cyrum vere a. 408. Sardes venisse ex vulgata huius loci scriptura probare conatur, et idem negat, quod Chronologi et in his ipse Clinto tantum intervallum inter cladem Siciliensem et adventum Cyri ponant, Thucydidis culpam esse; oportere enim Chronologos praesenti loco et Lysia de Bonis Aristoph. §. 52. uti ad rectiorem computationem annorum, quibus gesta sunt, quae Xenoph. narrat prioribus quinque capitibus Hist. Gr. (Conf. Mans. Spart. 2. p. 543. adn. c. Etenim Xen. quinto cap. Cyri in Asia minori adventum memorat, primum caput res continere ad Cynossema gestas, inter omnes constat.) At quibus machinis effici possit, ut tres modo annos inter illas res (cladem Siciliensem et Cyri adventum in Asia M.) praeteriisse credamus, fateor equidem me ignorare. Utut est, hanc Kruegeri opinionem de tribus annis inter cladem illam et Cyri adventum ipsa Thucydidis verba damnant, ut Popp. vidit: ex ea enim opinione si illis verbis: *τρία μὲν ἔτη ἀντεῖχον τοῖς ἀφεστηκόσι* ex adverso haec posita essent: *Κύρῳ τε ὕστερον*, necesse fuisset scribi *ὕστερόν τε* vel potius *ὕστερον δὲ Κύρῳ*. Idem monet, si propter verba *καὶ οὐ πρότερον — περιπεσόντες ἐσφάλησαν* usque ad dissidia Athenis orta annos numeremus, non *τρία*, sed *ἓν καὶ ἥμισυ ἔτος* scribendum esse; nam in Sicilia Athenienses captos esse m. Sept. 413., in urbe dissensiones incepisse primis mensibus a. 411. Sin autem proximi menses usque ad pugnam apud Cynossema factam (ubi Thucydidis historia desinit), addantur, nec tres annos confici, et post illam pugnam a. 411. exeunte ac toto a. 410. ab Alcibiade res splendidissimas gestas, potentiam Atheniensium in Hellesponto et litoribus Asiae restitutam esse, ac ne proximo quidem tempore Athenienses magna damna fecisse.

*βασιλέως*] Darii II. sive Nothi, qui Artaxerxis I. Longimani filius erat. Mox verba *καὶ οὐ πρότερον* redeunt ad illud *μέν* in verbis *ὅμως τρία μὲν ἔτη*. Verba *τοσοῦτον — ἐπερίσσευσε* converte: so sehr war es mehr als genug. Sic *superesse* est ap. Livium 2, 42. *ad bella externa prope supererant vires*. Verba *ἀφ' ὧν* alii iungunt cum *περιγενέσθαι*, ut sit *περιγενέσθαι ἀπὸ τούτων ἃ* etc., et subiectum verbi *ἐπερίσσευσε* sit *περιγενέσθαι* et convertunt: *tantum superabat virium Pericli ad Peloponnesios solos iis, quae ipse praeviderat, atque facillime quidem in hoc bello devincendos.* Gail. intelligit supplendum esse *ἐκείνων, ἀφ' ὧν*, hoc sensu: *tantum Pericli suppetebat eorum, quorum ope facillime praevidit se victurum* etc., ut subiectum verbi *ἐπερίσσευσε* sit *τοσοῦτον ἐκείνων* etc. Et quidem hoc rectius fit, si quidem rectius vires dicuntur superesse, quam victoria. Et ipsa interpretatio Latina eorum, qui priorem rationem (supplendi *ἀπὸ τούτων*) sequuntur, non id, quod ipsi volunt, sed sensum a Gailio expositum reddit. De infinitivo post *προέγνω* v. Matth. §. 549. adn. 2. Vulgo erat *περιγενέσθαι τὴν πόλιν*, sed *τὴν πόλιν* om. multi libri. „Infinitivus commode ad Periclem ipsum, populi ducem, qui momentum belli maximum faciebat, referri potest.“ Popp., ut 2, 11. *ἔλεγε Περικλῆς ἐς ἀπόδειξιν τοῦ περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ*. Adde quod, si verba *τὴν πόλιν* retineas, da-

ὃς παρεῖχε χρήματα Πελοποννησίοις ἐς τὸ ναυτικόν· καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν ἢ αὐτοὶ ἐν σφίσι κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περιπεσόντες ἐσφάλησαν. τοσοῦτον τῷ Περικλεῖ ἐπερίσσευσε τότε ἀφ' ὧν αὐτὸς προέγνω καὶ πάνυ ἂν ῥᾳδίως περιγενέσθαι τῶν Πελοποννησίων αὐτῶν τῷ πολέμῳ.

66 Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τοῦ αὐτοῦ θέρους ἐστράτευσαν ναυσὶν ἑκατὸν ἐς Ζάκυνθον τὴν νῆσον, ἣ κεῖται ἀντιπέρας Ἤλιδος· εἰσὶ δὲ Ἀχαιῶν τῶν ἐκ Πελοποννήσου ἄποικοι καὶ Ἀθηναίοις ξυνεμάχουν. ἐπέπλεον δὲ Λακεδαιμονίων χίλιοι ὁπλῖται καὶ Κνῆμος Σπαρτιάτης ναύαρχος. ἀποβάντες δὲ ἐς τὴν γῆν ἐδῄωσαν τὰ πολλά. καὶ ἐπειδὴ οὐ ξυνεχώρουν, ἀπέπλευσαν ἐπ' οἴκου.

67 Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος Ἀριστεὺς Κορίνθιος καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεις Ἀνήριστος καὶ Νικόλαος καὶ Στρατόδημος καὶ Τεγεάτης Τιμαγόρας καὶ Ἀργεῖος ἰδίᾳ Πόλλις πορευόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα, εἴ πως πείσειαν αὐτὸν χρήματά τε παρέχειν καὶ ξυμπολεμεῖν, ἀφικνοῦνται ὡς Σιτάλκην πρῶτον τὸν Τήρεω ἐς Θρᾴκην, βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτὸν εἰ δύναιντο μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας στρατεῦσαι ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν, οὗ ἦν στράτευμα τῶν Ἀθηναίων πολιορκοῦν, καὶ ᾗπερ ὥρμηντο δι' ἐκείνου πορευθῆναι πέραν τοῦ Ἑλλησπόντου ὡς Φαρνάκην τὸν Φαρναβάζου, ὃς αὐτοὺς ἔμελλεν ὡς βασιλέα ἀναπέμψειν. παρατυχόντες δὲ Ἀθηναίων πρέσβεις Λέαρχος Καλλιμάχου καὶ Ἀμεινιάδης Φιλήμονος παρὰ τῷ Σιτάλκῃ πείθουσι τὸν Σάδοκον τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον Σιτάλκου υἱὸν τοὺς ἄνδρας ἐγχειρίσαι σφίσιν, ὅπως μὴ διαβάντες ὡς βασιλέα τὴν ἐκείνου πόλιν τὸ μέρος βλάψωσιν. ὁ δὲ πεισθεὶς πορευομένους αὐτοὺς διὰ τῆς Θρᾴκης ἐπὶ τὸ πλοῖον ᾧ ἔμελλον

tivus τῷ Περικλεῖ supervacaneus esset. Nam si ita voluisset, ut de urbe diceret, quod nunc de Bericle, capite civitatis, utrumque subiectum modo non ferendo miscuisset. Τὴν πόλιν si memorare volebat, hanc, opinor, orationem instituere debebat: τοσοῦτον τῇ πόλει ἐπερίσσευσε τότε, ἀφ' ὧν Περικλῆς προέγνω, καὶ πάνυ ἂν ῥᾳδίως περιγενέσθαι αὐτήν etc. Αὐτῶν, quod sequitur, idem quod μόνων significat.

67. πολιορκοῦν] Vulgo πολιορκοῦν· καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, καὶ ᾗπερ etc. Verba καὶ παῦσαι — αὐτοῖς delenda esse, primus vidit Popp., nam et libri haud pauci om. et superflua sunt, quum nihil per ea dicatur, quod non iam insit in verbis μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, et inepta sunt, quia iam dictum erat, legatos Sitalcae persuadere voluisse, ut Potidaeatis subsidio veniret, quod plus valet, quam παῦσαι βοηθεῖν, et particula τε post βοηθεῖν structuram totius loci pervertit. Accedit, quod παύειν cum infinitivo (quod ex solis poetis adnotavit Matth. §. 553. adn. 2.) Thucydides nusquam alibi coniunxit, quapropter in Flor. Vim. ad marg. a docta manu βοηθοῦντα emendatum est. Ad τὸ μέρος supple οὖσαν, *urbem, quae ipsius ex parte sit.* Nam τὸ μέρος non semper significat *pro virili*, sed etiam interdum *pro rata parte*, ut 1, 74. 127. Schol. ὅσον ἀπὸ τοῦ μέρους αὐτοῦ i. e. *quantum in Sadoco esset*, sed hoc probari vetant plurales διαβάντες βλάψωσιν.

τὸν Ἑλλήςποντον περαιώσειν πρὶν ἐςβαίνειν ξυλλαμβάνει, ἄλλους ξυμπέμψας μετὰ τοῦ Λεάρχου καὶ Ἀμεινιάδου, καὶ ἐκέλευσεν ἐκείνοις παραδοῦναι· οἱ δὲ λαβόντες ἐκόμισαν ἐς τὰς Ἀθήνας. ἀφικομένων δὲ αὐτῶν δείσαντες οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστέα μὴ αὖθις σφᾶς ἔτι πλείω κακουργῇ διαφυγών, ὅτι καὶ πρὸ τούτων τὰ τῆς Ποτιδαίας καὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πάντ' ἐφαίνετο πράξας, ἀκρίτους καὶ βουλομένους ἔστιν ἃ εἰπεῖν αὐθημερὸν ἀπέκτειναν πάντας καὶ ἐς φάραγγας ἐςέβαλον, δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι οἷςπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν, τοὺς ἐμπόρους οὓς ἔλαβον Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐν ὁλκάσι περὶ Πελοπόννησον πλέοντας ἀποκτείναντες καὶ ἐς φάραγγας ἐςβαλόντες. πάντας γὰρ δὴ κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου οἱ Λακεδαιμόνιοι ὅσους λάβοιεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὡς πολεμίους διέφθειρον, καὶ τοὺς μετὰ Ἀθηναίων ξυμπολεμοῦντας καὶ τοὺς μηδὲ μεθ' ἑτέρων.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τελευτῶντος καὶ **68** Ἀμπρακιῶται αὐτοί τε καὶ τῶν βαρβάρων πολλοὺς ἀναστήσαντες ἐστράτευσαν ἐπὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ τὴν ἄλλην Ἀμφιλοχίαν. ἔχθρα δὲ πρὸς τοὺς Ἀργείους ἀπὸ τοῦδε αὐτοῖς ἤρξατο πρῶτον γενέσθαι. Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωικὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ, ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας. καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας καὶ τοὺς δυνατωτάτους εἶχεν οἰκήτορας. ὑπὸ ξυμφορῶν δὲ πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον πιεζόμενοι Ἀμπρακιώτας ὁμόρους ὄντας τῇ Ἀμφιλοχικῇ ξυνοίκους ἐπηγάγοντο, καὶ ἡλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν ξυνοικησάντων· οἱ δὲ ἄλλοι Ἀμφίλοχοι βάρβαροί εἰσιν. ἐκβάλλουσιν οὖν τοὺς Ἀργείους οἱ Ἀμπρακιῶται χρόνῳ καὶ αὐτοὶ ἴσχουσι τὴν πόλιν. οἱ δ' Ἀμφίλοχοι γενομένου τούτου διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι καὶ προςπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι Ἀθηναίους, οἳ αὐτοῖς Φορμίωνά τε

ἐς φάραγγας] Fortasse in barathrum illud ἐν Κεραΐδων δήμῳ τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς, εἰς ὃ τοὺς ἐπὶ θανάτῳ καταγνωσθέντας ἐνέβαλον. Lexic. Bibl. Coislin. in adn. ad 1, 134. Mox ὑπῆρξαν est *qua poena Lacedaemonii prius Athenienses affecerant, ea ulcisci eos aequum rati.* De re conf. Herodot. 7, 137.

68. ἐπὶ Ἄργος] i. e. *adversus Argos.* De verbis οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ etc. v. Matth. p. 752. adn. 2. Dein rerum status, qui Argis in maiori patria erat, Amphilocho propterea displicebat, quia matrem Eriphylam ab Alcmaeone (fratre Amphilochi) interemtam reperiebat. v. Apollod. 3, 7, 5. Mox ἡλληνίσθησαν pro ἑλλην. scripsi secutus iudicium Lobeckii ad Phryn. p. 380. Adde Buttm. Gr. max. Vol. 2. p. 416. De Argivis Amphilochiae barbaris v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 11, 11. Mox participio προςπαρακαλέσαντες verbum suum finitum est in αἱροῦσι, nam punctum, quod vulgo extat post τριάκοντα, in comma mutandum est, quo facto idem sensus exsistit, ac si scripsisset πεμψάντων τε τούτων αὐτοῖς Φορμίωνα, τοῦ Φορμίωνος δὲ ἀφικομένου, αἱροῦσιν etc.

στρατηγὸν ἔπεμψαν καὶ ναῦς τριάκοντα, ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωνος, αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος καὶ τοὺς Ἀμπρακιώτας ἠνδραπόδισαν, κοινῇ τε ᾤκησαν αὐτὸ Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀκαρνᾶνες. μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον Ἀθηναίοις καὶ Ἀκαρνᾶσιν. οἱ δὲ Ἀμπρακιῶται τὴν μὲν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους ἀπὸ τοῦ ἀνδραποδισμοῦ σφῶν αὐτῶν πρῶτον ἐποιήσαντο, ὕστερον δὲ ἐν τῷ πολέμῳ τήνδε τὴν στρατείαν ποιοῦνται αὐτῶν τε καὶ Χαόνων καὶ ἄλλων τινῶν τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων· ἐλθόντες τε πρὸς τὸ Ἄργος τῆς μὲν χώρας ἐκράτουν, τὴν δὲ πόλιν ὡς οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν προςβαλόντες, ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου καὶ διελύθησαν κατὰ ἔθνη. τοσαῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει ἐγένετο.

69 Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος Ἀθηναῖοι ναῦς ἔστειλαν εἴκοσι μὲν περὶ Πελοπόννησον καὶ Φορμίωνα στρατηγόν, ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κόλπου μηδένα μήτ' ἐςπλεῖν, ἑτέρας δὲ ἓξ ἐπὶ Καρίας καὶ Λυκίας καὶ Μελήσανδρον στρατηγόν, ὅπως ταῦτά τε ἀργυρολογῶσι καὶ τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσιν αὐτόθεν ὁρμώμενον βλάπτειν τὸν πλοῦν τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ Φασήλιδος καὶ Φοινίκης καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἠπείρου. ἀναβὰς δὲ στρατιᾷ Ἀθηναίων τε τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ἐς τὴν Λυκίαν ὁ Μελήσανδρος ἀποθνήσκει καὶ τῆς στρατιᾶς μέρος τι διέφθειρε νικηθεὶς μάχῃ.

70 Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος οἱ Ποτιδαιᾶται ἐπειδὴ οὐκέτι ἐδύναντο πολιορκούμενοι ἀντέχειν, ἀλλ' αἵ τε ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐςβολαὶ Πελοποννησίων οὐδὲν μᾶλλον ἀπανίστασαν τοὺς Ἀθηναίους, ὅ τε σῖτος ἐπελελοίπει, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἐπεγεγένητο αὐτόθι ἤδη βρώσεως πέρι ἀναγκαίας καί τινες καὶ ἀλλήλων ἐγέγευντο, οὕτω δὴ λόγους προςφέρουσι περὶ ξυμβάσεως τοῖς στρατηγοῖς τῶν Ἀθηναίων τοῖς ἐπὶ σφίσι τεταγμένοις, Ξενοφῶντί τε τῷ Εὐριπίδου καὶ Ἑστιοδώρῳ τῷ Ἀριστοκλείδου καὶ Φανομάχῳ τῷ Καλλιμάχου. οἱ δὲ προςεδέξαντο, ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπωρίαν ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως διςχίλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν. ἐπὶ τοῖςδε οὖν ξυνέβησαν, ἐξελθεῖν αὐτοὺς καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς ἐπικούρους ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ, γυναῖκας δὲ ξὺν δυοῖν, καὶ ἀργύριόν τι ῥητὸν ἔχοντας ἐφόδιον. καὶ οἱ μὲν ὑπόσπονδοι ἐξῆλθον ἐπὶ τὴν Χαλκιδικὴν καὶ ἕκαστος ᾗ ἐδύνατο· Ἀθηναῖοι

69. *ἀργυρολογῶσι*] i. e. *ut pecuniam cogant* (brandschatzen) et et vel ipsum tributum, vel aliquam eius partem nondum solutam exigant. *Αὐτόθεν* intellige ex Caria et Lycia, non ex Peloponneso. Neque enim, ut ait Osiand. Obss. fasc. 2. p. 9., piratae ex Peloponneso proficiscentes navibus mercatoriis ex Asia venientibus insidiabantur, neque Athenienses ad id impediendum Melesandri classem in Asiae litore collocaturi fuissent. Mox *τῆς ἐκεῖθεν ἠπείρου* est idem, quod *τῆς ἐκεῖ ἠπείρου ἐκεῖθεν πλεουσῶν ὁλκάδων.*

70. *διςχίλια τάλαντα*] v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 312.

τούς τε στρατηγοὺς ἐπῃτιάσαντο ὅτι ἄνευ αὐτῶν ξυνέβησαν, ὶμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως ᾗ ἐβούλοντο, καὶ ὕστε-ν ἐποίκους ἑαυτῶν ἔπεμψαν ἐς τὴν Ποτίδαιαν καὶ κατῴκισαν. ῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο· καὶ τὸ δεύτερον ἔτος ἐτελεύτα πολέμῳ τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους οἱ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμ-71 χοι ἐς μὲν τὴν Ἀττικὴν οὐκ ἐσέβαλον, ἐστράτευσαν δ' ἐπὶ λάταιαν· ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων σιλεύς. καὶ καθίσας τὸν στρατὸν ἔμελλε δῃώσειν τὴν γῆν· δὲ Πλαταιῆς εὐθὺς πρέσβεις πέμψαντες πρὸς αὐτὸν ἔλεγον ιάδε· Ἀρχίδαμε καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐ δίκαια ποιεῖτε οὐδ' ἄξια τε ὑμῶν οὔτε πατέρων ὧν ἐστε ἐς γῆν τὴν Πλαταιῶν στρατεύον-;. Παυσανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος ἐλευθερώσας ν Ἑλλάδα ἀπὸ τῶν Μήδων μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων νάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης ἣ παρ' ἡμῖν ἐγένετο, θύσας τῇ Πλαταιῶν ἀγορᾷ Διὶ ἐλευθερίῳ ἱερὰ καὶ ξυγκαλέσας πάν-ς τοὺς ξυμμάχους ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν τὴν ετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν, στρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ίκως ἐπ' αὐτοὺς μηδ' ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μή, ἀμύνειν τοὺς ρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. τάδε μὲν ἡμῖν πατέρες οἱ ιέτεροι ἔδοσαν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ προθυμίας τῆς ἐν ἐκείνοις ῖς κινδύνοις γενομένης, ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρᾶτε· μετὰ γὰρ ηβαίων τῶν ἡμῖν ἐχθίστων ἐπὶ δουλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἥκετε.

71. *ἀπὸ τῶν Μήδων*] v. Matth. p. 665. Mox *ἀπεδίδου* „est *con-sit*, (non *reddidit*,) ut apud Demosth. Ol. 2. p. 27. Reisk. Praeterea s, quae concedebatur, magis indicatur verbo *αὐτονόμους*, quam *οἰ-ῖν* et refertur ad vetus Thebanorum imperii in Plataeenses postula-m. Et quod sequitur caput huius foederis *στρατεῦσαι μηδένα ἀδί-ως, μηδ' ἐπὶ δουλείᾳ*, eo continetur receptio Plataeensium in foedus raecorum, quo includebatur, eos liberos et nullis aliis parentes fore. am iusiurandum, quod inter se foederati praestabant, hanc habebat ausulam: *τῶν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν νάστατον ποιήσειν*. v. Lycurg. c. Leocr. p. 193. Reisk. Ex altera arte foederati iurabant, vindictam sumturos de civitatibus, quae se im Persis coniunxissent, horum terram Deis sacraturos, qui proinde ecepturi erant decimam omnium ex illis redituum. Hinc Xen. H. r. 6, 5, 35. dicit *νῦν ἐλπὶς, τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατευθῆναι Θη-αίους*. Conf. Herodot. 7, 132. ARN. v. Wachsm. 1, 1. p. 109, 40. 1, 2. 142, 5. *Ἀποδιδόναι* hic eodem sensu dictum, quo haud raro *reddere*, t sit *suum alicui tribuere*. v. Interpp. ad Tacit. 1. Ann. 72. Gesn. ad lin. Epist. p. 350. ed. pr. Aptissime hic convertas: *restituerunt*. v. nterpp. ad Tacit. 2. Ann. 3. Mox *θεοὶ πατρῷοι* „sunt Dii stirpis it familiae alicuius, unde originem habebat is, cuius deus patrius at. v. Platon. Euthyd. c. 31. p. 302., ubi legitur, neminem Ionem luisse Iovem loco Dei *πατρῴου*, sed Apollinem, ut qui esset pater nis, auctoris generis. At Hercules colebat Iovem loco dei *πατρῴου*, v. ph. Tr. 755., quia filius Iovis habebatur. Itidemque Euripides Orestem cit precari Iovem *πατρῷον* in El. 675., quia Tantalus, auctor gentis Pelo-darum, dicebatur filius Iovis esse. v. Eur. Orest. 5." ARN. Adde Interpp. l Eurip. El. 666. Soph. Tr. 287. Platn. Beitr. zum Att. R. p. 88 sqq.

μάρτυρας δὲ θεοὺς τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι καὶ τοὺς ὑμετέρους πατρῴους καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους λέγομεν ὑμῖν τὴν γῆν τὴν Πλαταιίδα μὴ ἀδικεῖν μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, ἐᾶν δὲ οἰκεῖν αὐτονόμους καθάπερ Πανσανίας ἐδικαίω-
72 σεν. τοσαῦτα εἰπόντων Πλαταιῶν Ἀρχίδαμος ὑπολαβὼν εἶπε· Δίκαια λέγετε, ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς, ἢν ποιῆτε ὁμοῖα τοῖς λόγοις. καθάπερ γὰρ Πανσανίας ὑμῖν παρέδωκεν, αὐτοί τε αὐτονομεῖσθε καὶ τοὺς ἄλλους ξυνελευθεροῦτε ὅσοι μετασχόντες τῶν τότε κινδύνων ὑμῖν τε ξυνώμοσαν καί εἰσι νῦν ὑπ' Ἀθηναίοις, παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως. ἧς μάλιστα μὲν μετασχόντες καὶ αὐτοὶ ἐμμείνατε τοῖς ὅρκοις· εἰ δὲ μή, ἅπερ καὶ τὸ πρότερον ἤδη προὐκαλεσάμεθα, ἡσυχίαν ἄγετε νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων, δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ μηδ' ἑτέρους. καὶ τάδε ἡμῖν ἀρκέσει. ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοσαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ Πλαταιῶν πρέσβεις ἀκούσαντες

72. *καθάπερ γάρ*] Supple *οὐδὲ κωλύομεν ἡμεῖς, καθάπερ γάρ* etc., vel simile quid. Mox Krueg. ad Dionys. p. 168. deletis verbis *καὶ τῶν ἄλλων* legi vult *παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἐλευθερώσεως*, ut sit pro *ὧν τε ἕνεκα τῆς ἐλευθερώσεως παρασκευὴ τοσήδε γεγένηται*. v. Matth. p. 881. 3. Non enim perspici, qui Archidamus, se Plataeenses liberaturum esse dicere queat, quum Athenienses iis non ut sociis *ὑπηκόοις* usi essent. Id quod firmari dicit Vallae versione. Atqui non dicit Archidamus, se liberare velle Plataeenses, hoc dicit: *αὐτονομεῖσθε*. *Αὐτῶν* refertur ad *ὅσοι — ξυνώμοσαι καί εἰσι νῦν ὑπ' Ἀθηναίοις*, et proinde *οἱ ἄλλοι* sunt illi, *ὅσοι οὐ ξυνώμοσαν*, qui tamen et ipsi imperio Atheniensium pareat. Verba *ἧς μάλιστα μέν* etc. cum Popp. converte *cuius liberationis, si optimum eligitis, et ipsi participes facti, iusiurandum servate*. De verbis *ἅπερ — προὐκαλεσάμεθα* v. Matth. p. 766 sq. „Nisi ad 2, 2. 3. respicitur, scriptor non narravit hanc exhortationem Plataeensium per Archidamum.“ Popp. Dein *μηδὲ μεθ' ἑτέρων* paene est idem, quod *μετὰ μηδετέρων*. v. Krueg. ad Dionys. p. 168. Buttm. ad Demosth. or. Mid. p. 67. Tenendum autem *οὐδὲ καθ' ἕν* fortius esse, quam *κατ' οὐδέν*, eadem ratio est formularum *μετὰ μηδετ.* et *μηδὲ μεθ' ἑτ.* Ut nos: in nichts — mit keinen, et fortius in gar nichts — mit gar keinen von Beiden. Mox alii *ἀρκέσει*, alii *ἀρέσκει*. Praefert *ἀρκέσει* etiam Schaef. Indic. ad Porson. Advers. p. 345. Si quod placeret sibi, Archidamus dicere voluisset, potius dicturus fuisset, alterum sibi magis placere, ut Plataeenses secum arma iungerent. Nunc dicit, quid sibi satis sit, eos saltem neutras partes sequi. Mox optativus *εἴησαν* positus est, quasi praecessisset *ὅτι*. v. Krueg. ad Dionys. p. 168. Matth. p. 1029. 3. Melett. Cr. Schaeferi p. 102. Dein *ἔνορκοι* sunt *foedere recepti*, non iureiurando obstricti. Eundem igitur sensum habet, quem *ἔνσπονδοι*. Mox *ἀριθμῷ* est *numero*, der Zahl nach. v. Krueg. l. c. p. 169. Mox alii *ὅποι*, alii *ὅπη βούλεσθε*. Popponi legendum videbatur *ὅπη* coll. Herm. ad Eur. Herc. F. 1236., qui docet, *ποῖ* nihil significare nisi motum (ad quem locum versus); *πῇ* motum simul et succedentem ei quietem (in quem locum). V. idem ad Vig. p. 789. fin. Nunc Popp. profitetur se dubitare. Conf. Krueg. l. c. p. 170. De voce *παρακαταθήκη* v. Lobeck. ad Phryn. p. 312. et Krueg. l. c. p. 170.

ταῦτα ἐςῆλθον ἐς τὴν πόλιν καὶ τῷ πλήθει τὰ ῥηθέντα κοινώσαντες ἀπεκρίναντο αὐτῷ ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ' ἐκείνοις εἴησαν· δεδιέναι δὲ καὶ περὶ τῇ πάσῃ πόλει μὴ ἐκείνων ἀποχωρησάντων Ἀθηναῖοι ἐλθόντες σφίσιν οὐκ ἐπιτρέπωσιν, ἢ Θηβαῖοι ὡς ἔνορκοι ὄντες κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι αὖθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσωσι καταλαβεῖν. ὁ δὲ θαρσύνων αὐτοὺς πρὸς ταῦτα ἔφη, Ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας ἡμῖν παράδοτε τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα καὶ ἄλλο εἴ τι δυνατὸν ἐς ἀριθμὸν ἐλθεῖν· αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε ὅποι βούλεσθε ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ. ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν ὑμῖν ἃ ἂν παραλάβωμεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην, ἐργαζόμενοι καὶ φορὰν φέροντες ἢ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι. οἱ δ' ἀκού- 73 σαντες ἐςῆλθον αὖθις ἐς τὴν πόλιν, καὶ βουλευσάμενοι μετὰ τοῦ πλήθους ἔλεξαν ὅτι βούλονται ἃ προκαλεῖται Ἀθηναίοις κοινῶσαι πρῶτον, καὶ ἢν πείθωσιν αὐτούς, ποιεῖν ταῦτα· μέχρι δὲ τούτου σπείσασθαι σφίσιν ἐκέλευον καὶ τὴν γῆν μὴ δῃοῦν. ὁ δὲ ἡμέρας τε ἐσπείσατο ἐν αἷς εἰκὸς ἦν κομισθῆναι καὶ τὴν γῆν οὐκ ἔτεμνεν. ἐλθόντες δὲ οἱ Πλαταιῆς πρέσβεις ὡς τοὺς Ἀθηναίους καὶ βουλευσάμενοι μετ' αὐτῶν πάλιν ἦλθον ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν τῇ πόλει τοιάδε· Οὔτ' ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς, ἀφ' οὗ ξύμμαχοι ἐγενόμεθα Ἀθηναῖοί φασιν ἐν οὐδενὶ ὑμᾶς προέσθαι ἀδικουμένους οὔτε νῦν περιόψεσθαι, βοηθήσειν δὲ κατὰ δύναμιν. ἐπισκήπτουσί τε ὑμῖν πρὸς τῶν ὅρκων οὓς οἱ πατέρες ὤμοσαν μηδὲν νεωτερίζειν περὶ τὴν ξυμμαχίαν. τοιαῦτα τῶν πρέσβεων ἀπαγγειλάντων οἱ Πλαταιῆς 74 ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας καὶ ἄλλο πάσχοντας ὅ,τι ἂν

73. κομισθῆναι] i. e. in welcher Zeit sie der Wahrscheinlichkeit gemäss wieder zurück seyn könnten. Mox alii ὑμᾶς, alii ἡμᾶς προέσθαι. Haackio vulgata ἡμᾶς aptior visa propter verba ἀφ' οὗ ξύμμαχοι ἐγενόμεθα. Contra ea Krueg. p. 170. monuit, nihil obstare ἐγενόμεθα, quominus ὑμᾶς legatur, quia ἐγενόμεθα non solum ad Plataeenses, sed etiam Athenienses referatur. Adde quod sequitur ἐπισκήπτουσι ὑμῖν. Mox verbis οὓς οἱ πατέρες etc. intelligit foedus, quod patrum tempore Plataeenses cum Atheniensibus pepigerant, nonaginta tribus annis ante captas Plataeas, ante Chr. N. 520. Vid. 3, 68. extr.

74. ἀνέχεσθαι] Alii libri ἀντέχεσθαι, quod subaudito αὐτῶν i. e. Ἀθηναίων Haack. non sprevit. At Popp. obloquitur, ἀντέχεσθαι, *adhaerere* de rebus potius dici, quas amplectimur, quibus operam damus, sicut θαλάσσης ἀντέχ. Thuc. dixit. Conf. exempla allata a Kruegero ad Dionys. p. 171. De verbo ἀνέχεσθαι v. Matth. §. 550. b.

ὁρῶντας — πάσχοντας] Sequi debebat ὁρῶντες — πάσχοντες. At illi accusativi sequuntur ex more Graecorum, quo non raro sententia primaria sequitur structuram vocum interpositarum, ut hic illi accusativi pendent quodammodo ex interpositis verbis εἰ δεῖ. v. Lobeck. ad Phryn. p. 755. adn. Mox in verbis Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεύς

ξυμβαίνῃ· ἐξελθεῖν τε μηδένα ἔτι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τείχους ἀποκρίνασθαι ὅτι ἀδύνατα σφίσι ποιεῖν ἐστιν ἃ Λακεδαιμόνιοι προκαλοῦνται. ὡς δὲ ἀπεκρίναντο, ἐντεῦθεν δὴ πρῶτον μὲν ἐς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς κατέστη, λέγων ὧδε. Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιίδα ἔχετε καὶ ἥρωες, ξυνίστορες ἔστε ὅτι οὔτε τὴν ἀρχὴν ἀδίκως, ἐκλιπόντων δὲ τῶνδε πρότερον τὸ ξυνώμοτον, ἐπὶ γῆν τήνδε ἤλθομεν, ἐν ᾗ οἱ πατέρες ἡμῶν εὐξάμενοι ὑμῖν Μήδων ἐκράτησαν καὶ παρέσχετε αὐτὴν εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν, οὔτε νῦν, ἤν τι ποιῶμεν, ἀδικήσομεν· προκαλεσάμενοι γὰρ πολλὰ καὶ εἰκότα οὐ τυγχάνομεν. ξυγγνώμονες δὲ ἔστε τῆς μὲν

articulum om. multi et boni libri. „Articulum apud vocabulum βασιλεύς nomini proprio additum, si non de Persarum rege intelligendum est, Thuc. tum solet omittere, quum appositio altera patris nomen indicans interposita est. Velut Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. At patris nomine non interiecto si βασιλεύς genitivum adiectum habet, articulum adsciscit. Sic Ἰνάρως ὁ Λιβύων βασιλεύς. Hic autem quum ne genitivus quidem appositus sit, utrum articulus deesse an adesse debeat, minus certum est. Reges Persarum quidem in eiusmodi locis apud Thucydidem vocem βασιλεύς articulo carentem constanter ante nomina propria assumere consueverunt, ut βασιλεὺς Ξέρξης et saepius. Sed inde, quid de h. l. statuendum sit, non apparet. Ceterum βασιλεύς non solum, ubi est Persarum rex, sine articulo poni etiam Held. ad Plutarch. p. 269. docet." Popp. Mox de Diis, terram Plataeensium obtinentibus v. Spanh. ad Callim. Vol. 2. p. 669. Ern. Bloomf. ad Aesch. Theb. 69. Valck. ad Herodot. 7, 53. et Interpp. ad Cic. 4. Cat. 2, 3. De voce ξυνίστορες v. Herm. ad Soph. Phil. 1277. et „de hoc deorum terrae hostilis invocandorum placandorumque ritu conf. Xenoph. Cyrop. 3, 3, 21." Krueg. ad Dionys. p. 171.

ἐπὶ γῆν τήνδε] i. e. dass wir in ein Land hier gekommen sind, in welchem etc. Blum. script. Schol. p. 3. Addit Popp., quod γῆ, adeo ubi certam terram significat, nonnumquam articulo deficiatur. Mox de verbis παρέσχετε εὐμενῆ conf. Plut. V. Al. M. 34. Aristid. 11. vers. fin. Held. in Actt. Philol. Monac. Vol. 2. p. 87. Infinitivum ἐναγωνίσασθαι cum εὐμενῆ iungendum esse, nec pendere a παρέσχετε monuit Popp., ὥστε autem cum Bloomfieldio subaudiri necesse non est, quia consilium, non effectus indicatur. Εὐμενείας notionem, proprie de Diis praedicandam, attractione quadam ad terram referri, quum Krueg. ad Dionys. p. 483. dixisset, Popp. respondet, vocem εὐμενής de regione facili et commoda legi etiam ap. Xenoph. Anab. 4, 6, 12.

ξυγγνώμονες] Ad verbum: assent to the aggressors' being punished, quasi scriptum sit τῷ τοὺς ὑπάρχοντας ἀδικίας κολάζεσθαι et τῷ τιμωρίας τυγχάνειν τοὺς ἐπιφέροντας etc. Arn. Ordo etiam hic esse putari potest: ξυγγνώμονες ἔστε τῆς ἀδικίας τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις κολάζεσθαι (αὐτῆς), et τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως (αὐτήν). Nam genitivi ἀδικίας et τιμωρίας pendere possunt et a ξυγγνώμονες (v. Matth. §. 339.) et a verbis κολάζεσθαι (v. ibid. §. 368. a.) atque τυγχάνειν. Prior genitivus simul cum ὑπάρχουσι iungi potest. Voces ξυγγνώμονες ἔστε Dukas explicat per συγχωρήσατε post Vallam. At συγχωρήσατε τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις ἀδικίας κολάζεσθαι vix dici potest, quum res et ratio haec potius ita efferri iubeat: συγχωρήσατε τοὺς ὑπάρχοντας προτέρους ἀδικίας ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων

ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως. τοσαῦτα ἐπιθειάσας καθίστη 75 ἐς πόλεμον τὸν στρατόν, καὶ πρῶτον μὲν περιεσταύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν ἃ ἔκοψαν, τοῦ μηδένα ἔτι ἐξιέναι, ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν, ἐλπίζοντες ταχίστην αἵρεσιν ἔσε-

κολάζεσθαι. Etenim in voce ξυγγνώμων duplex vis inest, altera et quidem origine prior, ut sit ξυνίστωρ, quae vis obtinet in priori membro huius sententiae, ut 3, 40. init. conf. 8, 24. vers. fin.; altera vis est ex priori derivata, ut sit *ignoscens*, *veniam dans*, ut 3, 40. in v. ξύγγνωμον et 4, 98. in eadem voce. Quam duplicem vim quum scriptor Graecus cogitatione non discerneret, conscientiam rei potius quam vel accusationem vel veniam cogitans, evenit, ut ξυγγνώμων et ἀδικοῦσιν et ἀδικηθεῖσιν adhiberet.

75. Descriptio oppugnationis Plataearum, de qua v. Mans. Spart. 2. p. 42. 405. Folard. ad Polyb. Vol. 2. p. 174. vers. Germ. Gail. Mémoire Vol. 9. ed. Thuc. p. 183. „Archidamus urbe vallo clausa incolis exitum intercludit; adversus partem urbis aggerem struit, neve quaquaversus acclivis esset, lignis in Cithaerone caesis utrimque aggerem munit, ita ut loco parietum (ἀντὶ τοίχων) ligna essent, storearum instar (φορμηδόν) rectis angulis composita. Laterum istorum intervallum expletur materie, lapidibus, humo aliisque, quae ad opus perficiendum idonea essent. Agger paululum quidem moenibus urbis distabat (c. 77. φοροῦντες ὕλης φακέλλους παρέβαλλον ἀπὸ τοῦ χώματος ἐς τὸ μεταξὺ πρῶτον τοῦ τείχους καὶ τῆς προςχώσεως), sed parte sui ima paululum acclivi moenia tangebat (ᾗ προςέπιπτε τὸ χῶμα i. e. *qua agger moenibus contiguus erat*), ita ut Plataeenses muro suo perfosso (διελόντες τοῦ τείχους ᾗ, ubi τεῖχος probe discernendum a τοίχοις i. e. parietibus aggeris) humum ex aggere in urbem importare possent, moenibus non exeuntes. Simul obsessores urbi machinas admoverunt, unam, quae per aggerem admota aedificii, quod obsessi moenibus suis superstruxerant, magnam partem conquassavit, alias vero machinas ab aliis partibus urbis adduxerunt.“ Bred.

ἐπιθειάσας] i. e. *deos contestatus*. v. Kust. ad Suid. in v. Grammatici disiunxerunt θεάζειν et θειάζειν, illud interpretantes *deos invocare*, hoc *deorum numine correptum agitari*. v. Hemsterh. in Praef. Dukeri p. XXIV. Lips. Conf. Thuc. 8, 53. ubi est ἐπιθειαζόντων eadem cum notione *deos invocandi*. At θειάσαντες 8, 1. est *simulantes se divino numine afflatos esse*, adde 7, 50., ubi substantivum θειασμός est *superstitio*, et 7, 75., ubi ἐπιθειασμός *obsecratio per deos*. De ἐπιθειάζειν v. Buttm. Lexil. 2. p. 110. adn. Mox pro περιεσταύρωσεν Greg. Cor. p. 61. Lugd. et E. ferunt περιεσταύρωσαν, quod melius aliquis putet convenire cum ἔκοψαν. At „saepe Graeci a praefectis transeunt ad eos, quibus praefecti sunt. Conf. 2, 85.“ Krueg. de Authent. Xenoph. Anab. p. 48. adn. Mox δένδρεσιν „arbores frugiferas significat, praecipue ficos et oleas, quibus plana Europae australis maxime obsita sunt. Ubi lignamenta (ξύλα) opus erant, cogebantur ea caedere in iugis montium, in quibus solis per illas partes Europae arbores silvestres reperiuntur.“ Arn.

αἵρεσιν — αὐτῶν] i. e. τῶν Πλαταιέων, quod ad sensum inest in praecedente voce πόλιν. Mox agger, quem dicit (χῶμα ἔχουν) „eo consilio exstructus est, ut propugnatores e moenibus depellerent et exiguo intervallo repleto in ea ascenderent.“ Popp. Conf. Mans. Spart. 2. p. 406. „Et φορμηδόν quid sit, ipse Thuc. 4, 48. explicat: φορμηδὸν ἐπὶ ἁμάξας ἐπιβάλλοντες (cadavera) ἀπήγαγον ἔξω τῆς πό-

*σθαι αὐτῶν στρατεύματος τοσούτου ἐργαζομένου. ξύλα μὲν οὖν τέμνοντες ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος παρῳκοδόμουν ἑκατέρωθεν, φορμηδὸν ἀντὶ τοίχων τιθέντες, ὅπως μὴ διαχέοιτο ἐπὶ πολὺ τὸ χῶμα· ἐφόρουν δὲ ὕλην ἐς αὐτὸ καὶ λίθους καὶ γῆν καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον. ἡμέρας δὲ ἔχουν ἑβδομήκοντα καὶ νύκτας ξυνεχῶς διῃρημένοι κατ' ἀναπαύλας ὥςτε τοὺς μὲν φέρειν, τοὺς δὲ ὕπνον τε καὶ σῖτον αἱρεῖσθαι· Λακεδαιμονίων τε οἱ ξεναγοὶ ἑκάστης πόλεως ξυνεφεστῶτες ἠνάγκαζον ἐς τὸ ἔργον. οἱ δὲ Πλαταιῆς ὁρῶντες τὸ χῶμα αἰρόμενον, ξύλινον τεῖχος ξυνθέντες καὶ ἐπιστήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει ᾗ προςεχοῦτο, ἐςῳκοδόμουν ἐς αὐτὸ πλίνθους ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες. ξύνδεσμος δ' ἦν αὐτοῖς τὰ ξύλα, τοῦ μὴ ὑψηλὸν γιγνόμενον ἀσθενὲς εἶναι τὸ οἰκοδόμημα· καὶ προκαλύμματα εἶχε δέῤῥεις καὶ διφθέρας ὥςτε τοὺς ἐργαζομένους καὶ τὰ ξύλα μήτε πυρφόροις οἴστοῖς βάλλεσθαι ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. ἤρετο δὲ τὸ ὕψος τοῦ τείχους μέγα καὶ τὸ χῶμα οὐ σχολαίτερον ἀντανῄει αὐτῷ. καὶ οἱ Πλαταιῆς τοιόνδε τι ἐπινοοῦσι· διελόντες*
**76** *τοῦ τείχους ᾗ προςέπιπτε τὸ χῶμα ἐςεφόρουν τὴν γῆν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι αἰσθόμενοι ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνείλλον-*

*λεως*, ubi est: *iniicientes alia in longitudinem* (der Länge nach), *alia in transversum super illa.* Ligna igitur non decussatim (ad modum crucis, quae dicitur St. Andreae), sed rectis angulis inter se inserta inserviebant materiae continendae, qua parietes explebantur. Apte Iosephum B. I. 7, 8, 5. Bloomf. confert. Latera aggeris praerupta, frontem et tergum leniter declivia fuisse, adnotavit Popp., quod eo firmatur, quia c. 76. machinam in hoc vallum sursum attractam legimus. Mox *ξεναγοί* sunt *οἱ τῶν μισθοφόρων ἄρχοντες· ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς μισθοφόρους*, ait scriptor in Bibl. Coisl. p. 237. At „*ξεναγοί* h. l. sunt praefecti sociis Lacedaemonii. v. Xenoph. H. Gr. 3, 5, 7. et 5, 2, 7., ex quorum locorum priori apparet, Lacedaemonios *ξεναγούς* missos esse circa civitates socias, ut accesserent earum milites in expeditionem pro rata parte mittendos, priusquam ipsi Spartani in bellum proficiscebantur.“ Arn. Conf. Od. Muell. Dor. 2. p. 239. adn. 6. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 68, 4. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 114, 25. Mox *ξυνεφεστῶτες* „est *una praepositi* i. e. una cum propriis ducibus praepositi.“ Kistem. Deinde vocabulum *δέῤῥεις* videtur habere usum magis generalem, ut sit *pelles*; alterum (*διφθέρας*) significare eiusmodi pelles, quae arte praeparatae sunt ad usum hominum, ut videtur Arnoldo. Mox *τοῦ τείχους* etc. intellige sie durchbohrten den Theil ihrer eigenen (Stadt) Mauer, wo das Schuttwerk der Feinde daran stiess. De genitivo v. Matth. p. 628, 5., „qui tamen *προςέπιπτε* cum Porto male convertit *imminebat.* Hoc foramen in infima muri parte factum esse recte docet Gail. Conf. Mans. Spart. 2. p. 408 sq.“ Popp.

76. *ἐν ταρσοῖς*] i. e. *in calathis e calamo contextis.* Marg. Flor. Vim. Vid. Wessel. ad Herodot. 1, 179. Bred.: die Peloponnesier aber, wie sie es merkten, pressten in Körbe von Schilf schweren und zähen Lehm und warfen den in die Lücke, damit diess nicht, wie die Erde, nachschiessend fortgetragen würde. Mox *κάλαμος* „est Arundo donax, quae a Graecis recentioribus appellatur *κάλαμο*, atque etiamnunc planta utilissima ad varios usus domesticos, inprimis operi viminco contexendo. v. Sibthorp. de Plantis Gr., quod opusculum edidit Wal-

τες ἐςέβαλλον ἐς τὸ διῃρημένον, ὅπως μὴ διαχεόμενον ὥςπερ ἡ γῆ φοροῖτο. οἱ δὲ ταύτῃ ἀποκληόμενοι τοῦτο μὲν ἐπέσχον, ὑπόνομον δ' ἐκ τῆς πόλεως ὀρύξαντες καὶ ξυντεκμηράμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα ὑφεῖλκον αὖθις παρὰ σφᾶς τὸν χοῦν· καὶ ἐλάνθανον ἐπὶ πολὺ τοὺς ἔξω, ὥςτ' ἐπιβάλλοντας ἧσσον ἀνύτειν ὑπαγομένου αὐτοῖς κάτωθεν τοῦ χώματος καὶ ἱζάνοντος ἀεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον. δεδιότες δὲ μὴ οὐδ' οὕτω δύνωνται ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀντέχειν, προςεπεξεῦρον τόδε· τὸ μὲν μέγα οἰκοδόμημα ἐπαύσαντο ἐργαζόμενοι τὸ κατὰ τὸ χῶμα, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν αὐτοῦ ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ βραχέος τείχους ἐκ τοῦ ἐντὸς μηνοειδὲς ἐς τὴν πόλιν προςῳκοδόμουν, ὅπως εἰ τὸ μέγα τεῖχος ἁλίσκοιτο, τοῦτ' ἀντέχοι, καὶ δέοι τοὺς ἐναντίους αὖθις πρὸς αὐτὸ

pol. in Memoirs Vol. 1. p. 241.“ Arn. De voce ἐνεἰλλοντες v. Buttm. Lexil. Vol. 2. p. 149. 152. Et ἐς τὸ διῃρημένον est *in foramen muri*. Vid. cap. 75. extr. Pro διαχεόμενον Popp. coniecit διαχεόμενος, quia neutrum vix possit ad aliud quid pertinere, quam ad τὸ διῃρημένον, quod non potuerit auferri. Kistem. neutrum genus ad totum, πηλόν et ταρσούς, refert, alii aliter. Mihi eadem usque sententia est, referri ad χῶμα, cuius iam πηλός pars erat, quamquam Popp. adversatur dicens, additam comparationem ὥςπερ ἡ γῆ id fieri non pati, quia humus quoque pars aggeris fuerit. Quis autem haec reprehendat: μὴ τὸ χῶμα πηλὸς ὢν διαχεόμενον, ὥςπερ τὸ χῶμα γῆ ὄν, φοροῖτο? Mox Steph. malebat τούτου ἐπέσχον. At Arn. exempla profert huius verbi constructi cum accusativo, ut Thuc. 5, 46. 63.

ξυντεκμηράμενοι] Schol. διὰ τεκμηρίου τινὸς ἐρχόμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα. Arn. confert Herodot. 2, 150. ὑπὸ γῆν σταθμεόμενοι ὄρυσσον. Verba τὸ μὲν μέγα etc. Heilm. ita interpretatur: mit dem hohen Bau gegen den Wall zu hörten sie auf und fingen dafür an, von den beiden Enden desselben unten an der niedrigen Mauer (i. e. inde a moenibus urbis suae veteribus, quibus recens aedificium superstruxerunt i. e. hoc ipsum μέγα οἰκοδόμημα c. 75. vers. fin.) einwärts in die Stadt hinein (ἐκ τοῦ ἐντός i. e. ἐν τῷ ἐντὸς — ἐς τὴν πόλιν. Praepositionem ἐκ posuit vel nota significatione: nach der inneren Seite zu, von innen, vel pro ἐν per attractionem verbi ἀρξάμενοι) eine andere Mauer in Gestalt eines halben Mondes zu ziehen, um, wenn auch die grosse Mauer erstiegen würde, hieran noch eine Schutzwehr zu haben und die Feinde in die Nothwendigkeit zu versetzen, eine zweyte Schanze aufzuwerfen, die solchergestalt bei ihrem weiteren Eindringen nicht nur doppelte Arbeit finden, sondern auch ihren Schüssen von der Seite her mehr blossgestellt seyn würden. Nam ἐν ἀμφιβόλῳ est *utrimque ab muro lunatim intus in urbem versus exstructo*, ita ut qui hunc ascensuri in urbem penetrare vellent, ab utroque latere telis obsessorum exponerentur. Mox ἐπὶ μέγα etc. est κατέσεισε μέγα μέρος τοῦ μεγάλου οἰκοδομήματος. Obiectum latet in ἐπὶ μέγα, sicut alibi subiectum vel obiectum latet in praepositionibus cum casu suo. v. Schoem. Obss. in Thuc. p. 21. Buttm. Indic. Orat. Demosth. Mid. s. v. κατά. Et κατέσεισε „est *praecipitavit*, non *percussit*.“ Sic apud Aelian. V. H. 3, 16. verba κατασείων τὰ τείχη iunguntur cum ὑπορύττων et apud Dionys. A. R. 9, 68. verba κριοῖς κατασεισθῆναι iunguntur cum verbis ὑπορυττομένων τῶν θεμελίων ἀνατραπῆναι.“ Arn. Contra quem Popp. monet, κατασείειν et καταβάλλειν per Arrianum 1, 19, 3. discerni, nec satis causae subesse, cur solitam vim verbi h. l. reiiciamus.

χοῦν, καὶ προχωροῦντας εἴσω διπλάσιόν τε πόνον ἔχειν καὶ ἐν ἀμφιβόλῳ μᾶλλον γίγνεσθαι. ἅμα δὲ τῇ χώσει καὶ μηχανὰς προςῆγον τῇ πόλει οἱ Πελοποννήσιοι, μίαν μέν, ἣ τοῦ μεγάλου οἰκοδομήματος κατὰ τὸ χῶμα προςαχθεῖσα ἐπὶ μέγα τε κατέσεισε καὶ τοὺς Πλαταιέας ἐφόβησεν, ἄλλας δὲ ἄλλῃ τοῦ τείχους, ἃς βρόχους τε περιβάλλοντες ἀνέκλων οἱ Πλαταιῆς, καὶ δοκοὺς μεγάλας ἀρτήσαντες ἁλύσεσι μακραῖς σιδηραῖς ἀπὸ τῆς τομῆς ἑκατέρωθεν ἀπὸ κεραιῶν δύο ἐπικεκλιμένων καὶ ὑπερτεινουσῶν ὑπὲρ τοῦ τείχους ἀνελκύσαντες ἐγκαρσίας, ὁπότε προςπεσεῖσθαί πῃ μέλλοι ἡ μηχανή, ἀφίεσαν τὴν δοκὸν χαλαραῖς ταῖς ἁλύσεσι καὶ οὐ διὰ χειρὸς ἔχοντες· ἡ δὲ ῥύμῃ ἐμπίπτουσα ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς.

77 Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Πελοποννήσιοι, ὡς αἵ τε μηχαναὶ οὐδὲν ὠφέλουν καὶ τῷ χώματι τὸ ἀντιτείχισμα ἐγίγνετο, νομίσαντες ἄπορον εἶναι ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἑλεῖν τὴν πόλιν πρὸς

*ἃς βρόχους*] Duabus rebus Plataeenses impetum machinarum urbi admotarum arcebant, nam et laqueis circumiectis captos arietes in obliquum trahebant, et trabibus magnis gravi pondere demissis prominentiam arietis frangebant, welche die Plataeer mit darumgeflochtenen Seilen in die Höhe zogen und herumwarfen, oder sie nahmen grosse Balken, an deren beiden Enden sie lange eiserne Ketten befestigten, die sie quer über zwei auswärts über die Mauern hinausgelehnten Bäumen hängten, und wenn dann der Mauerbrecher sich der Mauer näherte, liessen sie den Balken vermittelst der beweglichen Ketten schnell aus den Händen herunterstürzen, welcher durch seinen heftigen Fall den Kopf des Sturmbalken abbrach. *Ἀνέκλων* est *avertebant*, sie beugten weg, non *frangebant*. Phavorin. *ἀνακλάσεις, ἐπιστροφάς*. Mox structura haec est: *καὶ δοκοὺς μεγάλας ἁλύσεσι μακραῖς ἀπὸ τῆς τομῆς* (sc. *τῶν δοκῶν*) *ἀρτήσαντες* (*καὶ*) *ἀνελκύσαντες ἐγκαρσίας ἀπὸ κεραιῶν δύο ἐπικεκλιμένων ὑπὲρ τοῦ τείχους ἀφίεσαν, ὁπότε προςπεσεῖσθαί πῃ μέλλοι ἡ μηχανή, τὴν δοκόν* etc. Proprie oratio sic procedere debebat: *ἃς βρόχους τε περιβάλλοντες ἀνέκλων, καὶ* (*ἃς*) *δοκοὺς ἀρτήσαντες — καὶ ἀνελκύσαντες — καὶ ὁπότε — ἀφέντες ἀπεκαύλιζον*. „Sed et propter interposita, ait Popp., et quia scriptor, qualis illa machina, quam *ἀπεκαύλιζον*, fuerit, explanare volebat, oratio immutata est. Et *ἀπὸ τῆς τομῆς* est an beiden Seiten vorne an den quer über hängenden Balken, nam *τομή* est der Endpunkt, wo der Balken abgeschnitten ist, ut, 1, 93. *τομή* est die Ecke, wo der Stein winkelrecht behauen ist. Et *ἀνελκύσαντες* est die sie hinaufzogen und schweben liessen von den beiden über die Mauer hinausragenden Bäumen. Nam *ἑλκύζειν, ἑλκεῖν* iam apud Homerum habet vim *suspendendi, suspensum tenendi*, ut de Iove et muliere, libram suspensam tenentibus, hoc verbo poeta usus est Il. *ϑ'*, 72. *χ'*, 212. et *μ'*, 434.

*ἐμβολῆς*] i. e. *trabis, arietis* et *τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς* est *rostrum* sive *caput arietis*. Memnon apud Photium Bibl. cod. 224. p. 236, 18. Bekk. *ὁ κριὸς τῆς ἄλλης ἐμβολῆς προαπεκλάσθη*. v. Schaef. ad Greg. Cor. p. 515. Schneid. Indic. ad Xen. H. Gr. s. v. *ἔμβολον*. Dorv. ad Charit. p. 583. Suidas autem *ἐμβολήν* non intelligit ipsam trabem, sed trabis prominentiam sive caput arietis: *ἐμβολὴ τὸ ἄκρον τοῦ κριοῦ, τοῦ μηχανικοῦ ὀργάνου*. Ita igitur habebimus prominentiam prominentiae.

τὴν περιτείχισιν παρεσκευάζοντο. πρότερον δὲ πυρὶ ἔδοξεν αὐτοῖς πειρᾶσαι εἰ δύναιντο πνεύματος γενομένου ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν οὖσαν οὐ μεγάλην· πᾶσαν γὰρ δὴ ἰδέαν ἐπενόουν, εἴ πως σφίσιν ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας προςαχθείη. φοροῦντες δὲ ὕλης φακέλλους παρέβαλλον ἀπὸ τοῦ χώματος ἐς τὸ μεταξὺ πρῶτον τοῦ τείχους καὶ τῆς προςχώσεως, ταχὺ δὲ πλήρους γενομένου διὰ πολυχειρίαν ἐπιπαρένησαν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ὅσον ἐδύναντο ἀπὸ τοῦ μετεώρου πλεῖστον ἐπισχεῖν, ἐμβαλόντες δὲ πῦρ ξὺν θείῳ καὶ πίσσῃ ἧψαν τὴν ὕλην. καὶ ἐγένετο φλὸξ τοσαύτη ὅσην οὐδείς πω ἔς γε ἐκεῖνον τὸν χρόνον χειροποίητον εἶδεν· ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὑτὴν ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. τοῦτο δὲ μέγα τε ἦν καὶ τοὺς Πλαταιέας τἄλλα διαφυγόντας ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι· ἐντὸς γὰρ πολλοῦ χωρίου τῆς πόλεως οὐκ ἦν πελάσαι, πνεῦμά τε εἰ ἐπεγένετο αὐτῇ ἐπίφορον, ὅπερ καὶ ἤλπιζον οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἂν διέφυγον. νῦν δὲ καὶ τόδε λέγεται ξυμβῆναι, ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ πολὺ καὶ βροντὰς γενομένας σβέσαι τὴν φλόγα καὶ οὕτω παυθῆναι τὸν κίνδυνον.

78 Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐπειδὴ καὶ τούτου διήμαρτον, μέρος μέν τι καταλιπόντες τοῦ στρατοπέδου, [τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες,]

77. *εἰ δύναιντο*] v. Matth. p. 1023. init. Et *φακέλλους* Thom. M. p. 881. interpretatur *δεδεμένον φορτίον*, ein Bündel. Valck. ad Herodot. 4, 62. scriptum vult per unam *λ*, ut habent Hesych. Ammon. Thom. M. in *φάκελος* et alii Grammatici, et Cl. Gr. et Herodot. l. c. v. Interpp. ad Moer. p. 393 sqq. Mox Dorv. ad Charit. p. 419. adnotavit, unum librum (Chr.) habere *διὰ τὴν πολυχειρίαν* et Diodorum semper articulum addere. Paulo post structura haec est: *ἐπιπαρένησαν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ὅσον πλεῖστον ἐδύναντο ἐπισχεῖν* (erreichen) *ἀπὸ τοῦ μετεώρου* (von der Höhe aus, die sie mit dem Schuttwerke erreicht hatten). Nos dicturi fuissemus: *ἐπιπαρένησαν φακέλλους καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει ἐφ' ὅσον πλεῖστον ἐδύναντο ἐπισχεῖν* etc. Pariter Hom. Il. ι', 137. *νῆας ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω* i. e. *ἐν ναυσὶν* etc. Et sic Latini, velut Horat. 2 Epod. 43. 2 Serm. 6, 105. Mox de spontaneis silvarum incendiis v. Lucret. 1, 896. Casaub. ad Sueton. Tib. 6. et ad Severi Aetn. 362. De *ἐλαχίστου* v. Matth. p. 669. adn. 2. et de *ἐδέησε* ibidem p. 595. init. et p. 1044. a., ubi verbum impersonaliter positum dicens arguitur a Poppone, quum nominativus subiecti sit *τοῦτο*. De voce *ἐπίφορον* v. Dorv. ad Charit. p. 389.

78. *τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες*] Haec verba cum Aug. Cl. [Ven.] It. Vat. H. Mosqu. Ar. Chr. Dan. Poppo om. In Aug. a man. rec. adscripta sunt. Laur. E. marg. Steph., qui agnoscunt, *πλέον* illi, hic postremus *πλεῖον* pro *λοιπόν* habent. „Peloponnesios magnam exercitus partem, antequam murus, quo Plataeas cingerent, confectus esset, dimisisse, nec per se verisimile est, quum verendum esset, ne Athenienses, obsessis opem ferentes, totam rem impedirent, et repugnat iis, quae paulo post perspicue dicta sequuntur, eos absoluto demum opere in suas quemque urbes discessisse. Ubi, si pars exercitus iam prius dimissa esset, nec *τῷ στρατῷ*, sed *τῷ καταλειφθέντι μέρει* scribendum erat, et si illam quoque (i. e. relictam) partem discessisse existimaremus, falsa oriretur sententia, quum eam ad muros tuendos relinquendam fuisse appareat. Sed verbis *τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες* deletis

*περιετείχιζον τὴν πόλιν κύκλῳ, διελόμενοι κατὰ πόλεις τὸ χωρίον· τάφρος δὲ ἐντός τε ἦν καὶ ἔξωθεν ἐξ ἧς ἐπλινθεύσαντο. καὶ ἐπειδὴ πᾶν ἐξείργαστο περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς, καταλι-*

maiorem exercitus partem existimabimus vel in finitimas Boeotiae urbes interea abiisse, quo facilius aleretur, vel alio in loco se tenuisse, ubi eos, qui ad Plataeas relicti erant, facile ab Atheniensium impetu, si quem facerent, defenderet.“ Popp. Quod autem Haack. oblocutus est, id ipsum: *partem reliquam in finitimas Boeotiae urbes abiisse,* significari verbis τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες, verbi ἀφέντες nullus alius sensus esse potest, quam abire iussos esse, domum dimissos. Quod autem dicit, aliud esse ἀφιέναι μέρος τι τοῦ στρατοπέδου, aliud διαλύεσθαι κατὰ πόλεις, non animadvertit, in sequentibus non solum haec legi: διελύθησαν κατὰ πόλεις, sed etiam haec: ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ. Quare si ἀφίεσθαι et ἀναχωρεῖν non potest aliud significare, quam *dimissum abire*, bis, tum ante tum post perfecta opera, abiisse cogitandi essent: id quod absurdum est. Denique μέν negat habere, quo referatur, sed sententiarum haec series est: μέρος μέν τι καταλιπόντες — περιετείχιζον τὴν πόλιν — καὶ ἐπειδή etc., ut inter se respondeant μὲν — καί. v. Herm. ad Vig. p. 841. Conf. 2, 65. τρία μὲν ἔτη — καὶ οὐ πρότερον etc. Et negat Popp., hac via explicandi opus esse, quum incisum enunciato μέρος μέν τι καταλιπόντες contrarium cogitatione supplendum sit eo modo, quo supra dictum est: *maiore vero parte in finitimis Boeotiae collocata* urbem munitione includebant.

περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς] Arcturus stella est summi splendoris in signo Bootae prope caudam ursae magnae. Ut a nobis in vita civili et communi tempus ex diebus festis et Sanctorum definiri solet; ita apud Graecos Italosque in usu erat, ex stellis quibusdam splendidioribus primum in coelo, dum e radiis solis emergunt, conspectis vel earundem occasu anni tempora definire. In his stellis praecipuae erant Arcturus, Pleiades, Orion et Canicula. v. Theophr. de Sign. Pluv. p. 416. Heins. Quum vero ortus et occasus stellarum significatio tam multiplex sit, utinam veteres discrimina quaedam (quorum nonnulla linguis ipsorum profecto significari poterant) vel observassent omnes, vel constituissent. Etenim omnis stella quotidie et oritur et occidit. Id quod Graeci dicunt ἀνατέλλειν et δύνειν, ἀνατολή et δύσις. Sed ille quotidianus tum ortus tum occasus paulatim solem magis magisque antecedere videtur, donec aliquamdiu per annum cum ortu occasuque solis plane competit, quo facto stella nobis non iam adspectabilis est. Paulo ante quam oculos nostros fugit, stella modo post ortum solis oritur, modo post occasum solis occidit. Iam istum stellae occasum, qui statim post solis occasum fit, et postremus nobis conspicuus est, Graeci κατ' ἐξοχήν appellant δύσιν, sive ut discernens nominat Geminus Elem. Astron. c. 11., κρύψιν. Post illud tempus stella solis radiis premitur, neque ad quadraginta dies conspicitur. Post istud temporis intervallum ortus eius paulo ante ortum solis fit, et rursus in conspectum venit, quem ortum primum oculis redditum Graeci, ut discernant, ἐπιτολήν et ἐπιτέλλειν dicunt, quae verba de sole quidem nunquam usurpantur. v. Gemin. l. c. Tandem post menses aliquot stella paulo ante solis occasum oritur; post hebdomadas aliquot paulo ante solis ortum occidit. Haec quoque momenta temporibus definiendis adhibent, quare suam cuiusque stellae ἐπιτολήν et ἑῴαν et ἑσπερίαν, saepe sine ullo additamento ἐπιτολήν esse dicebant, ut ex serie orationis apparere necesse sit, utra ἐπιτολή significetur; itemque suam cuiusque stellae δύσιν sive κρύψιν tum ἑῴαν tum ἑσπερίαν, quamquam haec verba rarius leguntur; saepissime ortibus utuntur quum aliarum

:ες φύλακας τοῦ ἡμίσεος τείχους, τὸ δὲ ἥμισυ Βοιωτοὶ ἐφύ-
ον, ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ καὶ διελύθησαν κατὰ πόλεις.
ταιῆς δὲ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς πρεσβυτάτους
:αὶ πλῆθος τὸ ἀχρεῖον τῶν ἀνθρώπων πρότερον ἐκκεκομι-

ἐφορμῶσιν αὐτούς, donec alia huius structurae exempla allata fuerint. Contra ἐφορμᾶν cum accusativo construi posse, affirmat Blum. Script. Schol. p. 21 sq., qui permulta verba cum praep. ἐπί composita non modo cum dativo, sed etiam cum accusativo interdum construi constare ait, et provocat ad Matth. p. 734 sq. adn. 1. Popp. 1, 1. p. 132. Schoem. Obss. p. 9., apud quos tamen nullum exemplum verbi ἐφορμᾶν cum accusativo est. Atque Schoem. quidem cum Bekkero praetulit scripturam αὐτούς, accusativum eo excusans, quod etiam ἐπιστρατεύειν τινά non semel a Thucydide dicatur, et alia similia addit. Quod ut recte fieri concedamus, alia quaestio est, utrum Thucydides promiscue formis ἐφορμᾶν et ἐφορμᾶσθαι utatur? Ἐφορμᾶν Thucydidi est *impellere ad aggressionem*, vel *cum impetu aliquo ruere*, ut 6, 57.; ἐφορμᾶσθαι *aggredi*, *impetum facere*. Quod si ita est, et scriptura ἐφορμῶσι certa (et quidem omnes paene libri eam servant), haec forma non aliter potest explicari, quam si derivetur ab ἐφορμεῖν, ut ἢν ἐφορμῶσιν sit: *si* (Athenienses) *obsideant* (Ioniae urbes); quod per rationem structurae loci huius perfacile fieri potest. V. *Quo referenda sint pronomina αὐτοῖς et σφίσι?* Αὐτοῖς per rationem linguae Graecae non potest alio referri, quam ad Athenienses; σφίσιν autem redit ad eos, qui loquuntur, ita tamen, ut etiam Spartani includi possint, adeoque ad Lesbios exules, Iones, Alcidam et Spartanos, quia hi omnes socii sunt et communi consilio agentes. Popp., iunctis verbis αὐτοῖς σφίσιν, interpretatur *sibi ipsis* i. e. Lacedaemoniis, exulibus Lesbiis et Ionibus, quod minus commode fiet, si (quod optimi libri iubent), σφίσι post δαπάνη ponas. At mihi persuasum, σφίσι prorsus delendum esse, ut glossam explicando verbo ἐφορμῶσιν adscriptam. VI. *Quid significet δαπάνη?* Verba δαπάνη μοι γίγνεται duplicem sensum admittunt, nam et hoc dicunt: *sumtus impendo*, et hoc: *suppeditat mihi sumtus — est mihi, quo sumtui sufficiam.* Hanc significationem comprobari dicunt loco Harpocrationis, quem tamen nemo dum indicavit, quamquam eam h. l. vocis significationem esse statuit etiam Schol., cuius haec interpretatio extat: ταύτην τὴν πρόςοδον τὴν ἀπὸ τῶν Ἰώνων ὑπάρχουσαν τοῖς Ἀθηναίοις ἐὰν ἀφέλωνται, καὶ χειρώσωνται αὐτοὶ τὴν Ἰωνίαν, μέλλουσιν ἔχειν καὶ τὰ ἀπὸ Ἰώνων ἀεὶ χρήματα καὶ τὴν ἐκεῖθεν Ἀθηναίων π α ρ α σ κ ε υ ή ν. Adde gloss. cod. Lugd. δαπάνη· ἡ πρόςοδος δή. Locus Thuc. 1, 83., quem Popp. et Did. afferunt, nihil comprobat, quia ibi non necessarium est cogitare Mittel zum Aufwande, sed sola notio der Aufwand sufficit. Quoties hunc locum relegi, in nulla re offendi, nisi in illo σφίσιν, quod locum ceterum non obscurum vel maxime obscurat et incertum reddit. Mihi σφίσι glossa videtur, adscripta ad explicandum ἐφορμῶσιν ab iis, qui hoc verbum pro participio haberent, ut intelligi scilicet posset, quinam obsiderentur. Unde simul intelligitur, quare libri in loco pronomini σφίσιν adsignando tantopere varient. Pari consilio in marg. D. adscriptum est al. man. οὐδενὶ σ φ ᾶ ς γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι. Hoc igitur pronomine deleto ita interpretor: οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι, καὶ τὴν πρόςοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι, καὶ ἅμα, ἢν ἐφορμῶσιν Athenienses, αὐτοῖς (ipsis Atheniensibus, non Ionibus, qui adhuc Atheniensibus tributa pendendo sumtus praebuissent), δαπάνη γίγνηται h. e. *nemine enim inter Iones invito Peloponnesios venisse, si et hos maximos reditus Atheniensium tollant, et simul, quum* Athenienses *se obsideant*, Atheniensibus *insuper ipsis sumtus faciendi sint.* De Pissuthne v. Krueg. ad Dionys. p. 352 sq.

32 ὑστερήκει, ὅτι τάχιστα τῇ Πελοποννήσῳ πάλιν προςμῖξαι. ἄρας δὲ ἐκ τοῦ Ἐμβάτου παρέπλει· καὶ προσχὼν Μυοννήσῳ τῇ Τηΐων τοὺς αἰχμαλώτους οὓς κατὰ πλοῦν εἰλήφει ἀπέσφαξε τοὺς πολλούς. καὶ ἐς τὴν Ἔφεσον καθορμισαμένου αὐτοῦ Σαμίων τῶν ἐξ Ἀναίων ἀφικόμενοι πρέσβεις ἔλεγον οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτόν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους οὔτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης ξυμμάχους· εἴ τε μὴ παύσεται, ὀλίγους μὲν αὐτὸν τῶν ἐχθρῶν ἐς φιλίαν προςάξεσθαι, πολὺ δὲ πλείους τῶν φίλων πολεμίους ἕξειν. καὶ ὁ μὲν ἐπείσθη τε καὶ Χίων ἄνδρας ὅσους εἶχεν ἔτι ἀφῆκε καὶ τῶν ἄλλων τινάς. ὁρῶντες γὰρ τὰς ναῦς οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔφευγον, ἀλλὰ προςεχώρουν μᾶλλον ὡς Ἀττικαῖς καὶ ἐλπίδα οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον μή ποτε Ἀθηναίων τῆς θαλάσσης κρατούντων ναῦς Πελοποννησίων ἐς Ἰωνίαν παραβα-
33 λεῖν. ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο· ὤφθη γὰρ ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας καὶ Παράλου ἔτι περὶ Κλάρον ὁρμῶν, αἱ δ' ἀπ' Ἀθηνῶν ἔτυχον πλέουσαι,

32. *τῶν ἐξ Ἀναίων*] exulum, qui Anaeis degebant, hostiles Samiis in urbe degentibus et rebus Atheniensium studentibus. v. Thuc. 4, 75.

33. *Σαλαμινίας — Παράλου*] His temporibus Atheniensibus duae quas sacras dicebant, triremes erant, Paralus, quam qui agebant Paralitae sive Parali dicebantur, et Salaminia sive Delia, etiam Theoris appellata, qua Salaminii vehebantur. Atque hac quidem ad theoros Delum mittendos, utraque quippe velociter navigantibus ad alias theorias emittendas, ferendos nuntios, tributa colligenda, homines pecuniasque traiiciendas, item in proeliis vehendis belli ducibus utebantur. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 184. 258. Suidas in v. *Σαλαμινία*, Phot. p. 282 sq. Herm. Lexic. Rhetor. pone Photium Porson. p. 587. Lips. Anecdd. Bekk. 1. p. 293. Suid. in *Πάραλος* et Scholl. ad Arist. Av. 147. 1204. Ran. 1103. Equ. 1071. Thuc. 3, 77. 6, 53. 61. 8, 73. 74.

*περὶ Κλάρον — ἐν τῇ Κλάρῳ*] Popp. ex coniectura edidit *Ἴκαρον — Ἰκάρῳ*. Tenendum est, *τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους*, quos dicit, non fuisse eos, qui in Paralo et Salaminia navigabant, sed Athenienses ipsos, qui in urbe erant, qui discernuntur a Salaminia et Paralo, quae navigationem Alcidae non in urbe, quemadmodum ipsi Athenienses, sed in cursu maritimo compererant. Sic habes *οἱ ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναῖοι* 3, 91., ubi Athenienses, qui in urbe fuerant, discernuntur ab Atheniensibus, qui mari ab Melo insula Oropum venerant. Verba autem *τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους λανθάνουσι, πρὶν δὴ τῇ Δήλῳ προςέσχον* non ita intelligenda sunt, ut aliqui Athenienses et ipsi navigantes Alcidam navigantem viderint vel compererint prope Delum, sed Athenienses in urbe putandi sunt non prius quidquam de navigatione Alcidae comperisse, quam Alcidas iam Delo appropinquaverat. Aliud est, comperisse hostem navigare versus Asiam, aliud ipsum vidisse hostem navigantem. Prius acciderat Atheniensibus, quum Alcidas iam circa Delum versaretur, alterum Paralo et Salaminiae accidit, quum Alcidas Myoneso navigans Clarum venisset. Si Paralus et Salaminia iam apud Delum et prius quam Alcidas in Embatum venerat, Alcidam vidissent, temporis spatium longius esset, quam ut Alcidas Clari demum vel Ephesi hostilem persecutionem timere coepisse recte dicere-

καὶ δεδιὼς τὴν δίωξιν ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους ὡς γῇ ἑκούσιος οὐ σχήσων ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ. τῷ δὲ Πάχητι καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἦλθε μὲν καὶ ἀπὸ τῆς Ἐρυθραίας ἀγγελία, ἀφικνεῖτο δὲ καὶ πανταχόθεν· ἀτειχίστου γὰρ οὔσης τῆς Ἰωνίας μέγα τὸ δέος ἐγένετο μὴ παραπλέοντες οἱ Πελοποννήσιοι, εἰ καὶ ὡς μὴ διενοοῦντο μένειν, πορθῶσιν ἅμα προςπίπτοντες τὰς πόλεις. αὐτάγγελοι δ' αὐτὸν ἰδοῦσαι ἐν τῇ Κλάρῳ ἥ τε Πάραλος καὶ

tur. Iure enim Haack. et Arn. animadverterunt, verba ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο significare, Alcidam fugam Epheso accelerasse, quod subiti aliquid nuper demum acciderat, quum prope ipsam urbem Ephesum esset, vel paulo prius, ex quo Claro solverat; nam si Alcidas iam Icari (id quod Popp. vult), scivisset, navigationem suam Atheniensibus non ignotam esse, nulla ratio inveniri potest, cur Ephesum deverteret, et periculum subiret, ne ab hostibus attingeretur, et non potius statim reverteretur viam relegens propter Icarum et Delum. Sic vero, quum prope Clarum demum se ab Salaminia et Paralo visum esse sensisset, per altum mare (διὰ τοῦ πελάγους) nullam terram sponte quidem tacturus, nisi Peloponnesum, Alcidas Epheso aufugit, Paches autem eum quaerit, non petens altum, sed Ioniae timens navigationem Ioniam versus et usque litus legens instituit, donec Patmum venit, ubi cursum inhibuit, comperto, non iam se Alcidam, utpote alio conversum, assequi posse. Ad haec accedit (ut Arn. monuit), quod, si Alcidas Icari Salaminiae et Paralo visus fuisset, prout hae sacrae triremes longe celerrimae Atticarum naves erant, futurum fuisset, ut Lesbum intra tam breve tempus ab Alcidae in Embato adventu assequerentur, ut Paches per sacras triremes eum adventum prius rescivisset, quam Erythraei eum certiorem faciebant. Postea etiam missis urbe Athenarum ipsa navibus Alcidas adurgebatur: v. cap. 69. init., ubi quod legitur verbum ἐπιδιωχθεῖσαι (i. e. *naves Alcidae praeterea navibus, quae ex ipsa Urbe missae erant, pressae*), id et ipsum declarat, τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους alios fuisse ab Atheniensibus, qui in sacris triremibus navigabant. Denique „si ulteriori argumento opus est, id extat in c. 30. Classis Peloponnesiorum usque Embati versabatur, quum Teutiaplus Alcidae consilium dedit aggrediendi Mytilenen πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι. Haec verba extra dubitationem ponunt, nec Deli, nec Icari, nec Myconi per Salaminios et Paralos classem Peloponnesiorum conspectam esse: alioqui illi Alcidae non permissuri fuissent Embati consilia agere, aut Myonesi captivos trucidare. Itaque Clari a Salaminiis conspectus, protinus Ephesum reliquit.“ Did.

ἀτειχίστου — τῆς Ἰωνίας] i. e. cum Iones in urbibus per nulla moenia communitis agerent, quia post defectionem a Persis, quam tam infeliciter susceperant, omnia oppida et templa sua combusserant. v. Herodot. 6, 32. et Dahlm. Forsch. 1. p. 108. adn. Mox pro Πάτμου vulgo legitur Λάτμου, quo nomine insula quum a nemine veterum memoretur, coniecturam Palmerii, quae codicibus Vind. Ar. firmatur, nuperrimi edd. secuti alterum dederunt. Schol., qui et ipse Latmum in suo libro invenerat, quaerit: μήποτε Πάτμου; Gr. Λάγμου. Paulo post Popp. negat, subiectum verbi ἐφαίνετο esse Alcidam, quia eius nulla fiat mentio neque in hoc, nec praec. capite. „Deinde, addit, si 6, 60. πολλοί τε καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι ἤδη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἦσαν, καὶ οὐκ ἐν παύλῃ ἐφαίνετο comparamus, ἐφαίνετο impersonaliter positum seu obscure subiectum τὰ πράγματα scriptoris animo obversari intelligimus.“ Popp.

ἡ Σαλαμινία ἔφρασαν. ὁ δὲ ὑπὸ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν· καὶ μέχρι μὲν Πάτμου τῆς νήσου ἐπεδίωξεν, ὡς δ' οὐκέτι ἐν καταλήψει ἐφαίνετο, ἐπανεχώρει. κέρδος δὲ ἐνόμισεν, ἐπειδὴ οὐ μετεώροις περιέτυχεν, ὅτι οὐδαμοῦ ἐγκαταληφθεῖσαι ἠναγκάσθησαν στρατόπεδόν ποιεῖσθαι καὶ φυλακὴν σφίσι καὶ ἐφόρμησιν
34 παρασχεῖν. παραπλέων δὲ πάλιν ἔσχε καὶ ἐς Νότιον τὸ Κολοφωνίων, οὗ κατῴκηντο Κολοφώνιοι τῆς ἄνω πόλεως ἑαλωκυίας ὑπὸ Ἰταμάνους καὶ τῶν βαρβάρων κατὰ στάσιν ἰδίᾳ ἐπαχθέντων· ἑάλω δὲ μάλιστα αὕτη ὅτε ἡ δευτέρα Πελοποννησίων ἐςβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐγίγνετο. ἐν οὖν τῷ Νοτίῳ οἱ καταφυγόντες καὶ κατοικήσαντες αὐτόθι αὖθις στασιάσαντες οἱ μὲν παρὰ Πισσούθνου ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ τῶν βαρβάρων ἐπαγόμενοι ἐν διατειχίσματι εἶχον καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄνω πόλεως Κολοφωνίων οἱ μηδίσαντες ξυνεςελθόντες ἐπολίτευον, οἱ δὲ ὑπεξελθόντες τούτους καὶ ὄντες φυγάδες τὸν Πάχητα ἐπάγονται. ὁ δὲ προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν τὸν ἐν τῷ διατειχίσματι

*ἠναγκάσθησαν — παρασχεῖν*] *ἠναγκάσθησαν* sc. Peloponnesii, et *σφίσι* redit ad Athenienses. Quum hostium naves in alto non assecutus esset, hoc Alcidas in lucro posuit, quod nusquam comprehensae neque castra munire coactae essent, nec sibi eas obsidendi navibusque custodiendi necessitatem imposuissent. Pro *παρασχεῖν* exspectes *παρέσχον*, sed est illa coeptae structurae continuatio, quae est etiam 1, 122. Pariterque casus, qui praecesserunt, retinentur, velut 1, 141. *τὰ δὲ τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων*, i. e. *καὶ τὰ ὑπάρχοντα*.

34. *Νότιον*] Hoc erat nomen oppidi maritimi, quod ad Colophonem, a mari aliquanto remotiorem, pertinebat, quasi Nisaea ad Megaram, Piraeus ad Athenas, etc., quare paulo post Colophon audit *ἡ ἄνω πόλις*. Mox vulgo legitur *κατὰ στάσιν ἰδίαν*, quae qualis seditio sit, quum nemo dicere possit, recepi coniecturam Kruegeri in Seebod. Arch. für Philol. etc. 3, 1. p. 535., qui confert Thuc. 3, 2. *ἰδίᾳ κατὰ στάσιν μηνυταὶ γίγνονται*. Mox *οἱ καταφυγόντες* sunt *qui eo confugerant et ibi domicilia posuerant*. De Arcadibus mercenariis v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 309 sq. Et *ἐν διατειχίσματι* est *in parte urbis, quae a reliqua muro separata erat*.

*ὁ δὲ προκαλεσάμενος*] i. e. *τοῦ δὲ Πάχητος προκαλεσαμένου ἐς λόγους Ἱππίαν, ὁ μὲν Ἱππίας ἐξῆλθεν — ὁ δὲ Πάχης ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ — εἶχεν*. Collocatio verborum talis est, ut non aliter posita exspectes, praeterquam quod initio sententiae pro nominativo genitivus participii desideratur. Quoniam vero in altero verborum finitorum *εἶχε* idem subiectum est, quod in participio (quod si fit, genitivus absolutus participii poni non solet), nominativo scriptor usus est, et non genitivo, quamquam interposito altero subiecto *ὁ μέν*, non ad participium spectante. Eadem structura repetitur 4, 80., praeiit quodammodo Hom. Il. *θ'*, 268 sqq. Ceterum „ita Adelbertum comitem Babebergae Hatto lusit apud Luitprand. 2, 3." Wass. et Dercyllidas Midiam Scepsis tyrannum ap. Polyaen. 2, 7. et Thibron *φρούραρχον* quendam in Asia ibidem 19. Bloomf. Deinde *ἄδεσμον φυλακὴν* dicunt Graeci, quae Latinis est *custodia libera*, ut post Lipsium ad Tacit. 6. Ann. 42. Duk. docuit. Atque *τῷ διατειχίσματι* supra dixit, quod mox *τῷ τειχίσματι*. Paulo post *κατὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους* intellige: „ex more, quo metro-

Ἀρκάδων ἄρχοντα ὥςτε ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ, ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν, ὁ δ' ἐκεῖνον μὲν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν, αὐτὸς δὲ προςβαλὼν τῷ τειχίσματι ἐξαπιναίως καὶ οὐ προςδεχομένων αἱρεῖ, τούς τε Ἀρκάδας καὶ τῶν βαρβάρων ὅσοι ἐνῆσαν διαφθείρει· καὶ τὸν Ἱππίαν ὕστερον ἐςαγαγὼν ὥςπερ ἐσπείσατο, ἐπειδὴ ἔνδον ἦν, ξυλλαμβάνει καὶ κατατοξεύει. Κολοφωνίοις δὲ Νότιον παραδίδωσι πλὴν τῶν μηδισάντων. καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι οἰκιστὰς πέμψαντες κατὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους κατῴκισαν τὸ Νότιον, ξυναγαγόντες πάντας ἐκ τῶν πόλεων εἴ πού τις ἦν Κολοφωνίων.

35 Ὁ δὲ Πάχης ἀφικόμενος ἐς τὴν Μυτιλήνην τήν τε Πύῤῥαν καὶ Ἔρεσσον παρεστήσατο, καὶ Σάλαιθον λαβὼν ἐν τῇ πόλει τὸν Λακεδαιμόνιον κεκρυμμένον ἀποπέμπει ἐς τὰς Ἀθήνας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Τενέδου Μυτιληναίων ἄνδρας ἅμα οὓς κατέθετο καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτῷ αἴτιος ἐδόκει εἶναι τῆς ἀποστάσεως· ἀποπέμπει δὲ καὶ τῆς στρατιᾶς τὸ πλέον. τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπομένων καθίστατο τὰ περὶ τὴν Μυτιλήνην καὶ τὴν ἄλλην Λέσβον ᾗ αὐτῷ ἐδόκει. 36 ἀφικομένων δὲ τῶν ἀνδρῶν καὶ τοῦ Σαλαίθου οἱ Ἀθηναῖοι τὸν μὲν Σάλαιθον εὐθὺς ἀπέκτειναν, ἔστιν ἃ παρεχόμενον τά τ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Πλαταιῶν, ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο, ἀπάξειν Πελοποννησίους· περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, καὶ ὑπὸ ὀργῆς ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μυτιληναίους ὅσοι ἡβῶσι, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι, ἐπικαλοῦντες

poles coloniis iura ac leges dabant." Duk. *secundum leges suas* „i. e. ita, ut necessitudinem ac religionum legumque communionem cum metropoli pro fundamento ac principio coloni haberent, a quo iura sua et officia repeterent." Heyn. Opuscc. Academ. Vol. 1. p. 317., qui ibidem exempla horum mutuorum officiorum ad suum quaeque caput relata exposuit.

36. ἔδοξεν αυτοῖς — ἐπικαλοῦντες] Constructio ad sensum facta. Nominativum posuit, quasi antea scripsisset ἐψήφιζον vel tale quid, quod in ἔδοξεν αὐτοῖς latet. Mox alii libri προςξυνεβάλετο, alii προςξυνεβάλλετο, alii προςενεβάλετο vel προςενελάβετο, alii προςξυνεβάλοντο, alii προξυνεβάλοντο, alius προςξυνελάβετο. Vulgo προςξυνελάβοντο. Loca, quae Arn. adfert ad explicandum verbum singulare, aliena sunt, nam 4, 26. 8, 9. verbum sequitur praedicatum et non subiectum, de qua structura non ita infrequenti v. Matth. §. 305. Idem p. 604. legens προςξυνεβάλετο schema Pindaricum hoc esse vult, quod Popp. a prosa oratione alienissimum esse contendit. Talia tamen Matth. ex Herodoto et Platone adfert. Ipse Popp. vulgatam προςξυνελάβοντο amplexus ita interpretatur: *quum reliquam defectionem iis crimini dantes, quod non imperio, sicut reliqui, pressi fuissent, tum non minimum adiuverunt eorum impetum Peloponnesiorum naves.* Idem tamen paulo post hanc rationem damnat, damnatam iterum probat, probatam iterum damnat. Ipse haec argumenta contra suam interpretationem suggessit, quibus alia addam: „*Adiuvandi* verbum (προςξυνελάβοντο), ait, hic minus aptum est, pro eoque *accendendi* sive *augendi* notio (προςξυνεβάλοντο) desideratur. Deinde, si ἐλάχιστον adverbialiter

τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν ὅτι οὐκ ἀρχόμενοι ὥςπερ οἱ ἄλλοι ἐποιήσαντο, καὶ προςξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες ἐς Ἰωνίαν ἐκείνοις βοηθοὶ τολμήσασαι πα-

accipiendum est, ἐλάχιστα flagitari videtur. Denique meliores libri omnes singularem praebent, isque difficilior est ad explicandum." His addo, libros illos non modo singularem dare, sed etiam singularem formae a verbo βάλλομαι, non λαμβάνομαι ductae, idque procul dubio recte, ut vel adiectivo ἐλάχιστον declaratur, quod non stare potest, nisi ab προςξυμβάλλεσθαι pendens. Atque mihi ne videtur quidem προςξυλλαμβάνεσθαι vim *adiuvandi* habere. Quid enim? Apud Thuc. 4, 47. in verbis ξυνελάβοντο δὲ τοῦ τοιούτου οὐχ ἥκιστα οἱ στρατηγοὶ recte Schol. verbum explicat per συμμετέσχον, isque omnibus locis verbi illius sensus est, ut 8, 26., qui sensus ubi non aptus esse reperitur, culpa librariorum est, ut qui scriberent ἐλάβοντο pro ἐβάλοντο, quo errore nihil frequentius. Idque factum est statim 6, 70., ubi ξυνεπιλαβέσθαι in ξυνεπιβαλέσθαι mutandum est. Arn. autem cum umbra pugnat, dum negans προςξυμβάλλεσθαι construi posse cum genitivo ὁρμῆς, recepit προςξυνελάβετο, non videns, verba τῆς ὁρμῆς pendere ab οὐκ ἐλάχιστον, hoc ἐλάχιστον autem ab προςξυνεβάλετο. Neque Thuc. 6, 70. aliter dixit ὥςτε τοῦτο ξυνεπιβαλέσθαι τοῦ φόβου, quam si scripsisset τι τοῦ φόβου, quemadmodum dicitur οἴνου, ὕδατος (des Weines, des Wassers), pro οἶνον, ὕδατός τι.

αἱ νῆες — τολμήσασαι] i. e. τὸ τὰς Πελοπ. ναῦς τολμῆσαι παρακινδυνεῦσαι, quod loquendi genus Tacito frequentissimum, nec apud Thucydidem inusitatum Popp. dicit, adire iubens Guenth. in ipsius et Wachsm. Athenaeo 2, 2. p. 285 sqq. et Bau. de Lect. Thuc. p. 29. Quo vides, quam singularis verbi προςξυνεβάλετο adiuvetur, ut structura tam ad sensum facta esse perhiberi possit, quam schema Pindaricum esse. Mox παρακινδυνεῦσαι idem est, quod κινδυνεύσασαι παραπλεῦσαι. Mox εὐθὺς in verbis εὐθὺς ἦν αὐτοῖς suspectum est Kruegero ad Dionys. p. 132. De formula μᾶλλον ἢ οὐ v. Matth. p. 851. d. Et τοὺς ἐν τέλει intellige prytanes vel decem στρατηγοὺς reipublicae. „Nam illi concionem vocabant in pace et in rebus ex ordine deliberandis; his ius erat convocandi populum in bello et propter res extra ordinem tractandas. v. Thuc. 2, 59. 4, 118. Schoem. De Comit. Ath. p. 61., qui ex oratione Niciae 6, 14. colligit, non licuisse prytanibus vel imperatoribus denuo populum in suffragium mittere super re, quae in priori concione iam decisa esset. Nec tamen mihi liquidum est, γραφὴν παρανόμων institui potuisse adversus prytanem propter concessam alteram de re iam transacta deliberationem. Oratio Cleonis multo violentior et minacior futura fuisset, si prytanes vel praetores legem violassent convocata iterum ad poenam Mytilenaeorum leniendam concione. Is potius videtur confundere velle ψηφίσματα et νόμους, et eandem invidiam conflare abrogantibus suffragium iam latum, quam incurrebant in Graecia derogantes de lege aliqua. De differentia νόμων sive legum totam civitatem tenentium et ψηφισμάτων sive populiscitorum in certis quibusdam causis perscriptorum v. Aristot. Polit. 4, 4." Arn. De formula γνώμας προθεῖναι v. Hemsterh. ad Lucian. Necyom. 19. Vol. 3. p. 361. Bip. Prytanes vel potius Proedri, qui h. l. sunt οἱ ἐν τέλει, quum sententias dicendi potestatem faciebant, dicebantur λόγον vel γνώμας προτιθέναι. Solenne autem in ea re praeconium erat: τίς ἀγορεύειν βούλεται; Vid. Schoem. de Comit. Ath. p. 104. Mox pro αὖθίς τινας malim cum Reiskio αὖθίς τινα, ut editum est 1, 37. 2, 37. init. De verbis ἀφ' ἑκάστων v. Matth. p. 921. vers. fin. Mox Cleonem Cic. Brut. c. 7. dicit *turbulentum quidem civem, sed tamen elo-*

ρακινδυνεῦσαι· οὐ γὰρ ἀπὸ βραχείας διανοίας ἐδόκουν τὴν ἀπόστασιν ποιήσασθαι. πέμπουσιν οὖν τριήρη ὡς Πάχητα ἄγγελον τῶν δεδογμένων κατὰ τάχος κελεύοντες διαχρήσασθαι Μυτιληναίους. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀναλογισμὸς ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. ὡς δ᾽ ᾔσθοντο τοῦτο τῶν Μυτιληναίων οἱ παρόντες πρέσβεις καὶ οἱ αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων ξυμπράσσοντες, παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὥςτε αὖθις γνώμας προθεῖναι· καὶ ἔπεισαν ῥᾷον, διότι καὶ ἐκείνοις ἔνδηλον ἦν βουλόμενον τὸ πλέον τῶν πολιτῶν αὖθίς τινας σφίσιν ἀποδοῦναι βουλεύσασθαι. καταστάσης δ᾽ εὐθὺς ἐκκλησίας ἄλλαι τε γνῶμαι ἀφ᾽ ἑκάστων ἐλέγοντο καὶ Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὅςπερ καὶ τὴν προτέραν ἐνενικήκει ὥςτε ἀποκτεῖναι, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα βιαιότατος τῶν πολιτῶν, τῷ τε δήμῳ παρὰ πολὺ ἐν τῷ τότε πιθανώτατος, παρελθὼν αὖθις ἔλεγε τοιάδε.

37 Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν, μάλιστα δ᾽ ἐν τῇ νῦν ὑμετέρᾳ περὶ Μυτιληναίων μεταμελείᾳ. διὰ γὰρ τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε, καὶ ὅ,τι ἂν ἢ λόγῳ πεισθέντες ὑπ᾽ αὐτῶν ἁμάρτητε ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε, οὐκ ἐπικινδύνως ἡγεῖσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι, οὐ σκοποῦντες

*quentem fuisse*, Thuc. h. l. βιαιότατον, Hermippus poeta ap. Plut. V. Pericl. 33. αἴθωνα i. e. *fervidum*, *ferocem*, *violentum* (non ἄπληστον, δημοβόρον, ut Coraes vult. Conf. Soph. Ai. 1087. Auct. Rhes. 122. Doederl. Lat. Synon. Vol. 3. q. 247 sq.). De Cleone demagoge eximia, sed non ad finem perducta commentatio extat Kortuemii in Doederl. Philol. Beitr. aus d. Schw. fasc. 1. p. 100. Digni etiam, qui conferantur Heyn. in Opuscc. Academ. Vol. 4. Delineat. libert. et Aequ. civilis in Athen. rep. ex Aristoph., (Germanice in Girtanneri Polit. Annal. a. 1794.) Mitf. H. Gr. Vol. 3. p. 215. vers. Germ., Ranck. Vit. Aristoph. p. CCCLXXXIV sqq. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 181 sqq. Herm. Antt. Gr. p. 320, 7. et Schol. Lucian. Timon. c. 30. Vol. 1. p. 100. Bip., ibique Interpp. p. 395. coll. Diod. 12, 55. De patre Cleonis, Cleaeneto, Popp. dubitat, num idem sit, qui ap. Arist. Equ. 577. nominatur; idem adnotavit, filium Cleonis non, ut plerumque, avi nomen habuisse, sed Cleomedontem vocari; v. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 344.

37. ἀδύνατον] Structura haec est: ἔγνων ὅτι ἀδύνατόν ἐστι δημοκρατίαν ἑτέρων ἄρχειν. At scriptor per notam attractionem δημοκρατίαν iunxit cum ἔγνων, ut sit ἔγνων δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν (αὐτὴν) ἑτέρων ἄρχειν.

διὰ — τὸ — ἀδεές] Schol. ἐπεὶ γὰρ ἀλλήλους οἱ πολῖται οὔτε φοβοῦνται οὔτε ἐπιβουλεύουσιν, οἴονται μηδὲ ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἐπιβουλεύεσθαι. Vid. 2, 37. Quod hic ἀδεές et ἀνεπιβούλευτον, id. 1, 68. init. dixerat τὸ πιστόν, et locus ille plane similis est. Mox τὸ αὐτό est τὸ ἀδεές.

οὐκ ἐπικινδύνως — μαλακίζεσθαι] i. e. καὶ οὐχ ἡγεῖσθε μαλακίζεσθαι (und bedenkt nicht, dass ein jeder Fehltritt, wozu ihr euch entweder durch Anderer Zureden, oder durch euer Mitleiden ver-

ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους, [οἳ] οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοὶ ἀκροῶνται ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰσχύι μᾶλλον ἢ

leiten lasset, eine Schwachheit sey), ἐπικινδύνως ἐς ὑμᾶς (die euch selbst zur grössten Gefahr gereicht), καὶ οὐκ ἐς τὴν των ξυμμάχων χάριν (ohne euch von den Bundsgenossen Dank zu verdienen). Negatio pertinet ad ἡγεῖσθε, non ad ἐπικινδύνως, et in particulis καὶ οὐκ antithesis est, quam verba Scholiastae optime explicant: καὶ οὐχ ἡγεῖσθε τοῦτο, ὅτι ἄν τε λόγῳ παραχθέντες ὑπ' αὐτῶν, ἄν τε οἰκτείραντες αὐτοὺς μαλακώτερον καὶ πρᾳότερον προςενεχθῆτε, οὐκ ἐκείνοις τι χαρίζεσθε, ἀλλ' αὐτοὶ κινδυνεύετε καταφρονούμενοι· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἴσασι χάριν ὑμῖν. Itaque καὶ οὐκ nusquam Thuc. scribit, ubi οὐδέ scribendum est, ut ne Latine quidem recte dicitur *nec*, ubi opus est particulis *et non*, quamquam scio aliter fecisse Tacitum, velut 1. Ann. 35. Si praesenti loco οὐδέ pro καὶ οὐ ponas, hic sensus erit: und bedenket weder, dass ein jeder Fehltritt — eine Schwachheit sey, die euch selbst zur grössten Gefahr gereicht, noch dass ihr euch von den Bundsgenossen Dank verdienet. At καὶ οὐκ unice huic loco aptam sententiam efficit, ut altera pars enunciationis probat, ubi hoc dicit, socios ita demum dicto audientes fore, si gravi saevoque imperio contineantur, non si leniter habeantur. De exosa Atheniensium dominatione v. Krueg. ad Dionys. p. 326. Et μαλακίζεσθαι idem est, quod μαλακίᾳ ἁμαρτάνειν sive ποιεῖν τι.

οἳ οὐκ ἐξ ὧν] Οἳ deest Aug. Cl. Ven. C. (in quo s. v. al. man. script.) F. Pal. It. Vat. cod. Bas. (in quo corrector καὶ ὡς ante οὐκ inseruit), Gr. D. E. m. Ar. Chr. Dan. Bar. Laur. Lugd. Parm. Ald. ed. Bas. Schol. In Cass. desiderantur omnia inter ἀρχομένους et ἀλλ' ἐξ, sed man. rec. in marg. scripta sunt. In eodem etiam ἀλλ' ab emendatore erat, abrasa priore scriptura. Unus ex Scholiastis legisse videtur ὅτι οὐκ ἐξ ὧν etc. Dicit enim, repetendum esse σκοποῦντες, cum hac explicatione: οὐδὲ ὅτι ἀκροῶνται ὑμῶν οὐ δι' ἅπερ χαρίζεσθε αὐτοῖς οὐδὲ δι' εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ φόβον. At Arn. adnotavit, aeque difficile esse intelligere, cur optimus quisque liber omiserit ὅτι, ac cur οἵ. Neque magis agnoscitur οἳ a Scholiasta, cuius haec verba extant: βλαπτόμενοι αὐτοί· ἀσαφὲς τὸ χωρίον, ὅτι ἀπὸ αἰτιακῆς εἰς εὐθεῖαν μετέβη ἡ ἀπόδοσις τῆς ἐννοίας, ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν· ὤφελε γὰρ βλαπτομένους καὶ ἀκροωμένους εἰπεῖν ὁ γράφων, ἀλλ' ὡς καινῶν συντάξεων εὑρετὴς καὶ τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος ἐπιστήμων τοῦτο οὐ πεποίηκεν. Imo ὤφελε γὰρ ἀκροωμένους εἰπεῖν, quia βλαπτόμενοι pertinet ad χαρίζησθε, cuius verbi subiectum sunt non socii, sed Athenienses. Deleto igitur relativo Popp. existimabat, oratione variata transitum a participio in verbum finitum factum esse, ut 1, 57. in verbis δεδιώς τε ἔπρασσεν et 4, 4. in verbis καὶ ξυνετίθεσαν. (v. Schaef. ad Dionys. de C. V. p. 31. 110. 145. 324.) At hi ipsi loci docent, copulam τε vel καί abesse non posse. Herm. pro οὐκ reponi volebat οὐδ', abiecto οἵ, aut servato οὐκ deleri verba ἀκροῶνται ὑμῶν, quae ex interpretatione oriri potuissent.

οὐκ ἐξ ὧν — ἀλλ' ἐξ ὧν] Verba ἐξ ὧν utrimque resolvenda per ἐξ ἐκείνων ἅ, neque enim abhorret ab usu Graecae linguae dicere: περιγίγνεσθαί τινός τι. Quare mihi non probatur ratio Lehneri in Actt. Philol. Monacc. Vol. 3. p. 33., qui alterum ἐξ ὧν dictum ait pro ἐξ ἐκείνων οἷς, ita ut ἰσχύι sit appositio, quod et regulis attractionis adversatur, neque ἰσχύι potest appositio esse. Mirum porro est, Popponem αὐτοί iungere cum ἀκροῶνται, dum existimat, αὐτοί quodammodo

τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περιγένησθε. πάντων δὲ δεινότατον εἰ βέβαιον ἡμῖν μηδὲν καθεστήξει ὧν ἂν δόξῃ πέρι, μηδὲ γνωσόμεθα ὅτι χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις, ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας, οἵ τε φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. οἱ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σοφώτεροι βούλονται φαίνεσθαι τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου τὰ πολλὰ σφάλλουσι τὰς πόλεις· οἱ δ' ἀπιστοῦντες τῇ ἐξ ἑαυτῶν ξυνέσει ἀμαθέστεροι μὲν τῶν νόμων ἀξιοῦσιν εἶναι, ἀδυνατώτεροι δὲ τοῦ καλῶς εἰπόντος μέμψασθαι λόγον, κριταὶ δὲ ὄντες ἀπὸ τοῦ ἴσου μᾶλλον ἢ ἀγωνισταὶ ὀρθοῦνται τὰ πλείω, ὡς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας

vice pronominis relativi fungi. Significat structurae genus, de quo Herm. ad Vig. p. 707, 28. agit. Sed αὐτοί nisi hic *ipsi* significet, plane ferri non potest, quum hoc pronomen tantum in casibus obliquis pronominibus nostris ihn, sie, es respondere in vulgus notum sit. Imo αὐτοί cum βλαπτόμενοι iungendum, et haec verba referenda sunt ad illa ἐπικινδύνως ἐς ὑμᾶς. Sensum Bau. bene reddidit: *audiunt vos secundum illa, propter illa, iis impulsi, quae cum vi imperatis, non ex iis, quae vos illis indulgeatis cum vestra ipsorum fraude, vestro ipsorum damno.* Deinde φαυλότεροι sunt *mediocres, simplices homines*, schlichte Leute, quibus modo memoratam ἀμαθίαν (Arglosigkeit) tribuit, sicut τοῖς ξυνετωτέροις adsignanda est ἡ δεξιότης. Sic rursus 3, 82. ex adverso positos ἀμαθεῖς et δεξίους legas. Timaeus: φαῦλον, ἁπλοῦν, ῥᾴδιον, εὐτελές, ubi v. Ruhnk. Iacobi: Menschen von geringerem Verstande. Vid. Eurip. Phoen. 498. Plut. V. Brut. 12. Buttm. ad Plat. Men. 33. p. 57. De verbis πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους v. Matth. p. 1182.

περιγίγνεσθαι] Dicit eos reprehendere, reiicere omne consilium, quod non ipsi attulerint, malentes nihil boni fieri, nisi ipsi fecerint vel suaserint. Apte Arn. confert dicta ab Tacito 1. Hist. 26. de C. Labeone: *Consilii quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus et adversus peritos pervicax.* Mox verba οὐκ ἂν δηλώσαντες etc. significant: *quasi non possent ostendere in aliis rebus gravioribus* v. Matth. p. 1197., „ubi tamen verba, quibus participium solutum est, non sunt Graeca." Popp.

τῇ ἐξ ἑαυτῶν ξυνέσει] Praepositionem ἐξ pauci libri om., at eam non spernendam esse probant inter alia loci, quos adfert Popp. 1, 1. p. 201.: Thuc. 2, 39. 7, 70. Conf. Matth. §. 380. adn. 4. Mox κριταὶ — ἀγωνισταί converte mehr unparteiische (ἀπὸ τοῦ ἴσου) Richter als Mitsprecher oder eifrige (leidenschaftliche, eigennützige) Verfechter. „Thuc. utitur allegoria ἐνεργεστάτῃ et ex Graecorum quidem sensu uberrima, cuius hic sensus est: sie kämpfen nicht mit, sondern entscheiden nur über den Sieg. Graecis erat usitatissimum, omne negotium paulo contentiosius ἀγῶνα appellare." Heilm. Arn. confert c. 42. ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα.

ὡς οὖν χρή] Ὡς olim perperam sine accentu scribebatur, sed vel sic contra vulgaria grammaticae praecepta (Buttm. Gr. §. 149. 1. ed. 13. Matth. Gr. min. §. 628. fin.) dictum est. Et Cass. in marg. γρ. ἐν τισιν ὃ χρή. Ita etiam Aug. et m. In Chr. ὡδ' οὖν χρή. Vid. ta-

*μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους παρὰ δόξαν τῷ* 38*ὑμετέρῳ πλήθει παραινεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ καὶ θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μυτιληναίων λέγειν καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων, ὅ ἐστι πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον· ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται, ἀμύνασθαι δὲ τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ὂν μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει· θαυμάζω δὲ καὶ ὅςτις ἔσται ὁ ἀντερῶν καὶ ἀξιώσων ἀποφαίνειν τὰς μὲν Μυτιληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας. καὶ δῆλον*

men Heind. ad Plat. Protag. §. 44., quamquam exempla, quae ibi leguntur, non plane similia sunt, quum aliud *ὡς* praecedat (sicut vicissim *τοῖος* ante *οἷος* servamus, *τόν* ante *ὅν* et similia). Itaque in *ὧδ'* propensiores sumus. Popp. At *ὡς* accentu carens, minore interpunctione antea posita, malim cum Fritzschio ad Lucian. p. 199., quem Popp. in Commentt. citat, addens, accentum imponere It., quam formam tueri Bornemannum ad Xen. M. S. 3, 1, 4. Mox *παρὰ δόξαν* Port. convertit *aliter quam sentimus*; Schol. *παρὰ τὸ δοκοῦν καὶ φαινόμενον, ἐξ οὗ παρὰ τὴν ἀλήθειαν*. Alii *adversus quam ipse populus scivit.* At „si haec sententia esset, non legeremus *παρὰ δόξαν*, sed *παρὰ τὸ δόξαν*. Et Diodotus in adversaria oratione idem videtur dicere verbis c. 42. *οὕτω γὰρ ἥκιστα ἂν παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι.*" Arn.

38. *πρὸς τῶν ἠδικηκότων*] v. Matth. p. 1178. Dein *ἀμύνασθαι* est pro *τὸ ἀμύνασθαι* v. ibidem §. 542. init. Verba *ὅτι ἐγγυτάτω* etc. Schaef. Appar. Demosth. Vol. 2. p. 37. convertit *poena ex continenti adiecta sceleri*, adde *eandem iram refert, quacum iniuria illata est, eoque optime vindictam tuetur.*

*τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφοράς*] Si iniuriae a Mytilenaeis illatae Atheniensibus damnosae sunt, sequitur, mala ex illis iniuriis nata sociis, qui hostes facti sunt, utilia fore. Nam ex mala re Atheniensium suam bonam quaerunt. Quid igitur opus sit, cum perpaucis libris *οὐ* intrudere: *οὐ τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας*? Haec scriptura apta foret, si consilium oratoris esset Mytilenaeos monere et dehortari. *Βλάβας* Atheniensibus per socios illatas ipse Cleon. c. 39. vers. fin. exponit. Mox pro *τὸ πάνυ δοκοῦν* exspectes *τὸ πάνυ δόξαν*. Verum Cleoni ita loqui licuit, quasi populus nondum sententiam mutaverit. *Τὸ δοκοῦν* est decretum de Mytilenaeis, quod pridie factum erat. Sensus verborum *ὡς οὐκ ἔγνωσται* est: *et patet, eloquentia fretum talem oratorem id quod aperte decretum est, contra nos demonstraturum esse, non decretum fuisse.* Et *ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων* est *ex his certaminibus sic comparatis.* „Articulus enim, de quo Matth. p. 265. 7. male agit, ante *τοιοῦτος* et *τοιόςδε* ibi addi potest, ubi aut certa res antea descripta designatur, aut universum genus antea descriptorum. Sed quum aut aliquis ex hoc genere indicatur, aut pronomen ad sequentia spectat, ut in locutione frequentissima *ἔδοξε τοιάδε*, articulus apponi nequit. In verbis 3, 38. *τοῖς τοιαῦτα λέγουσι*, ubi pariter ad antecedentia pronomen pertinet, articulum plerique libri expungi iusserunt. Saepe tamen, ubi, quoniam pronomen ad superiora spectat, addi poterat, negligitur. Ita semper in *τοιαῦτα εἶπον*, et apud substantiva abstracta saepe, ut 2, 18. 54., quamquam non semper." Popp. Mox *ἆθλα* Schol. exponit *κέρδη*. Conf. 3, 82. *ἆθλα ἐποιοῦντο*, ubi Schol. *ἔπαθλα, ἀντὶ τοῦ κέρδη*. Et *ἀγωνοθετοῦντες*. Schol. exponit *κρίναντες*. Etenim propter *ἆθλα*, quae praecesserunt, pro proprio

ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας τὸ πάνυ δοκοῦν ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἄν, ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας παράγειν πειράσεται. ἡ δὲ πόλις ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων τὰ μὲν ἆθλα ἑτέροις δίδωσιν, αὐτὴ δὲ τοὺς κινδύνους ἀναφέρει. αἴτιοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκο-

verbo posuit ἀγωνοθετεῖν, deliberationem significans non quasi rem serio transactam, sed apertum ostentandae eloquentiae ludum. Conf. finem cap. huius et 3, 67. ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα οὐ λόγων τοὺς ἀγῶνας προθήσοντες, ἀλλ' ἔργων i. e. οὐ κρίσιν ποιήσοντες λόγων ἀλλ' ἔργων.

θεαταὶ μὲν τῶν λόγων — ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων] Schol. ὥςπερ ἀκροαταὶ τῶν σοφιστικῶν λόγων ἡδονῆς γίγνονται κριταί, οὐ πραγμάτων, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς τοὺς λόγους σκοπεῖτε, οὐ τὰ πράγματα. Amat haec historicus exprobrare popularibus, neque uno modo eandem sententiam expressam protulit, ut 5, 113. ἀλλ' οὖν μόνοι γε ἀπὸ τούτων τῶν βουλευμάτων — τὰ μὲν μέλλοντα τῶν ὁρωμένων σαφέστερα κρίνετε, τὰ δὲ ἀφανῆ τῷ βούλεσθαι ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε. Nam ut Heliod. Aethiop. 8. p. 379, 14. Bourd. dicit, homines ex optato res sibi eventuras confingunt: ἃ γὰρ ἐπιθυμεῖ ψυχή, καὶ πιστεύειν φιλεῖ. Charit. 6, 5. p. 139, 20. φύσει γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὃ βούλεται τοῦτο καὶ οἴεται, ubi v. Dorv. Demosth. Ol. 3. p. 33. ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. Thuc. 4, 108. med. καὶ γὰρ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς (incolis urbium, qui ab Atheniensibus desciverant) ἐψευσμένοις μὲν (τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως) ἐπὶ τοσοῦτον, ὅση ὕστερον διεφάνη, τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες ἀσαφεῖ, ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προςίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. In eandem sententiam h. l. dicit: τὰ μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι et 3, 3. dixerat: μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι. Atqui, ait Isocr. de Pac. 8. p. 179., χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ μὲν ὧν ἴσασι μὴ βουλεύεσθαι (περίεργον γὰρ) ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐγνώκασι, περὶ ὧν δ' ἂν βουλεύωνται, μὴ νομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὅ, τι ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον, οὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν. Solent autem haec inter se contraria poni: ἀκοαὶ — λόγοι, λόγοι — ὄψεις, ἔργα — λόγοι, ut ab Athenagora ap. Thuc. 6, 40. καὶ εἴ τι μὴ αὐτῶν (rumorum, qui de Atheniensibus contra Syracusas navigantibus ferebantur) ἀληθές ἐστιν (ὥςπερ οὐκ οἴομαι), οὐ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα καὶ ἑλομένη ὑμᾶς ἄρχοντας αὐθαίρετον δουλείαν ἐπιβαλεῖται, αὐτὴ δ' ἐφ' ἑαυτῆς σκοποῦσα τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται, ἐκ δὲ τοῦ ἔργῳ φυλασσομένη μὴ ἐπιτρέπειν (τὴν στρατηγίαν) πειράσεται σώζειν. Similiter Athenienses increpat Solon 19. εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός· εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε. Et apud Aesch. Ag. 786. Dii coelites δίκας οὐκ ἀπὸ γλώσσης κλύουσιν, ubi v. Bloomf. Sententia ergo loci, quem tractamus, haec: *quod auditis ex oratoribus vestris, ut vobis persuadere conantur, ita vobis videtur esse*, oratio enim vobis pro facto est (θεαταὶ τῶν λόγων), *quod factum, ita factum fingitis, ut auditis et persuaderi vobis patimini* (ἀκροαταὶ τῶν ἔργων). Huc etiam pertinet locus Platonis de Rep.

πουῦντες ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθὲν ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων· καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν· δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων· καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύ-

6, 12. p. 498. D. Steph. τὸ μέντοι μὴ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις τοὺς πολλούς, θαῦμα οὐδέν. οὐ γὰρ πώποτε ἴδον γενόμενον τὸ νῦν λεγόμενον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοιαῦτ' ἄττα ῥήματα ἐξεπίτηδες ἀλλήλοις ὡμοιουμένα, *non mirum* (dicere videtur) *multitudinem dictis meis fidem abrogare, quippe quae tantum ea, quae sub oculos cadunt, credat, speciem vero viri nunquam ob oculos habuerit, qualem nobis fingimus* i. e. virtute et sapientia, qui cogitari potest praestantissimum. Re igitur id, quod dico, nunquam experti sunt; multo magis talia dicta audiverunt (et dicta pro visis acceperunt: ἴδον) de industria inter se assimilata, orationes alteram ex altera imitando expressas, quippe omnes ex theatris rhetorum profectas. Ubi Schol. p. 409. Bekk. πικρὸν τὸ λέγειν, ait, ὅτι ἔργῳ μὲν τὰ νῦν λεγόμενα καλῶς οὐκ εἶπον (leg. εἶδον). καὶ γὰρ ὁ Θουκυδίδης, ἐπιπλήττων τοὺς Ἀθηναίους, λέγει ὅτι „ὑμεῖς θεαταὶ μὲν ἐστε τῶν λόγων, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων.“ Mox τὰ πεπραγμένα pendent a σκοποῦντες. Ac quum iam contrariorum positio, quae fieri solet, insit in verbis ὄψει et ἀκουσθέν, ac quum optimi libri δρασθέν pro θεαθέν habeant, melius fuit δρασθέν exhiberi. Structura haec videtur esse: οὐ τὸ δρασθὲν ὄψει λαβόντες, ὃ πιστότερον ἦν, ἢ τὸ ἀκουσθὲν λαβεῖν ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων, et λαμβάνειν est deuten, etwas so oder so nehmen. Vid. 4, 17. 106.

δοῦλοι — ἀτόπων] i. e. ihr versteht es trefflich, euch von den durch ihre Neuheit auffallenden Reden täuschen zu lassen, und bewährt gefundenen Vorschlägen nicht folgen zu wollen. Ihr seid beständig Sclaven von dem Ausserordentlichen und Abenteuerlichen, und alles Gewöhnliche ist euch verächtlich. Aptissime Bloomf. contulit Arist. Equ. 1115. ὦ δῆμε etc.

καὶ μάλιστα μὲν — ἀποβησόμενα] Repetendum ὑμεῖς αἴτιοι, ut sit καὶ μάλιστα μὲν ὑμεῖς αἴτιοι αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι. Porro verba μὴ δοκεῖν pendent ex βουλόμενος ἕκαστος sive βουλόμενοι. Participium ἀνταγωνιζόμενοι resolvendum in τῷ ἀνταγωνίζεσθαι. Vocabulum τοιαῦτα ita intelligo: *talia dicentes, qualia dicendi periti*, ut sensus non alius sit, quam si scripsisset τοῖς εὖ λέγουσι. Adverbium ὀξέως plerique omnes interpretantur scharfsinnig, velut Garv. Bred. Popp., quia δεξιότητος, γνώμης, ξυνέσεως laudem omnes studiosissime affectasse ex superiori capite cognitum sit. At hoc studium iam verbis καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς — δοκεῖν τῇ γνώμῃ expressum est. Nec Thuc. ὀξέως alio sensu habet, quam *celeriter*, ut 1, 70. 2, 11. 89. 4, 34., ubi contrarie ponitur βραδυτέρους, 5, 64. 6, 9. 10. 8, 96.; *acriter*, hitzig, ut 4, 126. 6, 11. extr. 12. extr., leidenschaftlich 3, 82.; *studiose*, eifrig, ut 2, 8., ubi contrarie ponitur τὸ ἀμβλύ, *lentum*, 6, 34. Verbis ὀξέως τι etc. aliud quid incipit; qui enim ἀνταγωνίζεσθαι dicantur, qui προεπαινέσαι dicuntur? Imo ὁ ὀξέως τι λέγων hic contrarie ponitur τῷ εὖ λέγοντι. Itaque vox in malam partem accipienda est, significans, opinor, *temerarie* (unbesonnen). Malum certe sensum vocis esse probant etiam verba: καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα, quippe mala negat tales homines praevidere extitura ex iis, quae alium temerarie dicentem laudaverant. Sunt etiam, qui ὀξέως iungentes cum προεπαινέσαι interpretentur:

*νασθαι, εἰ δὲ μή, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τοιαῦτα λέγουσι μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, ὀξέως δέ τι λέγοντος προεπαινέσαι καὶ προαισθέσθαι τε πρόθυμοι εἶναι τὰ λεγόμενα καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα· ζητοῦντές τε*

*sed ut videantur propere prius idem comprobasse.* Quos satis refellit Popp.: „Nam primum collocatio verborum, ut ὀξέως ad λέγοντος referatur, magis suadet. Deinde si hoc adverbium ad προεπαινέσαι pertineat, et propter προ quodammodo redundat, et pro τὶ λέγοντος potius λέγοντος (τινός) τι desideres." Infinitivi ἀκολουθῆσαι et προεπαινέσαι pendent ab δοκεῖν. Hoc dicit: *omnes cupere aut non videri secuti esse sententiam bene loquentium, aut ubi quis temeraria, at novitate* (καινότητι) *auditores ducentia loquitur, iam prius idem suasisse et calculo suo comprobasse.* Hic ergo verborum ordo est: καὶ (αἴτιοι ὑμεῖς) μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μή, τῷ ἀνταγωνίζεσθαι τοῖς εὖ λέγουσι (βουλόμενοι) μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, προεπαινέσαι δὲ ὀξέως τι λέγοντος.

καὶ προαισθέσθαι τε πρόθυμοι] i. e. καὶ πρόθυμοι (ὄντες) προαισθέσθαι τε εἶναι τὰ λεγόμενα καὶ βραδεῖς (ὄντες) προνοῆσαι. Ubi *εἶναι* pendet a προαισθέσθαι et significat: es sey wirklich so, was gesagt wird, sive ut totum dicam: und weil ihr gleich bei der Hand seid mit der Versicherung, es sei schon früher eure Meinung gewesen, es müsse so mit der Sache stehen, wie der Redner sage. Quod proprie ita dicendum erat: πρόθυμοι λέγειν vel δοκεῖν προαισθέσθαι. Neque vero praegnans haec vis, ut notio *videndi, dicendi* tacite intelligatur, rara est aut apud Graecos, aut Latinos, ut apud Soph. Antig. 402. αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε, πάντ' ἐπίστασο, *iam dic te omnia scire.* Eadem brevitate poeta v. 1065. τελῶν dixit pro τελεῖσθαι λέξων i. e. ὀψόμενος. Sic Tacit. 16. Ann. 16. habet *ne oderim* hoc sensu: *ne odisse dicar* sive *videar.* Alia plura exempla dabunt Doederl. in Nieb. Mus. Rhenan. 2, 2. p. 255. et Ern. ad Tacit. 4. Ann. 52. Hoc praeterea tenendum, qui infinitivi ex βουλόμενοι pendent, eos infinitivos praesentis esse, quique rursus ex his praesentibus, eos aoristi infinitivos: βουλόμενοι — δύνασθαι — δοκεῖν (ἀκολουθῆσαι — προεπαινέσαι). Itidemque qui infinitivi ex (ὄντες) πρόθυμοι — βραδεῖς pendent, ii sunt aoristi: προαισθέσθαι — προνοῆσαι, und daran seid ihr Schuld, denn vor allen Dingen will jeder selbst reden können, wo aber nicht, den Beredten widersprechen, damit er nicht so hintennach bloss beizutreten scheine der aufgestellten Meinung, aber wo einer etwas durch seine Unbesonnenheit Auffallendes sagt, es schon früher vor dem Redner gerathen zu haben, und ihr seid gleich bei der Hand, voraus bemerkt haben zu wollen, dass es mit dem von solchen Rednern Gesagten sich wirklich so verhalte, aber langsam in der Berechnung der Folgen. Nec tamen inficiandum, τε, quod est post προαισθέσθαι, melius abesse, nisi quis post καί repetat ὑμεῖς αἴτιοι, ita: καὶ ὑμεῖς αἴτιοι, προαισθέσθαι τε πρόθυμοι — καὶ προνοῆσαι βραδεῖς. Melius tamen oratio sic procederet: ὑμεῖς αἴτιοι καὶ πρόθυμοι ὄντες προαισθέσθαι — καὶ βραδεῖς προνοῆσαι etc. Atque haec nimis arte per sensum iuncta sunt cum verbis ὀξέως δέ τι — προεπαινέσαι, quam ut interpositis verbis ὑμεῖς αἴτιοι divellere liceat. Quare legendum puto προαισθέσθαι γε, w e n i g s t e n s vorhergesehen zu haben (wenn auch nicht zuerst ausgesprochen). Tota series structurae haec est: αἴτιοι δ' ὑμεῖς — ἀγωνοθετοῦντες — καὶ — ἄριστοι — καὶ ἕκαστος βουλόμενος — καὶ πρόθυμοι — καὶ βραδεῖς — ζητοῦντές τε — φρονοῦντες δέ — ἁπλῶς τε — ἡσσώμενοι καὶ — ἐοικότες.

ἄλλο τι, ὡς εἰπεῖν, ἢ ἐν οἷς ζῶμεν, φρονοῦντες δὲ οὐδὲ περὶ τῶν παρόντων ἱκανῶς· ἁπλῶς τε ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι καὶ σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες καθημένοις μᾶλλον ἢ περὶ πόλεως
39 βουλευομένοις. ὧν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς ἀποφαίνω Μυτιληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἠδικηκότας ὑμᾶς. ἐγὼ γάρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, ξυγγνώμην ἔχω· νῆσον δὲ οἵτινες ἔχοντες μετὰ τειχῶν καὶ κατὰ θάλασσαν μόνον φοβούμενοι τοὺς ἡμετέρους πολεμίους, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ τριήρων παρασκευῇ οὐκ ἄφρακτοι ἦσαν πρὸς αὐτούς, αὐτόνομοί τε οἰκοῦντες καὶ τιμώμενοι ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ ἡμῶν τοιαῦτα εἰργάσαντο, τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, ἀπόστασις μέν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν, ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι; καίτοι δεινότερόν ἐστιν ἢ εἰ καθ' αὑτοὺς δύναμιν κτώμενοι ἀντεπολέμησαν. παράδειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ ἐγένοντο ὅσοι ἀποστάντες ἤδη ἡμῶν ἐχειρώθησαν, οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά· γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως, πό-

*ἄλλο τι — ἢ ἐν οἷς*] Notanda synesis pro ἢ ἐκεῖνο ἐν ᾧ Gottl. v. Matth. §. 437. adn. 3.

*ἀκοῆς ἡδονῇ*] Schol. *ἀκοῆς ῥητορικῶν λόγων καινότερα καὶ παράδοξα ὑμῖν εἰσηγουμένων. σοφιστὰς δὲ λέγει οὐ τοὺς σοφιζομένους τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγομένους, τοὺς διδασκάλους τῶν ῥητορικῶν προβλημάτων· θεατὰς δὲ αὐτοὺς τοὺς μαθητὰς καὶ ἀκροατάς· ἡδονῇ δὲ ἀντὶ τοῦ κολακείᾳ.* Vid. quos Duk. citavit Scalig. 4. Animadv. in locos Controv. Tit. 5. et Cresoll. Theatr. Rh. 1, 1.

39. *μίαν πόλιν*] *Εἷς* h. l. non auget vim superlativi (de quo usu v. Zumpt. Gr. Lat. §. 84. B. 9. p. 481. ed. 4. et Matth. p. 859.), sed sensus hic est: das meiste Unrecht hat uns für Eine Stadt Mytilene zugefügt. De verbis *πασχόντων ἐστίν* v. Matth. p. 622. init.

*τῆς βουλήσεως*] Schol. *ἐβούλοντο γὰρ οὐ μόνον ἀποστῆναι ἡμῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ καθελεῖν τὴν δύναμιν τῆς πόλεως, διὰ τὸ λοιπὸν ἀδεῶς ζῆν.* Mox *ἢ παρὰ δόξαν* intellige, quasi scriptum sit *ἢ τὰ παρὰ δόξαν τυχόντα.* Et verba *εἴωθε — τρέπειν* posita sunt pro *εἴωθε δὲ ἡ εὐπραξία ἐκείνας τὰς πόλεις ἐς ὕβριν τρέπειν, αἷς ἂν μάλιστα ἀπροσδόκητος ἔλθῃ.* Schol. *εἴωθε δὲ πρὸς ὕβριν τρέπειν ἡ εὐπραξία τῶν πόλεων ἐκείνας, αἷς ἂν αὐτὴ ἐξαίφνης ἐγγένηται καὶ ἀπροσδόκητος.* Philisti imitationem huius loci indicavit Clemens Al. Stromat. p. 618. D. (p. 738. Oxon.) v. ad Fragmm. Philist. p. 172 sq. Mox verba *μηδὲν διαφέροντας* Schol. ita explicat: *ἔδει τοὺς Μυτιληναίους οὕτω τιμᾶσθαι ὑφ' ἡμῶν, ὡς οὐδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων.* Aliquot libri *διαφερόντως*, adiectivum tuentur Heind. ad Plat. Phaedr. p. 322. Huschk. ad Tibull. 1. El. 7, 52. De verbo *ὑπερφρονεῖν* cum accus. v. Matth. p. 696. adn. 2. Deinde verba *ἡμῖν γε ὁμοίως* significant *nostra quidem ratione uno omnes modo*, qui etiamsi postea inter se discordes facti sunt, non sunt nostra causa facti, sed frumenti causa. v. cap. 27. Verba *οἷς γ' ἐξῆν* etc. intellige: *quum iis, si qui ab altera factione* (optimatibus) *pressi ad nostrum auxilium conversi essent, nunc liceret iterum My-*

λεμὸν ἤραντο, ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου προθεῖναι· ἐν ᾧ γὰρ ᾠήθησαν περιέσεσθαι, ἐπέθεντο ἡμῖν οὐκ ἀδικούμενοι. εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν· τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν· καὶ κακοπραγίαν, ὡς εἰπεῖν, ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται. χρῆν δὲ Μυτιληναίους καὶ πάλαι μηδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι, καὶ οὐκ ἂν ἐς τόδε ἐξύβρισαν· πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν ἀξίως τῆς ἀδικίας, καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰτία προστεθῇ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσητε. πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς τρεπομένοις νῦν πάλιν ἐν τῇ πόλει εἶναι. ἀλλὰ τὸν μετὰ τῶν ὀλίγων κίνδυνον ἡγησάμενοι βεβαιότερον ξυναπέστησαν. τῶν τε ξυμμάχων, σκέψασθε, εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἑκοῦσιν ἀποστᾶσι τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε, τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι, ὅταν ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον; ἡμῖν δὲ πρὸς ἑκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. καὶ τυχόντες μὲν πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε, σφαλέντες δὲ πολεμίους πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἕξομεν· καὶ ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν. οὔκουν δεῖ προςθεῖναι ἐλπίδα 40

*tilenae esse*, *per nos restitutis.* Etenim Mytilenaeos e plebe mox dicit *μετὰ τῶν ὀλίγων* periculum commune subire maluisse. Mox de verbis *τίνα — ὅντινα* v. Matth. p. 906. Oratio sic procedit: *τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε — ἕκαστον βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι.* Pro *ἕκαστον* id posuit, quod ad sensum idem est: *τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ*, pro oratione directa interrogationem.

40. *προςθεῖναι ἐλπίδα*] Duo libri Cass. Pal. *προθεῖναι*, Vall. *proponere*; ceteri *προςθεῖναι*, quorum illud est *offerre spem*; hoc, si Graece dicitur, *addere spem*. Illud recte dicitur, si orator in universum de sociis loquitur; hoc, si seorsum de Mytilenaeis. Atqui scriptor de Mytilenaeis; itaque vulgata *προςθεῖναι* servanda videtur. Mox *πιστήν* idem est, quod *πισύνην*, *fretam*, weder auf Ueberredung vertrauend, noch durch Bestechung erkauft. His repetit, quae supr. c. 38. dixerat: *καὶ δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας* etc. Mox post *ξυγγνώμην* non est opus supplere *τοῦ ἁμαρτεῖν* (coll. Matth. §. 542. adn. 1. b), neque mihi *ἁμαρτεῖν* videtur appositio accusativi *ξυγγνώμην*. Imo sensus hic esse videtur: sie werden nicht von uns anerkannt erhalten, dass sie auf menschliche Weise gefehlt haben. Nam *ξυγγνώμη* eo sensu accipiendum, quem illustravi ad 2, 74., ut sit das Mitwissen et proinde das Anerkenntniss: *non ignoscemus eis*, *quod conscii eis sumus*, *eos per humanam imbecillitatem peccasse.* Idem quod *ξυγγνώμονα εἶναι* est *συγγινώσκειν*, quare Herodot. 1, 89. eadem structura usus scripsit: *συγγνόντες ποιέειν σε δίκαια*, *conscii tibi*, *te iuste agere.* Paulo post *ξύγγνωμον* est *ξυγγνώμης ἄξιον*, et post *καὶ τότε* supple *διεμαχεσάμην μὴ δεῖν ξυγγνώμην λαβεῖν τοὺς Μυτιληναίους.* De *μὴ μεταγνῶ-*

οὔτε λόγῳ πιστὴν οὔτε χρήμασιν ὠνητήν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ μεταγνῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα, μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ καὶ ἡδονῇ λόγων καὶ ἐπιεικείᾳ, ἁμαρτάνειν. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντοικτιοῦντας ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας αἰεὶ πολεμίους· οἵ τε τέρποντες λόγῳ ῥήτορες ἕξουσι καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡ μὲν πόλις βραχέα ἡσθεῖσα μεγάλα ζημιώσεται, αὐτοὶ δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται· καὶ ἡ ἐπιείκεια πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι μᾶλλον δίδοται ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους τε καὶ οὐδὲν ἧσσον πολεμίους ὑπολειπομένους. ἕν δὲ ξυνελὼν λέγω, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ τά τε δίκαια ἐς Μυτιληναίους

ναι v. Matth. p. 1307. n. 1. ab init. Arn. recte ita intelligit: *μὴ μεταγνόντας λύειν*. Possis etiam ita resolvere: *μὴ μεταγνῶναι καὶ γνῶναι μὴ δεδόχθαι*. Paulo post scriptor *ἔλεος* ponit pro praegresso *οἶκτος*. Haec vocabula ita differunt: *οἶκτος* vel potius *οἰκτισμός* est *miseratio*, Bedauern, Mitleid äussern; *ἔλεος* est *miseritudo* s. *misericordia*, Mitleid fühlen. Miserationi ex adverso ponitur *felicem praedicare*; misericordiae *invidia*. Doederl. Lat. Synon. Vol. 2. p. 171 sq. Et *ἐπιείκειαν* dixerim *clementiam* esse. Deinde *πρὸς τοὺς ὁμοίους* est gegen Leute von gleicher Gesinnung, quod statim ipse explicat verbis *καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντοικτιοῦντας* etc.

*ἐξ ἀνάγκης*] sc. qui ut in gratiam redeant, fieri non iam potest. Mox *βραχέα* adiectivum est pro adverbio. v. Matth. §. 446. Et *τὸ παθεῖν εὖ* intellige *χρήματα*, largitionem pecuniae, *κέρδη*. Pro *πρὸς τοὺς ὁμοίους* etc. Thiersch. scribi vult *πρὸς τοὺς ὁμοίως τε καὶ οὐδὲν ἧσσον πολεμίους ὑπολειπομένους*. Sed vulgaris scriptura sic explicari potest: *οἱ ὅμοιοι πολέμιοι* hostes sunt, qui in odio sibi constant, et licet clementer habiti, tamen (*οὐδὲν ἧσσον*) hostilem animum servant. Recte igitur Arn. *ὁμοίους* explicat per such as they were before. Eadem significatio obtinet 2, 80. et Schol. *τοὺς ὁμοίους, τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ διαθέσει ὄντας, οἷοί περ ἦσαν πρότερον*. Et *τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε* converte: *ab his nullam gratiam inibitis*, et *δικαιώσεσθε* de *vobismet ipsis iudicium feretis iniquum*, tyrannos vos professi. Nam si Mytilenaei impune defecerunt, iure defectio facta esse existimabitur, vosque non iure imperare. Schol. *δικαίως καθ' ὑμῶν ἀποδείξετε, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε*. „*Δικαιώσετε* corrigendum monuit Elmsl. ad Eurip. Med. p. 97. Ac sane Attici, etsi in nonnullis fluctuant inter utramque formam, hanc tamen, nisi fallor, legem sibi sanxerunt, ut quae futura media significatione passiva usu essent frequentata, ea ut activa; quae autem activa, ea ut passiva ne dicerent. Cui legi non nescio equidem contraria reperiri, sed quae pleraque manifesto sint vitiosa." DIND. At *δικαιώσεσθε* Buttm. Gr. max. 2, 1. p. 53. adn. negat passivo sensu tam frequenter usitatum esse, ut aures non facile acceperint, prout series orationis accipi iuberet. Popponi medium hic, quod eius vis iam in addito pronomine *ὑμᾶς* inest, pro activo positum videtur, ut 1, 73. *ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι*. Nisi in verbo *δικαιώσεσθε* (ut in simili *κολάζειν*) futurum medii vim activi habere putamus. Deinde ad *οὐ χρεὼν* supple *ἄρχειν*.

καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε, ἄλλως δὲ γνόντες τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε. εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προςῆκον ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν, παρὰ τὸ εἰκός τοι καὶ τούςδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι, ἢ παύεσθαι τῆς ἀρχῆς καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι. τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι καὶ μὴ ἀναλγητότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῆναι, ἐνθυμηθέντες ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαντας ὑμῶν ἄλλως τε καὶ προϋπάρξαντας ἀδικίας. μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρ-

εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προςῆκον] Schol. εἰ μὲν ἀδίκως ἀπέστησαν οἱ Μυτιληναῖοι, κολασθήτωσαν· εἰ δὲ δικαίως, δῆλον ὅτι ὑμεῖς ἀδίκως ἄρχετε· ᾧ ἕπεται, ὅτι τυραννεῖτε. καὶ κατὰ τοῦτο οὖν πάλιν κολασθήσονται, ὅτι τυράννους ὑμᾶς ἐλογίσαντο, ὁ δὲ τύραννος ἀποτόμως αὐτὰ ἅπερ ποιεῖ εἴωθε ποιεῖν. κατ' ἄμφω οὖν ὀφείλουσι κολασθῆναι, εἴτε ἐννόμως ἄρχομεν εἴτε τυραννοῦμεν. Aut ex iure, ait, eos ulciscemur, aut ex utilitate, et prius quidem locum habebit, si Mytilenaei non iure defecerunt; alterum autem, si iure defecerunt a nobis ut tyrannis. Tum igitur utilitatis prior ratio sit a nobis observanda. Mox τοῦτο δρᾶν est τὸ ἄρχειν βιαίως. Et καὶ τούςδε sc. ut alios sociorum vestrorum, qui defecerunt. Dein ξυμφόρως est τοῦ ξυμφέροντος ἕνεκα ἐν τῇ ἀρχῇ.

ἀνδραγαθίζεσθαι] Schol. ἐὰν δὲ μὴ θέλητε κολάζειν, χρὴ παύεσθαι ὑμᾶς τῆς ἀρχῆς καὶ ἀσκεῖν ἀνδραγαθίαν ἀκίνδυνον, so müsst ihr auch diese gegen Gebühr, wie es euer Bestes erfordert, zur Strafe ziehen oder euch der Herrschaft begeben und die Ehrlichen spielend in einer gefahrlosen Stille leben. Et τῇ αὐτῇ ζημίᾳ etc. Schol. interpretatur: τῇ αὐτῇ ζημίᾳ σπουδάσατε ἀμύνασθαι τοὺς Μυτιληναίους, ᾗ ἂν ἐτιμωρήσαντο καὶ αὐτοὶ ὑμᾶς, περιγενόμενοι ὑμῶν. Idem ad μὴ ἀναλγητότεροι adnotavit: τοῦτό φησιν, ὅτι, ἐπεὶ ἤλγουν οἱ Μυτιληναῖοι ὑφ' ὑμῶν τῶν Ἀθηναίων κρατούμενοι, δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀλγῆσαι ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀποστάσει i. e. *ne minori dolore* (nicht weniger empfindlich), *ne minus moleste ferte eorum defectionem, quam ipsi vestrum imperium tulerunt.* Paulo post οἱ διαφεύγοντες est substantivi instar, ut διαβάλλοντες 3, 4.

οἱ μὴ ξὺν προφάσει] Schol. οἱ ἀδικοῦντές τινα χωρὶς αἰτίας, τουτέστιν ἄνευ τοῦ προηδικῆσθαι. Deinde ἐπεξέρχονται frequens est de ultione verbum. Paulo post verbum διόλλυνται mihi videtur non habere activam vim, sed iungendum esse cum ὑφορώμενοι hoc sensu: sie können es nicht ertragen, Gefahr von dem verschont gebliebenen Feinde fürchten zu müssen. Ita Herm. explicat. Contra ea Doederl. Lectt. Hom. Spec. 3. p. 11 sq. exempla affert verbi ὄλλυσθαι activum sensum habentis Hom. Il. 9, 230. Thuc. 6, 12. τοὺς φίλους ξυναπολέσθαι (ubi tamen Popp. scripsit ξυναπολέσαι), Lys. Bon. Aristoph. §. 55. Quod ut concedamus, tamen praesenti loco διόλλυνται videtur nimis absolute positum, quippe nullo casu adiecto, quam ut activo sensu positum esse hic quidem credamus. Quod autem Doederl. addit: „Fac διόλλυσθαι usurpari de intolerantia metus vel odii, fac etiam Thucydidis dictioni congruere; at de victore hoste agitur ultimam vindictam sumturo, quem quis usquam gentium διόλλυσθαι dicet, dum licet ulcisci?" Imo quis est, qui de vero interitu cogitet? non magis, quam si quis dicat: er glaubt vor Ungeduld zu vergehen. Neque aliter διόλλυνται hic intelligendum: sie glauben zu vergehen, dass sie fürchten sollen etc.

χονται καὶ διόλλυνται, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ. ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. μὴ οὖν προδόται γένησθε ὑμῶν αὐτῶν, γενόμενοι δ' ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν καὶ ὡς πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε αὐτοὺς χειρώσασθαι, νῦν ἀνταπόδοτε μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα μηδὲ τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες. κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα σαφὲς

*μὴ ξὺν ἀνάγκῃ*] Aliquot libri *μὴ ξ. δίκῃ*. „Si lectionem *ἀνάγκῃ* et Vallae ac Porti interpretationem sequimur, sentential erit: *qui ab alio, nulla necessitate ad vim vel iniuriam faciendam coacto, laesus est.* Forsan ita scripserit Thuc., sed tamen altera scriptura *ξὺν δίκῃ* non male respondet praecedenti sententiae, nam qui aliquem *μὴ ξὺν προφάσει* malo afficit, eum utique *μὴ ξὺν δίκῃ* laedit.“ Duk. Et tamen *ξὺν δίκῃ* videtur interpretatio alterius scripturae esse. Schol. *ὁ ἀδίκως τι καὶ πρῶτος παθών*. Recte! Conf. 4, 98. *τὰ μὴ ἀνάγκῃ κακά.* Wer muthwilligerweise i. e. ohne durch eine Beleidigung zur Rache gezwungen zu seyn, beleidigt ist. *Ἀνάγκην* dicit conditionem eius, qui prius ab altero lacessitus cogitur ab lacessente vindictam sumere. His autem verbis explicatur, cur maius periculum ab eo sit, qui non lacessens lacessitus sit. Mox *χαλεπώτερος* est unversöhnlicher. Verba *τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ* contrarie posita sunt illis: *οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες*. Erit igitur *ὁ ἀπὸ τῆς ἴσης (μοίρας) ἐχθρὸς* is, qui *μὴ προπαθὼν ἄνευ προφάσεως, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀδικήσας* parem in inimicitia efficienda partem habuit sive der gleichen Antheil an der Verfeindung hatte. Talis inimicus exorabilior est, quam is, qui non prius alterum ad iniuriam lacessens ipse iniuria afficitur, utpote sibi conscius, non sine sua ipsius opera inimicitiam coeptam esse. Mytilenaeos igitur Cleo dicit, quia sine idonea causa Athenienses deficiendo laeserant, duriores futuros fuisse in vindicta ab Atheniensibus sumenda, quum probe scirent, ab Atheniensibus sibi ideo maius periculum instare, quod, qui non prius lacessentes lacessuntur inexorabiliores hostes sint, postquam periculum evaserunt, quam qui post mutuam lacessitionem hostes facti parem in concitanda inimicitia partem habuerunt.

*γενόμενοι — τῇ γνώμῃ*] Schol. *εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες ὧν ἐμέλλετε πάσχειν ὑπὸ Λεσβίων*, stellet euch so lebhaft als möglich vor, wie es euch gegangen seyn würde, und wie ihr alles darum gegeben haben würdet, sie zu bewältigen. Arn. confert 1, 143. *ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντες*, addens, quia *γενόμενοι τῇ γνώμῃ* nihil aliud est, nisi *διανοηθέντες*, structuram ita procedere: *καὶ ὡς ἂν ἐτιμήσασθε*, non aliter ac si vere *διανοηθέντες* vel simile participium eodem sensu praeditum praecessisset. Deinde *μὴ μαλακισθέντες* est nicht zu einer Schwachheit und zu unzeitigem Mitleid verleitet durch der Mytilenaeer augenblickliche Lage.

*κολάσατε — τούτους τε*] Popp. *τε* traiectum putat, et scriptorem proprie pergere voluisse *καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους τοὺς ἀφισταμένους*. Non puto, quia in sequentibus haec sententia non est; non enim dicit, alios socios puniendos esse, sed exemplo Mytilenaeorum proponendo eos monendos esse, ne pari poenae infligendae locum dent. Puto *τε* transmissum esse, ut 1, 69., quia ab usu huius scriptoris abhorret, dicere *τε δέ*. Paulo post participium *ζημιωσόμενον* non pendet a *παράδειγμα*, sic enim esse deberet *ζημιώσεσθαι*, vel *ὅτι ζημιώσεται*. Multo minus cum his conferri potest attractio in verbis 3, 64. *δῆλον*

καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον. τόδε γὰρ ἢν γνῶσιν, ἧσσον τῶν πολεμίων ἀμελήσαντες τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθε ξυμμάχοις.

Τοιαῦτα μὲν ὁ Κλέων εἶπε. μετὰ δ' αὐτὸν Διόδοτος ὁ 41 Εὐκράτους, ὅςπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀντέλεγε μάλιστα μὴ ἀποκτεῖναι Μυτιληναίους, παρελθὼν καὶ τότε ἔλεγε τοιάδε.

Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην αὖθις περὶ Μυτιληναίων αἰτιῶμαι οὔτε τοὺς μεμφομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγίστων βουλεύεσθαι ἐπαινῶ, νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν, ὧν τὸ μὲν μετὰ ἀνοίας 42

ποιήσατε οὐ μηδίσαντες, pro δῆλον ἐποιήσατε, ὅτι οὐκ ἐμηδίσατε, im praesenti loco, ubi aliud subiectum est verbi καταστήσατε, aliud verbi ζημιοῦσθαι, nulla potest eiusmodi attractio esse. Imo ζημιωσόμενον est appositio vocis παράδειγμα, quasi scripsisset: καταστήσατε παράδειγμα, καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον.

42. τοὺς προθέντας] Orator respicit verba Cleonis: καὶ θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις etc., sicut mox verba Diodoti μεμφομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγίστων βουλεύεσθαι spectant ad verba adversarii: εἰ βέβαιον ἡμῖν οὐδὲν καθεστήξει, ὧν ἂν δόξῃ πέρι, et verba νομίζω δὲ δύο etc. ad verba Cleonis καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων. Item Diodoti verba τούς τε λόγους etc. ad ista: εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι. Itidem verbis χαλεπώτατοι δὲ καὶ etc. Schol. monet respici verba superioris orationis: οὗτοι δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται. Mox τοὺς μεμφομένους μή idem est ac si dixisset τοὺς σὺν μέμψει ἄλλων διαμαχομένους μή etc. Mox aliquot libri νομίζω τε, iudice Poppone non bene, quum δέ negationi oppositum sit. Arnoldo orator consulto sententiam sententiae per copulativas particulas (οὔτε — οὔτε — νομίζω τε — τούς τε λόγους) annectens videtur procedere, ut contra singula Cleonis argumenta se dicere significet.

ὧν τὸ μὲν μετὰ ἀνοίας] Festinatio, ait, comes est stultitiae, nam quo quis minus difficultates quaestionis intelligit, eo celerius sententiam fert, quum ex adverso querela fiat, sapientem implicari arcessitis difficultatibus, sive ut Thucydidis verbis utar 3, 82. τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπὶ πᾶν ἀργόν. Ira, Diodotus pergit, comitem habere reperitur mentem sordidam, rerum ignaram et angustam. Βραχύτης γνώμης est quod nos dicimus narrowness of mind. i. e. angustum ingenium sive angustias iudicii non satis circumspecti providique. Animos ita feros et incultos natura fert ad violentiam; nam ubi ratio parum valet, multum ira valeat, necesse est. Arn. Post εἰ ἄλλῳ τινί supple καὶ οὐχὶ λόγῳ. Paulo post verba προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξιν ita intelligo: προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξιν ἐπὶ χρήμασι (γεγενημένην), ubi ἐπὶ χρήμασι est pro mercede. Ἐπίδειξις proprie est ostentatio, deinde oratio vel opus ingenii quodcumque ostentandae artis causa propositum. Hic dixeris artificium orationis. Deinde ἀξυνετώτερος ἢ ἀδικώτερος dixit pro μᾶλλον ἀξυνετὸς ἢ ἄδικος, eher unverständig als ungerecht. De duplici comparativo v. Matth. §. 456. Et καὶ ἄδικος idem est ac καὶ ἄδικος εἶναι δοκῶν. Nam non fit revera iniustus, sed videtur, ut monuit Krueg. ad Dionys. p. 297. adn. Et τοὺς τοιούτους intellige, quales sunt οἱ ἐπὶ χρήμασι προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα: subiectum verbi πεισθείησαν sunt οἱ πολῖται, quod latet in antegresso πόλις.

φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ μετὰ ἀπαιδευσίας καὶ βραχύτητος γνώμης. τούς τε λόγους ὅςτις διαμάχεται μὴ διδασκάλους τῶν πραγμάτων γίγνεσθαι, ἢ ἀξύνετός ἐστιν ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει, ἀξύνετος μέν, εἰ ἄλλῳ τινὶ ἡγεῖται περὶ τοῦ μέλλοντος δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ ἐμφανοῦς φράσαι, διαφέρει δ' αὐτῷ, εἰ βουλόμενός τι αἰσχρὸν πεῖσαι εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ δύνασθαι, εὖ δὲ διαβαλὼν ἐκπλῆξαι ἂν τούς τε ἀντεροῦντας καὶ τοὺς ἀκουσομένους. χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα. εἰ μὲν γὰρ ἀμαθίαν κατῃτιῶντο, ὁ μὴ πείσας ἀξυνετώτερος ἂν δόξας εἶναι ἢ ἀδικώτερος ἀπεχώρει· ἀδικίας δ' ἐπιφερομένης πείσας τε ὕποπτος γίγνεται, καὶ μὴ τυχὼν μετὰ ἀξυνεσίας καὶ ἄδικος. ἥ τε πόλις οὐκ ὠφελεῖται ἐν τῷ τοιῷδε· φόβῳ γὰρ ἀποστερεῖται τῶν ξυμβούλων. καὶ πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν· ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθείησαν ἁμαρτάνειν. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην μὴ ἐκφοβοῦντα τοὺς ἀντεροῦντας ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα, τὴν δὲ σώφρονα πόλιν τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προςτιθέναι τιμήν, ἀλλὰ μηδ' ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης οὐχ ὅπως ζημιοῦν ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν. οὕτω γὰρ ὅ τε κατορθῶν ἥκιστα ἂν ἐπὶ τῷ ἔτι μειζόνων ἀξιοῦσθαι παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι, ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ χαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προςάγεσθαι τὸ πλῆθος.
43 ὧν ἡμεῖς τἀναντία δρῶμεν καὶ προςέτι ἤν τις καὶ ὑποπτεύηται κέρδους μὲν ἕνεκα τὰ βέλτιστα δ' ὅμως λέγειν, φθονήσαντες τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν τὴν φανερὰν ὠφέλειαν τῆς πόλεως ἀφαιρούμεθα. καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐ-

Porro in verbis ἀπὸ τοῦ ἴσου λέγοντα bis cogita λέγοντα, sic: ἀπὸ τοῦ ἴσου (unparteiisch sive die Sache, nicht die Person ansehend) λέγοντα φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα.

τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι] Particulis haec inter se relatio est: τῶν τε — μὴ προςτιθέναι et καὶ — οὐχ ὅπως ζημιοῦν. Prius ἀλλὰ μηδ' est, aber auch nicht, alterum ἀλλὰ μηδ' est sondern nicht einmal: Der Staat muss einestheils dem in den meisten Fällen guten Rathgeber keine erhöhte Ehre bezeigen, aber auch die Ehre, die er schon hat, nicht schmälern, und anderntheils den, der keinen Beifall erhält, nicht nur nicht strafen, sondern auch nicht einmal verunehren. Nam τὸν μὴ τυχόντα γνώμης intellige der eure Meinung nicht trifft, qui *suffragium vestrum non fert*. Itaque non est opus, cum Doederlinio in Neu. Arch. für Philol. etc. 1, 1. p. 139. γνώμης referre ad ζημιοῦν, wegen seiner Meinung zur Strafe ziehen. Conf. 2, 35. τῆς ἑκάστου δόξης τυχεῖν. De formula οὐχ ὅπως v. Matth. p. 1256. init. Herm. ad Vig. p. 790.

ἀτιμάζειν] quod tamen fit, si μὴ τυχὼν γνώμης μετὰ ἀξυνεσίας καὶ ἄδικος (δοκεῖ), ut modo dixerat. Ad ὀρέγοιτο ex praegressis repetendum est ἥκιστα. Verba τῷ αὐτῷ etc. ipse scriptor explicat addendo χαριζόμενός τι καὶ αὐτός. Plenius dixisset τῷ παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγειν.

θέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν, ὥςτε δεῖν ὁμοίως τόν τε τὰ δεινότατα βουλόμενον πεῖσαι ἀπάτῃ προςάγεσθαι τὸ πλῆθος καὶ τὸν τὰ ἀμείνω λέγοντα ψευσάμενον πιστὸν γενέσθαι. μόνην τε πόλιν διὰ τὰς περινοίας εὖ ποιῆσαι ἐκ τοῦ προφανοῦς μὴ ἐξαπατήσαντα ἀδύνατον· ὁ γὰρ διδοὺς φανερῶς τι ἀγαθὸν ἀνθυποπτεύεται ἀφανῶς πῃ πλέον ἕξειν. χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. εἰ γὰρ ὅ τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπόμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον. ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν περὶ Μυτιλη-44 ναίων οὔτε κατηγορήσων. οὐ γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγὼν εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ

43. *περινοίας*] i. e. die unnöthigen Gedanken, die man sich macht. [Mox] verbis *χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα* etc. significat: Oportet autem nos [i]n rebus gravissimis, quum talis vestra ratio consilia nostra interpre[ta]ndi sit, et nihil nos putetis dicere, nisi nostrae utilitatis cupiditate, [ta]men ulterius spectantes dicere, quam vos, qui tam cito decernitis, [q]uum praesertim nostra consilia probationi subiecta sint, vestra audi[ti]one impune facta. Hac sententia praemissa orator de ratione dicere [p]raeparat, qua in praesenti causa agendum sit, quam mox dicet disce[pt]andam esse non ex eo, quod licitum et iustum sit, sed ex eo, quod [ci]vitati expediat, si non in praesens, at in posterum. v. cap. 44. init. [M]ox *ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι* est *in tali vestrorum animorum habitu,* [t]amquam ita suspicaces estis. Genitivi *ὑμῶν σκοπούντων* pendent ex [πε]ραιτέρω.

*ὑπεύθυνον*] Hinc illae *γραφαὶ παρανόμων*, de quibus uberrimus [eg]it Schoem. de Comit. Athen. p. 159 sqq. Mox recte editum est *ὁ [ἐπ]ισπόμενος* pro *ἐπισπώμενος* ex libris haud paucis, quum consilium [or]atoris esse debeat significare non persuasione attractos, sed proprio [iu]dicio (certe ita debebant) secutos. Et praeteritum desideratur. De[in]de verba *πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε* eundem sensum habent, ac si [sc]riptum esset *πρὸς ὀργήν, πρὸς ἥντινα τύχητε*, et quum *πρὸς ὀργήν* [id]em sit, quod *ὀργῇ*, pro *ὀργῇ ᾗτινι τύχητε*. Repetenda igitur prae[po]sitio, ut saepe alibi, velut 1, 1. 1, 41. *ἐν καιροῖς τοιούτοις, οἷς.* 3, 18. [I]t. *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅν.* 56. *καὶ ἐν καιροῖς οἷς.* 94. *περὶ τὸν [αὐ]τὸν χρόνον, ὅν*, ihr straft in der ersten besten Aufwallung, wenn es [eu]ch zuweilen schlecht geht. Nam verba *πρὸς ὀργήν* quisque videt [iun]genda esse cum *ζημιοῦτε*.

44. *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω — ἀγαθὸν φαίνοιτο*] In his Mosqu. Ar. [Ca]r. Dan. habent *εἴ τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν.* Thom. M. 267. *τὸ ἐάν, τὸ ἄν, τὸ κἄν, τὸ ἤν, καὶ τὸ ὅταν ἀεὶ μετὰ ὑποτακτι[κο]ῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις· εἰ γὰρ καὶ εὕρηται ἅπαξ παρὰ Θουκυ[δί]δῃ ἐν τῇ τρίτῃ· „ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν," καὶ παρὰ [Λ]ουκιανῷ ἐν τοῖς Ἀληθινοῖς* (V. H. 2, 29.) *„ἐὰν καταχθείημεν εἰς τὰς [...]σους"* (et deinde addit alterum Luciani locum ex Vit. Auct. c. 11.), *[ἀλ]λ' οὐ δεῖ ζηλοῦν τὸ ἅπαξ ῥηθέν.* Altero horum Luciani locorum

*τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.*

nunc coniunctivus legitur; altero pro *ἐάν* legitur *εἰ*. Particulam *ἤν* optativo a Graecis iungi, exemplis docere voluit Schaef. Melet. Cr. p. 87., contra quem disputat Popp. Obss. p. 57., in Dissert. de Partic. *ἄν* 1. p. 31. et in Commentt. 2. p. 642., adde eius Thuc. 1, 1. p. 144, ubi docet, hoc fieri in hac atque aliis ex *ἄν* conflatis particulis tantum in oratione obliqua, velut ap. Thuc. 8, 27. Herm. de Praecc. quibusdam Attic. p. XVI. locum ita scribit: *ἤν τε — εἰ μὴ ξυμφέρον, εἴτε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* „Non deest, ait, apodosis, quae est in medio, ad utrumque membrum pertinens.“ (Conf. Herm. ad Soph. Antig. 691. 1028. Phil. 269. 454. Oed. C. 89. 779. 1150. 1243.). Atque ita interpretatur: *nam neque si poena dignissimos ostendero, necari propterea iubebo, nisi utile sit; neque si quid excusationis habeant, si damnosum urbi putaverim.* „Neminem, addit, qui praestantissimi scriptoris verba, semper profundae mentis plena ponderare sciat, latere poterit, cur et apodosin in medio posuerit, et in altero membro *εἴτε εἶεν* et *εἰ φαίνοιτο*, non *ἤν ὦσιν* et *εἰ φανεῖται* dixerit. Nimirum alterum cogitatione tantum ponit, alterum reapse obtinere dicit.“ Idem ad Vig. p. 833. „*Εἰ* particula plane est logica et quae simpliciter ad cogitationem refertur; *ἐάν* autem ad experientiae significationem adhibetur.“ Conf. Matth. p. 1021. c. Herm. prius putans, ut videtur, non unam his duabus sententiis apodosin esse posse, ad Vig. p. 822. locum ita scripserat: *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω — ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης, εἶεν*, i. e. *si non omni venia indigni, esto* sc. *οὐ κελεύω διὰ τοῦτο καὶ τυχεῖν συγγνώμης.* Ubi certe non offensioni esset participium *ἔχοντες* verbo finito destitutum. Herm. de Partic. *ἄν* 3, 4. Opuscc. Acad. Vol. 4. p. 149. supplet *ἔχοντες ἀδικῶσιν.* Mihi videtur *ὦσι* suppleri sufficere, vel succurras legendo *ἔχοντας*, quamquam libri scripti vetant, qui omnes nominativum tuentur. Hoc verius contra Hermannum monuit Popp. Obss. p. 56., vocem *εἶεν*, *esto* (de qua Herm. l. c. provocat ad Bekk. Anecdd. p. 243, 24. et Timae. Lex. Plat. p. 94.), hac in serie orationis vix aliter intelligi posse, quam *habeant illi veniam.* Idem in Addendis Obss. p. 251. secutus Vallae versionem: *neque eis, si nocentes plane asserere volo, idcirco vitam adimi iubebo: neque si qua venia d i g n o s, idcirco veniam dari, nisi constiterit idem civitati conducere*, legit *ἔχοντας*, delet *εἶεν*, quod ex interpretamento ait esse eius, qui *ἔχοντες*, in quod accusativus transierat, explicare volebat. At verborum *neque idcirco veniam dari iubebo* nullum in Graecis vestigium est. Idem reprehendendum est in proxima, quam proferam, explicatione. Etenim Reisig. Coni. in Aristoph. Vol. 1. p. 278. et ipse *εἶεν* delet; ad *ἔχοντες* supplet *ἀποφανῶσι*, et animo concipit: *οὐ διὰ τοῦτο ξυγγνώμην λήψονται.* Qui autem ex Valla legendum coniiciant *ἔχοντας*, eos ait falsos esse, nam per Latini sermonis naturam interpreti nominativo *digni* uti non licuisse. Matth. p. 1248. sequitur explicationem ab Hermanno in libello De Praecc. quibusd. Att. propositam, nisi quod *ἤν τε* utrimque retinet, in quo eum me sequi profiteor propter tantum librorum scriptorum consensum, ad quos accedit testimonium Thomae M. Burgess. in Bibl. Crit. Seeb. 3, 6. p. 545. ex coniectura legit *ἤν τε καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης, ἐᾶν, εἰ* etc., cum quibus Dind. comparat Plat. Euthyphr. p. 4. B. *εἴ τε ἐν δίκῃ ἔκτεινεν ὁ κτείνας εἴτε μή, καὶ εἰ μὲν δίκῃ, ἐᾶν, εἰ δὲ μή, ἐπεξιέναι.* Quae mihi ratio ideo improbabilis videtur, quia sic scribi debebat: *οὔτε ἤν καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης, ἐᾶν.* Mihi vera videtur ratio primum ab Hermanno excogitata, siquidem unam apodo-

νομίζω δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς μᾶλλον βουλεύεσθαι ἢ τοῦ
παρόντος. καὶ τοῦτο ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν
ξυμφέρον ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἧσσον ἀφίστασθαι θάνατον ζημίαν
προθεῖσι, καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ ἐς τὸ μέλλον καλῶς ἔχοντος ἀντ-
ισχυριζόμενος τἀναντία γιγνώσκω. καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐ-
πρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι.
δικαιότερος γὰρ ὢν αὐτοῦ ὁ λόγος πρὸς τὴν νῦν ὑμετέραν ὀργὴν
ἐς Μυτιληναίους τάχα ἂν ἐπισπάσαιτο· ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα
πρὸς αὐτούς, ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ
αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν. ἐν οὖν ταῖς πόλεσι πολλῶν 45
θανάτου ζημία πρόκειται καὶ οὐκ ἴσων τῶνδε ἀλλ' ἐλασσό-
νων ἁμαρτημάτων· ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύ-

in in medio positam utrique protasi inservire vel inde patet, quod, si
ltera protasis ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν aliam apodosin
aberet, quam prior protasis, sequi deberet non ἤν τε καὶ ἔχοντες etc.,
ed οὔτε ἢν καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, ut paulo ante monui.
casum igitur hunc esse puto: sollte ich sie *mehr* oder *minder* schul-
ig befinden, ich werde nicht den Rath geben, sie zu tödten, wenn
s dem Staat nicht zuträglich ist.

νομίζω — βουλεύεσθαι] sc. δεῖν. Mox καὶ τοῦτο, ὃ etc. est: und
etreffend dieses, dass Kleon fest und standhaft behauptet, dass — so
telle dagegen ich ebenfalls in Betreff des für die Zukunft Nützlichen
ine Behauptung auf, und erkenne das Gegentheil. Vid. adn. ad 2, 40.
oll. Matth. p. 894. Nisi forte hoc enunciatum est ex genere eorum,
ı quibus exitus magis est ad sensum factus, quam cum grammatica
atione initii conveniens, ut τἀναντία γιγνώσκω dixisse putandus sit
ro eo, quod ad sensum non differt: καὶ τοῦτο — ἀντιλέγω μὴ ξυμ-
έρον ἔσεσθαι. Vid. adn. ad 1, 32. extr. Paulo post plene sic poterat
icere: ξυμφέρον ἔσεσθαι θάνατον προθεῖναι ζημίαν προθεῖσι. „Conf.
, 111. et 1, 118. εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται et Matth. §. 555. adn.
. p. 1089 sq." Arn. Ceterum hic quoque libri variant inter προθεῖσι
t προσθεῖσι. Illud Krueg. ad Dionys. p. 161. ait esse legumlatoris
imina cauturi, hoc magistratus eadem ulciscentis. Atque hic bene
abet προθεῖσι, quum non tam supplicium Mytilenaeorum significetur,
iam poena, quae his irrogata, ceteris, qui defecturi essent, exspe-
anda omnibus foret. Contra cap. proxime sequ. in verbis διεξελη-
ύθασι διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες, εἴ πως ἧσ-
ον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων, quamquam ferri possit vulgatum,
amen se προτιθέντες scripturum esse Krueg. profitetur, si libri con-
entirent. Et quidem etiam Schol. tueri videtur προτιθέντες, ut qui
notaverit: ἐπραγματεύσαντο περὶ πάσης ἀδικίας καὶ ἁμαρτίας οἱ
ομοθέται καὶ ἐξέθεντο ποινάς. Quod restat, praesenti loco ora-
ır tangit illa verba Cleonis: καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα
αφὲς καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον.

δικαιότερος γὰρ ὢν] i. e. denn da seine Rede gerechter ist (ἰστέον
ὲρ, ὅτι ὁ μὲν Κλέων τὸ δίκαιον προβάλλεται, οὗτος δὲ ὁ Διόδοτος
ὸ συμφέρον. Schol.), so könnte sie gemäss eurem jetzigen Zorne
egen die Mytilenaeer euch leicht hinreissen (indem ihr in diesem
orne mehr geneigt seyn werdet, nach Kleons Rechtsgründen Gerech-
gkeit und Strenge, als nach meinen politischen Gründen Gnade und
ilde auszuüben). Nam πρὸς τὴν ὑμετέραν ὀργήν non aliter dictum
t, quam 4, 106. τὸ κήρυγμα πρὸς τὸν φόβον (gemäss ihrer Furcht)
ίκαιον εἶναι ὑπελάμβανον.

*ουσι καὶ οὐδεὶς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ περιέσεσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι ἦλθεν ἐς τὸ δεινόν. πόλις τε ἀφισταμένη τίς πω ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα τὴν παρασκευὴν ἢ οἰκείαν ἢ ἄλλων ξυμμαχίᾳ τούτῳ ἐπεχείρησε; πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅςτις ἀπείρξει τούτου, ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προςτιθέντες, εἴπως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων. καὶ εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς, παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει, ἀλλ' ἡ*

45. *καὶ οὐδείς πω*] Citat haec Schol. Plat. p. 338. Bekk. *τὸ δὲ οὐδείς πω ἀντὶ τοῦ πώποτε, καὶ Θουκυδίδης· „οὐδείς πω καταγνούς.“* Heind. ad Plat. Gorg. p. 7. corrigit *ἀντὶ τοῦ οὐδεὶς πώποτε*, addens: „sicut et Latino et quovis fere sermone utrumvis dicitur: *nondum quisquam* et *nondum unquam quisquam*, ita non tantum *οὐδεὶς πώποτε* obviam est, sed alterum quoque *οὐδείς πω* pervulgatum est.“

*πόλις — τίς πω*] Hunc locum Passov. in Lexic. et alii tanquam exceptionem eius praecepti Grammaticorum citant, quod *πω* in negantibus enunciationibus poni iubet. Conf. ad Xen. Anab. 5, 4, 6. Hanc autem legem tametsi etiam praeter relativa enunciata (in quibus concedit Buttm. Gr. §. 149. p. 438. ed. 13.), interdum non observari ad Xen. M. S. 4, 2, 24. *εἰς Δελφοὺς ἤδη πώποτε ἀφίκου* demonstravit Bornem., hic tamen legitimum genus dicendi extat, quum *πόλις ἀφισταμένη τίς πω* per interrogationem *quae unquam civitas deficiens* convertenda sint, qualis interrogatio negationem aequat. Popp. Et *ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα* est: wo stand je eine Stadt auf, die glaubte, als sie dieses Unternehmen begann, die eigene oder durch Anderer Hülfe geschaffte Rüstung, die sie habe, sey zu schwach. Mox sunt, qui *προςτιθέντες* interpretentur *addentes*. Verum *προςτιθέναι ζημίαν* tam usitatum est sensu *iniungere poenam*, vix ut mihi persuadeatur, h. l. significari additionem poenae usque maioris. Deinde ad *παραβαινομένων* intellige *τῶν νόμων*, quod in proxime superioribus latet et propter cognatas notiones poenarum legibus praescriptarum et propter verbum *κεῖσθαι*. Mox *ἀνήκουσι* Suidas in *ἀνήκω* et Anecdd. Bachm. 1. p. 96, 27. explicant per *τελευτῶσι, λήγουσι*. Capitis poenam antiquissimis temporibus apud Graecos non usitatam fuisse observat Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 161, 52. Itidemque apud Germanos antiquissimos duobus tantum criminibus, at aetate Caroli M. iam permultis lege proposita fuit.

*καὶ τοῦτο ὅμως*] sc. *τὸ θάνατον ζημίαν προκεῖσθαι*. Alii aliter supplent et Gottl. quidem *τὸ ἀνῆκον ἐς τὸν θάνατον*. Mox *φρόνημά τι* legi vult Kortuem. Hell. Staatsverf. p. 13. et *φρόνημα* iam Reisk. malebat. Verba *αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι* etc. sic intellige: die übrigen Zustände reissen zu Gefahren hin durch Leidenschaften der Menschen, ut Popp. convertit. Et ad *ὡς ἑκάστη τις* supple *ξυντυχία*. Deinde verba *ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος* etc. significant: wie jegliche (Lage des Lebens) von einer unbesieglichen Obermacht niedergehalten, beherrscht wird, quae est Bredovii interpretatio, addentis: In jeder Lage des Lebens bildet sich eine besondere Leidenschaft, und in dieser liegt ein Treibendes, das wie mit höherer Gewalt unbesieglich fortreisst. Mox Schol. scribit: *ἥ τε ἐλπίς· πρῶτόν τις ἐρᾷ, εἶτα ἐλπίζει, εἶτα ἐγχειρεῖ.* Et *ἐπὶ παντί· ἀπὸ κοινοῦ ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους.* Minus hoc quidem recte; nam iungendum est *ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως βλάπτουσιν*,

ἐν πενίᾳ ἀνάγκῃ τὴν τόλμαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὕβρει ἐν πλεονεξίαν καὶ φρονήματι, αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἑκάστη τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος, ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί, ὁ μὲν ἡγούμενος, ἡ δ' ἐφεπομένη, καὶ ὁ μὲν τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ τὴν εὐπορίαν τῆς τύχης ὑποτιθεῖσα πλεῖστα βλάπτουσι, καὶ ὄντα ἀφανῆ κρείσσω ἐστὶ τῶν ὁρωμένων δεινῶν. καὶ ἡ τύχη ἐπ' αὐτοῖς οὐδὲν ἔλασσον ξυμβάλλεται ἐς τὸ ἐπαίρειν· ἀδοκήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρισταμένη καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν τινὰ προάγει καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις, ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων, ἐλευθερίας ἢ ἄλλων ἀρχῆς, καὶ μετὰ πάντων ἕκαστος ἀλογίστως ἐπὶ πλέον τι αὐτῶν ἐδόξασεν. ἁπλῶς τε ἀδύνατον καὶ πολλῆς εὐηθείας, ὅστις οἴεται τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τι πρᾶξαι ἀποτροπήν τινα ἔχειν ἢ νόμων ἰσχύι ἢ ἄλλῳ τῳ δεινῷ. οὔκουν 46 χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ πιστεύσαντας χεῖρον βουλεύσασθαι, οὔτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστᾶσιν ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι καὶ ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. σκέψασθε γὰρ ὅτι νῦν μέν, ἤν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη, ἔλθοι ἂν ἐς ξύμβασιν δυνατὴ οὖσα

t docuit Kistem., qui primus post ἐπὶ παντί comma, non colon posuit. Et ἐκφροντίζων secundum Hesychium est βουλευόμενος, secundum Thom. M. p. 289. idem quod ἐννοῶν. Verba καὶ ὄντα ἀφανῆ hunc sensum habent: *et quamvis sub aspectum* (ἡ ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως) *minime cadant, tamen maiorem vim habent, quam pericula, quae cernuntur.* Porro ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων idem est, quod ἀπὸ ἐλάσσονος δυνάμεως. Ad ὅσῳ supple κινδυνεύουσι, quod repeti potest ex praegresso κινδυνεύειν, vel supplendum est κινδυνεύειν αὐτὰς προάγει. Mox legitur ἐπὶ πλέον τι αὐτόν — αὐτόν — αὐτῶν — αὐτῶν. Si αὐτόν legis, sensus erit dünkt sich mehr; sin αὐτῶν, hic: *aliquid earum rerum* (libertatis et in alios imperii) *in maius animo concipit* i. e. maiorem libertatem, maius in alios imperium nescio quod animo concipit. Id quod propter bonitatem et sensus et librorum, qui αὐτῶν offerunt, et propter usum linguae praeferendum puto. Denique in verbis πολλῆς εὐηθείας ὅστις etc. genus dicendi mixtum ex εὐηθείας ἐστὶ τὸ οἴεσθαι et εὐήθης ἐστὶν ὅστις οἴεται.

46. ἐχεγγύῳ] Veteres Grammatici explicant per ἰσχυρῷ, ἐγγυῆσαι δυναμένῳ, βεβαίῳ etc. De particula οὐκ in verbis ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι v. Matth. p. 1047. 2. 1232., de verbis ὅτι ἐν βραχυτάτῳ ibidem p. 858. Mox τὴν δαπάνην intelligit compensationem expensorum in bella et continuationem tributorum. Respicit ad verba Cleonis: νῦν δὲ πρὸς ἑκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. Et ἐκείνως δέ idem est, quod εἰ μὴ ἔσται μεταγνῶναι καὶ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. v. Schaef. ad Demosth. or. de Cherson. §. 64. Mox παρασκευάσασθαι scriptum ex plurimis optimisque libris pro παρασκευάσεσθαι, nam infinitivus futuri et praesentis vel aoristi etiam sibi iungitur, ut 3, 66. 4, 120. 6, 24. „Vulgatam tamen aliquantum commendant Cleonis verba τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ — ἀποστήσεσθαι c. 39.“ Popp. Deinde particula τε in verbis πολιορκίᾳ τε respondet particulae μέν in verbis οὐκ ἄμεινον μέν.

ἔτι τὴν δαπάνην ἀποδοῦναι καὶ τὸ λοιπὸν ὑποτελεῖν· ἐκείνως δὲ τίνα οἴεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσασθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβη δαπανᾶν καθημένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, καὶ ἢν ἕλωμεν πόλιν, ἐφθαρμένην παραλαβεῖν καὶ τῆς προσόδου τὸ λοιπὸν ἀπ' αὐτῆς στέρεσθαι; ἰσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. ὥςτε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι ἢ ὁρᾶν ὅπως ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον μετρίως κολάζοντες ταῖς πόλεσιν ἕξομεν ἐς χρημάτων λόγον ἰσχυούσαις χρῆσθαι, καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας. οὗ νῦν τἀναντία δρῶντες ἤν τινα ἐλεύθερον καὶ βίᾳ ἀρχόμενον εἰκότως πρὸς αὐτονομίαν ἀποστάντα χειρωσώμεθα, χαλεπῶς οἰόμεθα χρῆναι τιμωρεῖσθαι. χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ ἀφισταμένους σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι σφόδρα φυλάσσειν καὶ προκαταλαμβάνειν ὅπως μηδ' ἐς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι, κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν. 47 ὑμεῖς δὲ σκέψασθε ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε Κλέωνι πειθόμενοι. νῦν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους ἐστὶ καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις ἢ ἐὰν βιασθῇ ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθύς, καὶ τῆς ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε. εἰ δὲ διαφθερεῖτε τὸν δῆμον τῶν Μυτιληναίων, ὃς οὔτε μετέσχε τῆς ἀποστάσεως ἐπειδή τε ὅπλων ἐκράτησεν, ἑκὼν παρέδωκε τὴν πόλιν, πρῶτον μὲν ἀδικήσετε τοὺς εὐεργέτας κτείνοντες, ἔπειτα καταστήσετε τοῖς δυνατοῖς τῶν ἀνθρώπων ὃ βούλονται μάλιστα· ἀφιστάντες γὰρ τὰς πόλεις τὸν δῆμον εὐθὺς ξύμμαχον ἕξουσι προδειξάντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοίως κεῖσθαι καὶ τοῖς μή. δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν μὴ προςποιεῖσθαι, ὅπως ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι μὴ πολέμιον γένηται. καὶ τοῦτο πολλῷ ξυμφορώτερον ἡγοῦμαι ἐς τὴν κάθεξιν τῆς ἀρχῆς, ἑκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῆναι, ἢ δικαίως οὓς μὴ δεῖ διαφθεῖραι· καὶ τὸ Κλέωνος τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν αὐτῷ δυνατὸν ὂν

*ἐφθαρμένην — στέρεσθαι*] Per ludibrium orator fere ipsa verba repetit, quibus Cleon usus erat c. 39. vers. fin. Mox *ἐς χρημάτων λόγον* est in Betracht des Geldes. Arn. confert Demosth. de Fals. Leg. p. 385. Reisk. *καλὸν ἐς ἀρετῆς λόγον*. Herodot. 3, 99. 7, 9, 2. *ἐς τούτου λόγον*. Vid. Wyttenb. ad Iulian. p. 169. Schaef. Mox *ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον* est *in quam paucissimos culpam conferre et de quam paucissimis criminibus*. Rursus respicit ad superiorem orationem c. 39. *καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰτία προςτεθῇ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσητε*.

47. *μὴ προςποιεῖσθαι*] i. e. *dissimulare*. Verbis *καὶ τὸ Κλέωνος* respicit ad verba Cleonis c. 40. *πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ τά τε δίκαια ἐς Μυτιληναίους καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε*. Et *ἐν αὐτῷ* intellige *ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι*, quod latet in *τιμωρίας*.

μα γίγνεσθαι. ὑμεῖς δὲ γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι καὶ μήτε 48
ἴκτῳ πλέον νείμαντες μήτ' ἐπιεικείᾳ, οἷς οὐδὲ ἐγὼ ἐῶ προς-
γεσθαι, ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων, πείθεσθέ μοι Μυ-
ιληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας κρῖναι
αθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾶν οἰκεῖν. τάδε γὰρ ἔς τε τὸ
ἐλλον ἀγαθὰ καὶ τοῖς πολεμίοις ἤδη φοβερά· ὅςτις γὰρ εὖ
ουλεύεται πρὸς τοὺς ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν ἢ μετ' ἔργων
σχύος ἀνοίᾳ ἐπιών.

Τοιαῦτα δὲ ὁ Διόδοτος εἶπε. ῥηθεισῶν δὲ τῶν γνωμῶν 49
ούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον
ὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ
γχώμαλοι, ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. καὶ τριήρη εὐθὺς
λλην ἀπέστελλον κατὰ σπουδήν, ὅπως μὴ φθασάσης τῆς δευ-
έρας εὕρωσι διεφθαρμένην τὴν πόλιν· προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ καὶ
υκτὶ μάλιστα· παρασκευασάντων δὲ τῶν Μυτιληναίων πρέσβεων

48. καὶ μήτε — μήτε] Vulgo μηδὲ — μήτε. Correxit Elmsl. ad
urip. Med. 4. 5. conf. Matth. §. 609. p. 1226. et Herm. ad Eurip. l. c.
. 330. Lips.

49. ἦλθον — ὅμως] Quum Athenienses decreti prius facti poeni-
tuisset, exspectandum erat fore ut Diodoti sententiam amplecterentur.
'ametsi audita utraque oratione rursus dubitabant et eventus consul-
ttionis tam anceps erat, ut suffragia paene paria ferrent et modo parvo
umero suffragiorum evincente numerum eorum, quae pro sententia
leonis lata erant, sententia Diodoti comprobaretur.

μὴ φθασάσης τῆς δευτέρας] Cl. in marg. Ven. D. I. προτέρας, at-
ue etiam in F. προ s. δευ ead. man. scr. In Ar. Chr. Dan. ἑτέρας.
Iisi δευτέρας dictum eodem sensu est, quo ἑτέρας, locus sanus non
st. Phavorin. δεύτερον ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τάξεως λέγεται, ἐνίοτε δ' ἐπὶ
ριθμήσεως, fortasse ratione habita huius loci, ubi ἐπ' ἀριθμήσεως
ositam vocem statuas. At differunt tamen δεύτερος et ἕτερος. „Hoc
nim unum ex duobus significat sine ulla vel temporis vel ordinis no-
ttione, unde ille unus et prior et posterior esse potest, δεύτερος autem
lerumque non dicitur nisi de posteriore altero.“ Popp. Arn. particu-
um μή bis vult cogitari, ut sit ὅπως μὴ φθασάσης τῆς δευτέρας μὴ
ὕρωσι διεφθ. etc. Quod fieri nequit: neque exempla, quae affert,
robant fieri posse. Hoc tamen vere monuit, vocem δεύτερος signifi-
are quidem nonnunquam alterutrum, nulla ratione habita ordinis, quo
s excipiunt, quum scriptor nihil spectatum vult, nisi numerum rerum
el personarum, de quibus loquitur. At hic ordinem praecipue Thuc.
esignare voluit: quod si ita est, rationi adversatur admittere, voces
ευτέρας et προτέρας ita adhibitas esse uno loco, ut idem significent.
Iihi quidem vel ἑτέρας vel προτέρας legendum esse vel hinc patere
idetur, quod verbum προεῖχε, quod statim sequitur, postulat, ut sub-
ectum huius ipsius verbi praecesserit, quod potest non aliud esse, nisi
ut προτέρας aut ἑτέρας.

προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ] Res ita accidisse videtur: die Lunae (ut exem-
lum ponam) prima concio habita, vesperi prima navis solvit. Abiit
rima nox inter diem Lunae et Martis. Die Martis altera concione
abita vesperi altera navis solvit. Sic prior navis nocte una et die uno
raeverterat.

τῶν Μυτιληναίων πρέσβεων] v. cap. 28. Mox „φθάσειαν pro
φθάσαιεν mos Thucydidis postulabat. Vide 1, 1. p. 228. sed simul

*τῇ νηὶ οἶνον καὶ ἄλφιτα καὶ μεγάλα ὑποσχομένων εἰ φθάσαιεν, ἐγένετο σπουδὴ τοῦ πλοῦ τοιαύτη ὥςτε ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα πεφυραμένα καὶ οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἤλαυνον. κατὰ τύχην δὲ πνεύματος οὐδενὸς ἐναντιωθέντος καὶ τῆς μὲν προτέρας νεὼς οὐ σπουδῇ πλεούσης ἐπὶ πρᾶγμα ἀλλόκοτον, ταύτης δὲ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπειγομένης, ἡ μὲν ἔφθασε τοσοῦτον ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι τὸ ψήφισμα καὶ μέλλειν δράσειν τὰ δεδογμένα, ἡ δ' ὑστέρα αὐτῆς ἐπικατάγεται καὶ διεκώλυσε μὴ διαφθεῖραι. παρὰ τοσοῦτον*
50 *μὲν ἡ Μυτιλήνη ἦλθε κινδύνου. τοὺς δ' ἄλλους ἄνδρας οὓς ὁ Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς αἰτιωτάτους ὄντας τῆς ἀποστάσεως Κλέωνος γνώμῃ διέφθειραν οἱ Ἀθηναῖοι· ἦσαν δὲ ὀλίγῳ πλείους χιλίων. καὶ Μυτιληναίων τείχη καθεῖλον καὶ ναῦς παρέλαβον. ὕστερον δὲ φόρον μὲν οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς πλὴν τῆς Μηθυμναίων τριςχιλίους τριακοσίους*

Matth. §. 198. 6." Popp. Et *ἄλφιτα πεφυραμένα* intellige *panem vino et oleo maceratum. Μᾶζαν* remigum (sic enim eorum cibum Aristoph. Equ. 1105. appellat) credibile est, non semper vino subactam esse, sed tum extra ordinem vino mixtam, quo remiges alacriores essent. Sicut hoc quoque extra ordinem factum esse, Bloomfieldio concesserim, ut hi remiges etiam nocte cursum continuarent, quum alias Graecae naves velis actae, non item remis nocte iter pergerent. Cibum remigum plerumque constitisse farina in placentarum speciem figurata, quae aqua, nonnunquam lacte vel oleo maceraretur, idem adnotavit, qui tamen de lacte verbis Hesiodi *μᾶζα ἀμολγαίη* abutitur, quibus quid significetur, nunc inter nos ex Buttmanni Lexilogo melius constat. Addit Bloomf., communem nautarum cibum a Suida vocari *στρυφνόν*, „quo nomine, ait, si placentas ex farina hordacea factas esse cogitaveris, ille cibus bene appellatur ob siliquas et siccitatem." Conf. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 309. Mox de verbis *τοσοῦτον, ὅσον* etc. v. Matth. p. 897. Vig. p. 129., ibique Herm. p. 726, 88. Et *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε* etc. significat: so nahe kam Mytilene der Gefahr. v. Vig. p. 649. Matth. p. 1174. Conf. 7, 2. Exspectes utroque loco Thucydidis vel *ἐς τοσοῦτον κίνδυνον* vel *παρὰ τοσοῦτον ὀλέθρου*, et illo modo Schol. explicat. Nam non prope a periculo aberant, sed in ipso periculo versabantur; at prope ab exitio aberant, ut Arn. adnotavit, nisi *κίνδυνος* etism ipsum malum est, quod timetur ne eveniat.

50. *τριςχιλίους*] Ex Arrowsmithii tabula geographica huius insulae area est 566. mill. quadratorum. Quod si Methymnae agrum totius insulae quintam partem fuisse statuas, relinquuntur quadrata mill. circiter 453 = 289, 920 iugeribus Angl., quibus in 3000 sortes distributis 96 iugera quamque continuisse videas. Clint. Fast. Hellen. p. 398. vers. Krueg. Mox quod dicit *κληρούχους — ἀπέπεμψαν*, „emittebant eos, ut videtur, quo paciscerentur de magnitudine et situ sortium, et cum futuris colonis de conditionibus possidendorum agrorum. Apparet autem, eos non continuasse degere in insula, ex tota memoria rerum Lesbi 8, 22. 23. et Xen. H. Gr. 1, 6. 2, 2., unde manifestum fit, nullos tum Atticos cives ibi habitasse. Apparet praeterea ex 7, 57., ubi Thuc. enumerans copias Atticas Syracusas missas mentionem facit Atticorum Aeginae et Hestiaeae colonorum, quorum utrosque credibile est et numero et opibus inferiores fuisse tribus millibus colonorum Lesbi, si vere Lesbi tales coloni Attici fuissent. Praeterea quum veteres inco-

μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν παρέλαβον δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίσματα οἱ Ἀθηναῖοι ὅσων Μυτιληναῖοι ἐκράτουν, καὶ ὑπήκουον ὕστερον Ἀθηναίων. τὰ μὲν κατὰ Λέσβον οὕτως ἐγένετο,

51 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν Ἀθηναῖοι Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος ἐστράτευσαν ἐπὶ Μινώαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρῆς φρουρίῳ. ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος τοῖς Ἀθηναίοις καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ Βουδόρου καὶ τῆς Σαλαμῖνος εἶναι, τούς τε Πελοποννησίους, ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους αὐτόθεν λανθάνοντες τριήρων τε, οἷον καὶ τὸ πρὶν γενόμενον, καὶ λῃστῶν ἐκπομπαῖς, τοῖς τε Μεγαρεῦσιν ἅμα μηδὲν ἐσπλεῖν. ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προέχοντε μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης

nae in agris suis manerent eosque colere pergerent, omnibus voluptatibus urbis Athenarum domini Attici sine idonea causa abstinuissent, si Lesbi habitassent desidia languentes, quum reditus Athenis percipere possent. De tota re κληρούχων, similium colonis Romanorum, quibus agri assignabantur etc., v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. 3, 18.“ Arn. Adde Drum. de causis laps. et interit. civitat. Gr. p. 745 sqq. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. p. 36 sqq. Boeckh. l. c. p. 457 sq. 462 sq., ubi ita disserit: „quamquam Thuc. cleruchos dicit Lesbum missos esse, tamen non credibile est, bis mille septingentos Athenienses ibi remansisse, quum sic totam terram vix elocaturi Lesbiis fuissent; certe multi reversi sunt, at pars eorum in praesidium remanere debebat, quos probabile est cum veteribus incolis commune populi constituisse.“ His adde Wachsm. l. c. p. 40 sqq. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 221, 4. 5.

*ὅσων Μυτιληναῖοι*] Hae urbes ἀκταῖαι appellabantur. v. Thuc. 4, 12. Strab. 13. p. 896. B. Zander. Beitr. zur Kunde d. Ins. Lesb. p. 28.

51. *αὐτόθεν*] sc. ἀπὸ τῆς Μινώας. Budorum est oppidum et promontorium Salaminis, Minoae obversum. Ad τούς τε Πελοποννησίους Schol. repetit ἐβούλετο, at Krueg. ad Dionys. p. 297. adn. ex antecedentibus verbis φυλακὴν εἶναι repetit φυλάσσεσθαι. Scholiastam sequutus Duk.: „Ita, ait, accusativus τοὺς Πελοποννησίους hic erit pro nominativo, quasi esset καὶ ὅπως οἱ Πελοποννήσιοι μὴ ποιῶνται ἔκπλους. Haec constructio usitatissima est cum verbis οἶδα, ὁρῶ, φοβοῦμαι eorumque synonymis, cuius multa exempla congessit Steph. ad Script. de Dial. Att. p. 51. Nec tamen infrequens cum aliis. De λέγω et ἀγγέλλω vid. quae adnotat Gronov. ad Arrian. 3, 1. Aristoph. Plut. 56. Nub. 144. et Av. 1269.“ At Arn. non attractionem hic esse, sed anacoluthon statuit dicens, accusativum τοὺς Πελοποννησίους deberi verbis τὴν φυλακὴν εἶναι, quae praecesserunt, et mentem scriptoris videri fuisse, ut sequeretur μὴ ποιεῖσθαι λανθάνοντας. Ceterum coniunctio ὅπως etiam alibi sequitur post βούλεσθαι, ut 3, 69. Conf. Matth. §. 531. adn. 2.

*αὐτόθεν*] Schol. ἐκ τῆς Μινώας. Poppo vult ἐκ τῆς Νισαίας. Utrumque recte fit, nam portus Megarensium tam ad Minoam, quam ad Nisaeam erat. Quin etiam ipsum ἐπίνειον Megarae non solum Nisaea, sed etiam Minoa appellabatur, teste Strab. 9. p. 600. B. Alm.

*ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς Νισαίας*] His verbis ex adverso ponuntur verba

καὶ τὸν ἔςπλουν ἐς τὸ μεταξὺ τῆς νήσου ἐλευθερώσας, ἀπετείχιζε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου ᾗ κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ οὐ πολὺ διεχούσῃ τῆς ἠπείρου. ὡς δὲ τοῦτο ἐξειργάσαντο ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουρὰν ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ.

52 Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ Πλαταιῆς οὐκέτι ἔχοντες σῖτον οὐδὲ δυνάμενοι πολιορκεῖσθαι ξυνέβησαν τοῖς Πελοποννησίοις τοιῷδε τρόπῳ. προςέβαλον αὐτῶν τῷ τείχει, οἱ δὲ οὐκ ἐδύναντο ἀμύνεσθαι. γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως, εἰ σπονδαὶ γίγνοιντό ποτε πρὸς Ἀθηναίους καὶ ξυγχωροῖεν ὅσα πολέμῳ χωρία ἔχουσιν ἑκάτεροι ἀποδίδοσθαι, μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια ὡς αὐτῶν ἑκόντων προςχωρησάντων· προςπέμπει

τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν etc., ut sit auf der Seite von Nisaea, quod latus spectabat ortum aestivum. Nicias captis duabus ab hac parte turribus (ἑλὼν πρῶτον δύο πύργω et quidem ἐκ θαλάσσης zur See, von der See aus) viam in portum (ἐς τὸ μεταξὺ τῆς νήσου) aperuit. Duarum autem illarum turrium altera exstructa erat in prominente inde a Nisaea ungula portus et proinde in continente; altera in adverso latere, et proinde in insula Minoa, ita ut utrimque turres portum ab ortu clauderent, ne cum Arnoldo ambas turres in continente ponas. Captis his turribus Nicias liberum commercium sustulit continentem inter et extremitatem Minoae occasui aestivo obversam exstruens murum in insula eo ipso loco, ubi prius pons super vadis (τενάγεσι) continentem cum insula iungebat (ἀπετείχιζε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου i. e. die Seite dem Festlande gegenüber), ᾗ κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ. Tabulam Nisaeae et Minoae hac mente exhibendam curavi, ut verba scriptoris explicarem, non ut verum situm locorum repraesentarem: id quod fieri non potuit. Praesens enim forma huius orae, qualis nuper ab architectis militaribus Anglis in ipsis locis delineata est, nullatenus convenit cum narratione Thucydidis, nam inter alia Minoa insula iam nulla est, quippe in decursu tam longae aetatis continenti iuncta, quod non mirum videbitur considerantibus statum totius huius litoris et quod iam Thucydidis aetate insula exiguo intervallo, eoque vadoso, continente disiuncta erat, et Strab. 9. p. 600. B. Minoam iam ἄκραν dicit ποιοῦσαν τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. Vid. omnino Arn. ed. Thuc. Vol. 2. p. 393 sqq., cuius tabulam tamen dolendum est, sic delineatam esse, ut cum ipsius explicatione non conveniat.

ἢ διεκωλύετε, καὶ ταῦτα οὔτε ἄκοντες ἔχοντές τε τοὺς νόμους οὕςπερ μέχρι τοῦ δεῦρο καὶ οὐδενὸς ὑμᾶς βιασαμένου ὥςπερ ἡμᾶς. τὴν τελευταίαν τε πρὶν περιτειχίζεσθαι πρόκλησιν ἐς ἡσυχίαν ὑμῶν ὥςτε μηδ' ἑτέροις ἀμύνειν οὐκ ἐδέχεσθε. τίνες ἂν ὑμῶν δικαιότερον πᾶσι τοῖς Ἕλλησι μισοῖντο, οἵτινες ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε; καὶ ἃ μέν ποτε χρηστοὶ ἐγένεσθε, ὡς φατέ, οὐ προςήκοντα νῦν ἐπεδείξατε, ἃ δὲ ἡ φύσις ἀεὶ ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές. μετὰ γὰρ Ἀθηναίων ἄδικον ὁδὸν ἰόντων ἐχωρήσατε. τὰ μὲν οὖν ἐς τὸν ἡμέτερόν τε ἀκούσιον μηδισμὸν καὶ τὸν ὑμέτερον ἑκούσιον ἀττικισμὸν τοιαῦτα ἀποφαίνομεν. ἃ δὲ τελευταῖά φατε ἀδικηθῆναι, παρανόμως γὰρ ἐλθεῖν ἡμᾶς ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν, οὐ νομίζομεν οὐδ' ἐν τούτοις ὑμῶν μᾶλλον ἁμαρτεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἡμεῖς αὐτοὶ πρός τε τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα καὶ τὴν γῆν ἐδῃοῦμεν ὡς πολέμιοι, ἀδικοῦμεν· εἰ δὲ ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι καὶ χρήμασι καὶ γένει

65

ab his subacti sunt. Popp. Deinde ad ὥςπερ ἡμᾶς supple οἱ ὀλίγαρχοι ἐβιάσαντο. v. cap. 62. Et ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε in adn. ad 2, 42. dixi esse *exhibebatis spectandam virtutem*. De ὡς φατέ v. cap. 54. Mox οὐ προςήκοντα etc. est ihr zeigtet eben, dass es nicht in eurem Wesen lag, sondern nur falscher Schein war. v. adnot. ad 2, 89.

ἐς τὸ ἀληθές] i. e. *in verum probata sunt* sive *ita comperta sunt, ut vera voluntatis vestrae ratio appareret*. Popp. Male Interpr. ad Callim. Vol. 1. p. 163. Ern. De verbis ἄδικον ὁδὸν ἰόντων v. Matth. p. 747. 4.

65. ἐν — ἱερομηνίαις] Quod supra c. 56. scriptor singularem posuit, hic pluralem, id ne quem perturbet. Nam pluralis non plures dies festos significat (sic enim iam supra pluralem positurus fuisset), sed sanctitatem diei, siquidem Graeci, ubi indolem et naturam rerum vel personarum (den Character und nicht das Individuelle) indicare volunt, licet singulas res et personas in mente habent, tamen plurali utuntur, an einem Tage, der als Monats-Festtag heilig war. Hic pluralis praecipue apud Tragicos in usu est. Vid. Herm. ad Vig. p. 739, 139. Dein ἡμεῖς αὐτοί est *nos sponte*. v. ibid. p. 733. Et ἀδικοῦμεν significat so sind wir die Schuldigen. v. Matth. p. 957. Miram consecutionem temporum: si nos agrum hostili modo *vastassemus*, *sontes sumus* notavit Popp., Bloomf. excusat dicendo, hunc usum praesentis populari consuetudini plurimarum linguarum communem esse.

ἄνδρες ὑμῶν] Schol. οἱ περὶ Ναυκλείδην. vid. 2, 2. Porro οἱ γὰρ ἄγοντες etc. dictum esse videri cum irrisione verborum oratorum Plataeensium c. 55. οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι, ἀλλ' οἱ ἄγοντες, Haack. adnotavit. Cavillatio est iniqua, nam alios ἄγοντας oratores illi in mente habuerant, de aliis orator Thebanus loquitur. Mox πλείω παραβαλλόμενοι est *plura periclitati*, sie setzten mehr ein. Ad μηκέτι μᾶλλον γενέσθαι supple χείρους. Porro dicitur aliquem σωφρονίζειν, qui eum verbis vel factis ab errore retrahit et ad sanam mentem reducit. Nos zur Besonnenheit bringen, interdum witzigen. Praeter has notiones grammatici adnotant istam, ut sit idem fere cum ταπεινοῦν. Vid. Schol. Thuc. 6, 78. 87. Et quidem saepe τῷ ταπεινοῦν τὸ σωφρονίζειν fit: est tamen explicatio nimis restricta. Hic interpretor: sie wollten euch zwingen, vernünftiger zu seyn. Conf. Thuc. 8, 1. ibique Scholl. ex

βουλόμενοι τῆς μὲν ἔξω ξυμμαχίας ὑμᾶς παῦσαι, ἐς δὲ τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια καταστῆσαι, ἐπεκαλέσαντο ἑκόντες, τί ἀδικοῦμεν; οἱ γὰρ ἄγοντες παρανομοῦσι μᾶλλον τῶν ἑπομένων· ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι, ὡς ἡμεῖς κρίνομεν, οὔθ' ἡμεῖς· πολῖται δὲ ὄντες ὥςπερ ὑμεῖς καὶ πλείω παραβαλλόμενοι, τὸ ἑαυτῶν τεῖχος ἀνοίξαντες καὶ ἐς τὴν αὐτῶν πόλιν φιλίως, οὐ πολεμίως, κομίσαντες, ἐβούλοντο τούς τε ὑμῶν χείρους μηκέτι μᾶλλον γενέσθαι, τούς τε ἀμείνους τὰ ἄξια ἔχειν, σωφρονισταὶ ὄντες τῆς γνώμης καὶ τῶν σωμάτων τὴν πόλιν οὐκ ἀλλοτριοῦντες, ἀλλ' ἐς τὴν ξυγγένειαν οἰκειοῦντες, ἐχθροὺς οὐδενὶ καθιστάντες,

emendatione Bekkeri, 8, 48. et Hemsterh. ad Polluc. 9, 138. Anecdd. Vol. 1. p. 203.

*τῶν σωμάτων — οὐκ ἀλλοτριοῦντες*] Schol. *ὠφελοῦντες καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰ σώματα, τὰς μὲν γνώμας, ἵνα μὴ κακῶς βουλεύωνται, τὰ δὲ σώματα, ἵνα μὴ διαρπάζωσιν ἀλλήλους μηδ' ἐξελαύνωσι μηδὲ κακῶς ποιῶσι πολῖται πολίτας, ἵνα λάβωμεν τὸ σωφρονεῖν ἀντὶ τῆς ὠφελείας.* Unde patet, eum iunxisse *σωμάτων* cum *σωφρονισταί*, quod fieri nequit, quia sic *ἀλλοτριοῦντες* sine casu esset, et quomodo *τὰ σώματα σωφρονίζεσθαι* potuerint, intelligi nequit. Verbum *σωμάτων* pendet ab *ἀλλοτριοῦντες*, eiusque vera notio petenda est ex adn. ad 1, 141., ubi vidimus, *σώματα* esse cives militiam facientes, qui corpore reipublicae inserviunt, dum alii opibus. Causa cur orator vocabulo *σώματα* usus sit, in aperto est. Antitheton quaesivit vocis *γνώμης*, ut 1, 70. *ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ γνώμῃ δὲ οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς.* Ceterum *σῶμα* constat significare statum hominum et servos *κατ' ἐξοχήν*. v. Lob. ad Phryn. p. 578. Hoc igitur dedit concinnitati; sensus autem hic est: *ab urbe cives non abalienantes* (idem dixisset dicens *καὶ τῆς πόλεως τὰ σώματα οὐκ ἀποστεροῦντες*, ut 1, 40. *καὶ ἄλλου ἑαυτὸν οὐκ ἀποστερῶν*, ubi pariter exspectes *καὶ ἄλλον ἑαυτοῦ οὐκ ἀποστερῶν*, atque hic *τὰ σώματα τῆς πόλεως οὐκ ἀλλοτριοῦντες.* Conf. quem Bloomf. citat, Sap. Sirach. 11, 35. *ἀπαλλοτριώσας σε τῶν ἰδίων* et adn. ad Thuc. 1, 40.), *sed urbem suorum consanguineorum* i. e. Boeotorum *foederi adiungentes.* Ideo dicit, cives Plataeenses cum Thebanis facientes, ut Nauclidem, noluisse ab urbe cives abalienare (der Stadt den Dienst der Bürger nicht entziehen), quod a victoribus bellorum civilium factionis adversae homines plerumque exilio multabantur, quod revera noluerant Nauclides et qui eum sequebantur. v. Thuc. 2, 2. extr. *Πόλιν* autem (ut quidam faciunt) intelligi Boeotiam, absurdissimum est. Ubi terra *πόλις* dicitur? nec Boeotia Boeotiae adiungi dici potest, sed Plataeas Boeotorum foederi adiungere voluisse homines dicuntur, qui Thebanos adducebant.

*ἐς τὴν ξυγγένειαν οἰκειοῦντες*] Ephor. apud Ammon. D. Diff. Vocab. p. 70. (ap. Marx. p. 122.) ex emendat. Bekkeri ad Apollon. de Pronom. in Mus. Ant. Stud. Vol. 1. p. 442. *οὗτοι μὲν οὖν συνετάχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν· τοὺς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁμόρους προςοικοῦντας ἰδίᾳ Θηβαῖοι προςηγάγοντο πολλοῖς ἔτεσιν· ὕστερον δὲ οἱ σύμμικτοι ἦσαν πολλαχόθεν, ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα χώραν καὶ τὴν ἀπεναντίον τῆς Εὐβοίας· ἐκαλοῦντο δὲ Θηβαγενεῖς, ὅτι προςεγένοντο τοῖς ἄλλοις Βοιωτοῖς διὰ Θηβαίων.* Ubi Bekk. legit *προςοικειοῦντες ἰδίᾳ Θηβαῖοι προςηγάγοντο πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον, οἳ σύμμικτοι* etc. et „*προςοικειοῦν*, ait, Thucydidi est *ἐς τὴν ξυγγένειαν οἰκειοῦν.*“ Minus hoc quidem recte, siquidem de *προςοικειώσει* hominum

66 ἅπασι δ' ὁμοίως ἐνσπόνδους. τεκμήριον δὲ ὡς οὐ πολεμίως ἐπράσσομεν· οὔτε γὰρ ἠδικήσαμεν οὐδένα, προείπομέν τε τὸν βουλόμενον κατὰ τὰ πάντων Βοιωτῶν πάτρια πολιτεύειν ἰέναι πρὸς ἡμᾶς. καὶ ὑμεῖς ἄσμενοι χωρήσαντες καὶ ξύμβασιν ποιησάμενοι τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχάζετε, ὕστερον δὲ κατανοήσαντες ἡμᾶς ὀλίγους ὄντας, εἰ ἄρα καὶ ἐδοκοῦμέν τι ἀνεπιεικέστερον πρᾶξαι οὐ μετὰ τοῦ πλήθους ὑμῶν ἐςελθόντες, τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ, λόγοις τε πείσειν ὥςτε ἐξελθεῖν, ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν, οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν· κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον· οὓς δὲ χεῖρας προϊσχομένους καὶ ζωγρήσαντες ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν παρανόμως διεφθείρατε, πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε; καὶ ταῦτα τρεῖς ἀδικίας ἐν ὀλίγῳ πράξαντες, τήν τε λυθεῖσαν ὁμολογίαν καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸν ὕστερον θάνατον καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν, ἢν τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ὑμῖν μὴ ἀδικῶμεν, ὅμως φατὲ ἡμᾶς παρανομῆσαι καὶ αὐτοὶ ἀξιοῦτε μὴ ἀντιδοῦναι δίκην. οὐκ, ἤν γε οὗτοι τὰ ὀρθὰ γιγνώσκωσι· πάντων δὲ
67 αὐτῶν ἕνεκα κολασθήσεσθε. καὶ ταῦτα, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τούτου ἕνεκα ἐπεξήλθομεν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰδῆτε δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς δὲ ἔτι ὁσιώτερον τετιμωρημένοι, καὶ μὴ παλαιὰς ἀρετάς, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο, ἀκούοντες ἐπικλασθῆτε, ἃς χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι διπλασίας ζημίας, ὅτι οὐκ ἐκ προςηκόντων ἁμαρτάνουσι. μηδὲ ὀλοφυρμῷ καὶ οἴκτῳ ὠφελείσθωσαν, πατέρων τε τάφους τῶν ὑμετέρων ἐπι-

diversae stirpis apud Ephorum, apud Thucydidem hominum consanguineorum (Plataeensium et Thebanorum) agitur.

66. *μήτε νεωτερίσαι — λόγοις τε πείσειν*] i. e. *τὸ μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ, τό τε λόγοις* (durch Unterhandlungen) *πείσειν*. Infinitivi appositio sunt verborum *τὰ ὁμοῖα*. Lugd. *πεῖσαι*, quod praefert Popp., quum futuri infinitivi notio non apta sit. „Futurum tamen *πείσειν* Haackio in ed. 1. ideo videtur ferri posse, quia de conatu persuadendi tantum sermo sit. Ita Herm.: Ihr habt nicht Wort gehalten, nichts Thätliches *zu unternehmen*, sondern durch Vorstellungen uns zum Abzuge *bewegen zu wollen*. Arnoldio mutatio temporum similis ei videtur, quae c. 46. notata fuerit. Nam *νεωτερίσαι* rem, quae statim et semel gerenda fuerit, *πείσειν* aliquid, quod posterius esse et diutius durare oportuerit, designare." Popp. Verba *τρεῖς ἀδικίας* epexegesis sunt vocis *ταῦτα*. Verba *τήν τε λυθεῖσαν* etc. sic intelligo: *τήν τε ὁμολογίαν λύσαντες, καὶ τὸν ὕστερον θάνατον πράξαντες, καὶ ψευσάμενοι τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν ὑπόσχεσιν μὴ κτείνειν.*

67. *διπλασίας ζημίας*] Arn. desiderat verbum *ἐπιφέρειν*. At *ζημίας* nunc non est *poenas*, sed Gegenstand der Bestrafung. Popponi *εἶναι διπλ. ζημ.* satis aptum videtur, quum *ἔστι τί μοι ζημία*, *mihi aliquid poenae est* Graece dicatur. Mox *οὐκ ἐκ προςηκόντων* est nicht ihrem Character und Wesen gemäss. v. Matth. p. 1134. Conf. 1, 86. *καίτοι εἰ ἐγένοντο — ἀγαθοὶ τότε, πρὸς δὲ ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται.*

βοώμενοι καὶ τὴν σφετέραν ἐρημίαν. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀνταποφαίνομεν πολλῷ δεινότερα παθοῦσαν τὴν ὑπὸ τούτων ἡλικίαν ἡμῶν διεφθαρμένην, ὧν πατέρες οἱ μὲν πρὸς ὑμᾶς τὴν Βοιωτίαν ἄγοντες ἀπέθανον ἐν Κορωνείᾳ, οἱ δὲ πρεσβῦται λελειμμένοι καὶ οἰκίαι ἐρῆμοι πολλῷ δικαιοτέραν ὑμῶν ἱκετείαν ποιοῦνται τούςδε τιμωρήσασθαι. οἴκτου τε ἀξιώτεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ δικαίως, ὥςπερ οἵδε, τὰ ἐναντία ἐπίχαρτοι εἶναι. καὶ τὴν νῦν ἐρημίαν

τὴν νῦν ἐρημίαν] Schol. τοῦτο πρὸς τὸν λόγον τῶν Πλαταιέων (c. 57.) ὅν εἶπον· „καὶ περιεώσμεθα ἐκ πάντων ἐρῆμοι καὶ ἀτιμώρητοι.“ De παρηνόμησαν v. Matth. 1. p. 310. Buttm. Gr. max. 1. p. 345. adn. 6. Mox exspectes ἀνταποδιδόντες vel ἀνταποδώσοντες. „Valla: *minores quam pro merito nunc poenas dabunt*, unde tamen ἀνταποδώσοντες ab eo inventum esse certo non colliges.“ Popp. Praesens ἀνταποδιδόντες vel ἂν ἀνταποδόντες Bekk. in ed. stereot. mavult. Vulgatam Arn. tuetur dicendo, aoristum positum esse pro futuro vel praesenti, quia Plataeenses Thebanis videbantur poenam dedisse, quum primum se in iudicium Quinquevirorum permiserunt. Quam explicationem aliquantum praeterito τετιμωρημένοι initio huius cap. adiuvari, Popp. monuit. Ad τὴν ἴσην τιμωρίαν cogita οἷς οἱ ἡμέτεροι ὑπ' αὐτῶν ἔπαθον, et ad οὐχὶ προϊσχόμενοι supple ὡς οἱ ἡμέτεροι v. cap. 66. Respicitur ad orationem Plataeensium c. 58. ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προϊσχομένους etc. Non potest fieri, ut participia ἀνταποδόντες et προϊσχόμενοι pendeant ab παρηνόμησαν, sed pendere debent a πείσονται. Quare sic distinguere malim: κρίναντες· καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν (ἔννομα γάρ), πείσονται, καὶ οὐχὶ ἐκ μάχης χεῖρας προϊσχόμενοι — ἀλλὰ — παραδόντες. Itaque πείσονται bis cogitandum est: τὴν ἴσην τιμωρίαν πείσονται et ἔννομα γὰρ πείσονται. Quis enim haec ferat: παρηνόμησαν ἀνταποδόντες et προϊσχόμενοι?, quod foret: *peccaverunt, quod vices reddiderunt et quod manus tetenderunt.* Simillimus est locus 6, 38. πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, ubi ὦμεν bis cogitandum est. Verba μὴ περιωσθῶμεν et proxime praecedentia rursus per ludibrium verborum, quibus Plataeenses c. 57. utebantur, dicta sunt. De verbis ἔπεσι κοσμηθέντες conf. Soph. Ai. 1085. et adn. ad 2, 41. Paulo post κεφαλαιώσαντες significat wenn ihr das Allgemeine in Einem für Alle aufstellet, sive in Einem Falle das Beispiel für Alle gebet. Sunt, qui hunc locum ita intelligant: in Einem Todesurtheile Alle umfassend. Haec interpretatio falsa est: si enim verba κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας cum sententia interposita (ὥςπερ νῦν ὑμεῖς) iungis, in sententia primaria nihil restat, nisi hoc: ἢν οἱ ἡγεμόνες διαγνώμας ποιήσησθε, id quod nullum sensum praebet aptum. Sin autem eadem illa verba iungis cum sententia primaria (ἢν οἱ ἡγεμόνες κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας διαγνώμας ποιήσησθε) pro norma generali id poneretur, quod tantum exemplum est, sumtum ex praesenti causa Plataeensium. Sic enim, qui principatum tenent, iuberentur res omnes semper uno iudicio complecti, quod in praesenti tantum causa iuberi possunt. Imo κεφαλαιώσαντες est summarisch zusammennehmend i. e. in Einem Fall Alle einschliessend sive Einen Fall für alle Fälle gelten lassend, sine ullo personarum respectu, et sine exceptionibus severe et constanter in omnes agendo. Quod quam primum compertum esset, orator dicit, neminem turpia facta oratione tegere conaturum, sed potius quemque culpam vitaturum. De sensu verbi κεφαλαιῶ, quem dixi,

δι' ἑαυτοὺς ἔχουσι· τοὺς γὰρ ἀμείνους ξυμμάχους ἑκόντες ἀπεώσαντο. παρηνόμησάν τε οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν, μίσει δὲ πλέον ἢ δίκῃ κρίναντες καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν (ἔννομα γὰρ) πείσονται, καὶ οὐχὶ ἐκ μάχης χεῖρας προϊσχόμενοι, ὥςπερ φασίν, ἀλλ' ἀπὸ ξυμβάσεως ἐς δίκην σφᾶς αὐτοὺς παραδόντες. ἀμύνατε οὖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῷ τῶν Ἑλλήνων νόμῳ ὑπὸ τῶνδε παραβαθέντι καὶ ἡμῖν ἄνομα παθοῦσιν ἀνταπόδοτε χάριν δικαίαν ὧν πρόθυμοι γεγενήμεθα, καὶ μὴ τοῖς τῶνδε λόγοις περιωσθῶμεν ἐν ὑμῖν, ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα οὐ λόγων τοὺς ἀγῶνας προθήσοντες ἀλλ' ἔργων, ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων βραχεῖα ἡ ἀπαγγελία ἀρκεῖ, ἁμαρτανομένων δὲ λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίγνονται. ἀλλ' ἢν οἱ ἡγεμόνες, ὥςπερ νῦν ὑμεῖς, κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας διαγνώμας ποιήσησθε, ἧσσόν τις ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις λόγους καλοὺς ζητήσει.

68 Τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι εἶπον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δικασταὶ νομίζοντες τὸ ἐπερώτημα σφίσιν ὀρθῶς ἕξειν εἴ τι ἐν τῷ

vid. 6, 91. 8, 53. ibique Schol. et de substantivo *κεφάλαιον* (kurzer Inbegriff) 4, 50. 6, 6. 87. conf. adn. ad 1, 40. init. Et verba *πρὸς τοὺς ξύμπαντας* cum Schol. intellige *τοὺς συμμάχους*. Porro exspectes *ἀλλ' ἢν οἱ ἡγεμόνες ποιήσωνται*. Verum sensus hic est: *ἀλλ' ἢν ἡγεμόνες ὑμεῖς ὄντες, ὥςπερ νῦν ὑμεῖς, διαγνώμας ποιήσησθε*. Sic *ὑμεῖς* ad sententiam tum primariam, tum interiectam pertinet, quod sentire veteribus tanto facilius fuit, quod interpunctionibus non assueti minus ea, quae sensu iuncta sunt, disiungebant, wenn Ihr Anführer (sc. vos et Lacedaemonii et quiqui principatus tenetis), wie *Ihr* jetzt thut, ein Urtheil ergehen lasset, in welchem Ihr in Einem Falle für alle Fälle ein Beispiel aufstellet etc.

68. *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι — ἐποιήσαντο οὐδένα*] Vulgo in his ita legitur: *διότι τόν τε ἄλλον χρόνον — καὶ ὅτε ὕστερον ἃ πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς, κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα, ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι — ἐποιήσαντο οὐδένα*. Quae verba ita supplendo explicare voluerunt Bred. et Popp.: *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι — νομίζοντες τὸ ἐπερώτημα — ὀρθῶς ἕξειν, διότι τόν τε ἄλλον χρόνον ἠξίουν δῆθεν αὐτοὺς κατὰ τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ τὸν Μῆδον σπονδὰς ἡσυχάζειν, καὶ ὅτε ὕστερον* (*ἠξίουν* vel *προείχοντο αὐτοῖς*), *ἃ πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς, κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα, ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι — ἀπέκτεινον* etc. Ubi vix dici potest, quam dura sit omissio verbi, quod omissum statuunt *ἠξίουν*, et quam ieiuna oratio, si iterandum esset *προείχοντο αὐτοῖς*, etiamsi hoc supplementum concedatur, quum suffecisset dicere *καὶ ὅτε ὕστερον πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς* etc. Minime autem hoc supplementum excusatur iis locis, quos Arn. protulit, 8, 27., ubi *ἀγωνίσασθαι* recte dicit bis cogitandum esse, quia eius rei necessitas adest, quam tamen suppletionem scriptor facillimam reddidit, verbum, quod suppleri debet, extremo loco ponens, et iam *ἀγωνίσασθαι* aeque facile trahatur ad *ἔξεστιν* et ad *ἔσται*. Hic autem nulla eiusmodi necessitas est. Quis enim dicat: als sie ihnen vorschlugen, was sie ihnen vorschlugen, nämlich neutral zu seyn, pro als sie ihnen vorschlugen, neu-

ἐμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθὸν πεπόνθασι, διότι τόν τε ἄλλον χρό-
ἠξίουν δῆθεν αὐτοὺς κατὰ τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ

zu seyn? Quod enim Arn. cum his comparat Herodot. 1, 91. ᾧ
τηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου, id minime aptum
Nam in tali formula, quali Herodotus hic usus est, ipsa praeci-
vis elocutionis sita est in repetendo post relativum verbo, quod
ıulto faciunt, quia sententiam magis definite efferre ingratum foret;
ıturque igitur ea repetitione verbi post relativum plerumque, ubi
aliquam odiosam esse significare volunt, aut in rebus futuris, quas
rte significare nolunt. v. Matth. §. 486. adn. 2. p. 909 sq. Herm.
Vig. p. 709. Quorum neutrum in hunc locum cadit. Neque hoc
m est, quod contra vulgatam praesentis loci formam mihi dicendum
Nego enim sequi potuisse ὡς οὐκ ἐδέξαντο, sed, ne oratio ab-
a et series verborum intercisa esset, sequi debuisse: οἱ δὲ (Pla-
nses sc.) οὐκ ἐδέξαντο. Quamquam Port., verba ὡς οὐκ ἐδέξαντο
ad sequentia ἡγούμενοι — ἔκσπονδοι εἶναι trahens, hunc verbo-
ordinem esse statuit: καὶ ὡς οὐκ ἐδέξαντο ἃ προείχοντο αὐτοῖς,
ὕστερον προείχοντο, πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι, κοινοὺς εἶναι κατ'
να. Sed Portum satis refellit Poppo: non enim collocationem enun-
ırum, qualis in verbis scriptoris est (ὅτε ὕστερον προείχοντο αὐτοῖς,
προείχοντο αὐτοῖς), a Porto immutandam fuisse in hunc ordinem
ροείχοντο αὐτοῖς et ὅτε ὕστερον προείχοντο. Et nimiam videri
; traiectionem, quum scriptor, si καὶ ὡς ἐδέξαντο copulari voluisset,
ıs καὶ ὡς ὕστερον, ὅτε — ἐκεῖνα, οὐκ ἐδέξαντο scripsisset. Et
ınnitatem laedi, quia in priori parte ambitus διότι τόν τε ἄλλον
ον οὐκ ἠξίουν ad Lacedaemonios spectant, quibus minus bene
ınantur καὶ ὕστερον ὡς οὐκ ἐδέξαντο (Plataeenses, mutato subiecto).
are nescio, addit Popp., an ὡς οὐκ ἐδέξαντο rectius ad sequentia
antur." Tertium est, quod verba τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει non
ılios possunt referri, quam ad Plataeenses. Si enim haec verba
renda essent ad Lacedaemonios, non βουλήσει (*consilio*, Entschluss),
ἀξιώσει (*postulatione*) scriptor dixisset. Id quod etiam Heilm. ad-
vit. Quartum, quod obloquor, hoc est: si verba ἡγούμενοι τῇ
ῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι
Lacedaemonios referuntur, absurdum est, quod inde consequitur.
ınim Lacedaemonii se ἐκσπόνδους esse existimarunt, non ea pot-
ratio esse, cur se iniuriam passos esse dicerent a Plataeensibus,
uscum non iam ἔνσπονδοι essent, quum qui ἔκσπονδοι sunt, non
ἔνσπονδοι, eos inter se hostiliter agere consentaneum sit. Itaque
i quidem persuaderi non potest, locum sanum esse. Vide num
orum aliquot in locum suum transpositione sanari possit, qualem
bendam curavi.

δῆθεν] significat, id quod sequitur, non esse scriptoris opinionem,
id quod suam causam tuentes Lacedaemonii adferrent. Mox ver-
πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι „respexit haud dubie, quod etiam Schol.
et, ad illa Archidami 2, 72. ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα
ὖν, καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων, δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους,
πολέμῳ δὲ μηδ' ἑτέρους." Duk. Et κοινοὺς est neutral zwischen
ın 'und Sparta, deinde κατ' ἐκεῖνα idem, quod κατὰ τὰς παλαιὰς
σανίου μετὰ τὸν Μῆδον σπονδάς, et ὡς ἔκσπονδοι ἤδη ausser
ındlichkeit der Verträge des Pausanias, quia a Thebanis coacti
ıniensium auxilium imploraverant, ipsis Spartanis iubentibus. v.
c. 3, 55. Quare Plataeenses addunt gemäss ihrem gerechten Ent-
usse, sive ut nos diceremus, was man ihnen nicht verdenken
ıte. Porro verba ἡγούμενοι — πεπονθέναι de Lacedaemoniis ac-

τὸν Μῆδον σπονδὰς ἡσυχάζειν καὶ ὅτε ὕστερον πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς, κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα, ἃ οὐκ ἐδέξαντο, ὡς τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη, ἡγούμενοι ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι αὖθις τὸ αὐτὸ ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἀγαθὸν ἐν τῷ πολέμῳ δεδρακότες εἰσίν, ὁπότε μὴ φαῖεν, ἀπάγοντες ἀπέκτεινον καὶ ἐξαίρετον ἐποιήσαντο οὐδένα. διέφθειραν δὲ Πλαταιῶν μὲν αὐτῶν οὐκ ἐλάσσους διακοσίων, Ἀθηναίων δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν, οἳ ξυνεπολιορκοῦντο· γυναῖκας δὲ ἠνδραπόδισαν. τὴν δὲ πόλιν ἐνιαυτὸν

cipienda sunt. Nam iis explicatur, cur recte se habere illam quaestionem arbitrati sint. Totius loci haec sententia est: angeblich, weil sie (die Lacedaemonier) verlangten, dass sie gemäss den alten Verträgen des Pausanias, geschlossen nach dem Mederkriege, sich ruhig verhalten sollten, sowohl in der übrigen Zeit, als auch zu der Zeit, da sie nachmals vor der Einschliessung der Plataeer in ihre Stadt, ihnen entboten, gemäss jenen Verträgen neutral zu bleiben, was die Plataeer nicht annahmen, als ausser Verbindlichkeit bereits der Verträge, was man ihnen nicht verargen könnte. Daher die Lacedaemonier glaubend, von ihnen Unrecht erlitten zu haben, jeden einzeln vorführen liessen und wiederum dieselbe Frage an ihn stellten etc. Et verba τὸ αὐτὸ — παραγαγόντες etc. sic accipienda sunt: ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ ἐρωτῶντες. Traiectio est verborum similis illi in Theocriteis Epigr. 19. Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε i. e. στᾶθι καὶ εἴσιδε Ἀρχίλοχον.

τὴν δὲ πόλιν] Quum urbs per annos circiter quadraginta in ruinis iacuisset, deinde per pacem Antalcidae restituta Ol. 98. (388.) rursus anno tertio ante pugnam Leuctricam, quae in Ol. 102, 2. (371.) incidit, a Thebanis eversa, sed a Philippo post proelium ad Chaeroneam i. e. post Ol. 110, 3. (338.) instaurata est. Ita Pausan. 9, 1. Plut. V. Aristid. 11. ab Alexandro, postquam Asia potitus erat, restitutam tradit. Etiam ante bello Persico a Xerxe incendio deleta fuerat. v. Diod. 11, 14. Duk. Mox ἐνιαυτὸν — τινά est *annum circiter*. „Τινά post numeralia respondet Britannico *some* (ut in some two), quod semper habet vim Latini *circiter*. Ἕνα hic relictum est supplendum, quod 6, 61. additum est: καί τινα μίαν νύκτα κατέδαρθον." Bloomf. Verba ἐς ἔδαφος ἐκ τῶν θεμελίων Popponi pleonasmus esse videntur, similis illi 3, 68. κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως. Et καταγώγιον exstruxerunt, „quia destructa urbe necesse fuit, ut hospitium instrueretur venturis forte ad venerandam Iunonem." Arn. Deinde iungenda sunt verba διακοσίων ποδῶν πανταχῇ, hoc sensu: von allen Seiten (im Quadrat) 200 Fuss lang. Et οἰκήματα sunt Gemächer, ut dixi ad 1, 134. Mox debebat scribere ἐπίπλοις, χαλκῷ καὶ σιδήρῳ. Verum, ut solet fieri, coepta in sententia interiecta constructio continuatur. Verba ἐν τῷ τείχει Popp. et alii convertunt *intra moenia* i. e. in urbe, cuius usus exemplum velim ex ullo scriptore monstrari. Atque hic aperte τὸ τεῖχος contrarie ponitur ὀροφαῖς et θυρώμασι, et narrat., quid ex his tribus materiae sumtum sit. Melius, opinor, cum Bloomfieldio intellexeris retinacula ferrea, quae opus lapideum firmabant; aes autem partim ornatui, partim usui ibidem in muro urbis fuisse. Certe verba τοῖς ἄλλοις non significant, ferramenta et aera item ex domibus privatorum desumta esse, quum intelligi non possint, nisi ita: *et reliquis, quae invenerant in muro* etc. Nisi forte sumas, τεῖχος in universum significare das Mauer-

*μέν τινα Θηβαῖοι Μεγαρέων ἀνδράσι κατὰ στάσιν ἐκπεπτωκόσι καὶ ὅσοι τὰ σφέτερα φρονοῦντες Πλαταιῶν περιῆσαν, ἔδοσαν ἐνοικεῖν· ὕστερον δὲ καθελόντες αὐτὴν ἐς ἔδαφος πᾶσαν ἐκ τῶν θεμελίων ᾠκοδόμησαν πρὸς τῷ Ἡραίῳ καταγώγιον διακοσίων ποδῶν πανταχῇ, κύκλῳ οἰκήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, καὶ ὀροφαῖς καὶ θυρώμασι τοῖς τῶν Πλαταιῶν ἐχρήσαντο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος, κλίνας κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν τῇ Ἥρᾳ, καὶ νεὼν ἑκατόμποδον λίθινον ᾠκοδόμησαν αὐτῇ. τὴν δὲ γῆν δημοσιώσαντες ἀπεμίσθωσαν ἐπὶ δέκα ἔτη, καὶ ἐνέμοντο Θηβαῖοι. σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ξύμπαν περὶ Πλαταιῶν οἱ Λακεδαιμόνιοι οὕτως ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο Θηβαίων ἕνεκα, νομίζοντες ἐς τὸν πόλεμον αὐτοὺς ἄρτι τότε καθιστάμενον ὠφελίμους εἶναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ Πλάταιαν ἔτει τρίτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ἐπειδὴ Ἀθηναίων ξύμμαχοι ἐγένοντο οὕτως ἐτελεύτησεν.*

werk (tum domuum, tum moenium), quod vix fuerit, qui comprobet. Quaeras, quid aere et ferro, quod in domibus privatorum erat, factum sit? Id valde probabile est, iam ab Plataeensibus, dum obsidebantur, variis usibus adhibitum esse.

*κλίνας*] Hos lectos destinatos fuisse opinor in usum ad sacra solennia confluentium hospitum. Bloomfieldii opinio est, fuisse institutos non templi causa, sed deversorii, ut advenae haberent, in quo quietem caperent, quod praeter hos grabatos peregrinatores, crassas paenulas gerentes, nulla alia re sub illo coelo indigerent. Ego vero dubito, num *καταγώγιον* ulla alia re instructum fuerit, nisi iis, quae hospitibus sufficerent a tempestate defendendis. Arn. Equidem mihi videor recte colligere ex multitudine materiae, quam in muro inventam esse probabile est, maiorem numerum lectulorum paratum esse, quam qui uni duobusve templis inserviret, itemque materiam, unde hi lecti facti sunt, rudiorem fuisse, quam quae sacris accommodata esset. Quare in sententiam Bloomfieldii inclino, quum praesertim plane non sit, cur cum Arnoldo sumamus, *καταγώγιον* illud tam nudum omnique instructione destitutum fuisse. Popp. negat, in urbis tam parvae muro tam multa retinacula fuisse, ut inde *κλῖναι* efficerentur. Is lectos totos e ferro factos esse putare videtur. Mox ad *ἑκατόμποδον* cogita *πανταχῇ*. Libri variant inter *ἑκατόμποδον* et *ἑκατόμπεδον*. v. Lobeck. ad Phryn. p. 546. adn. De Heraeo Plataeensium v. Herodot. 9, 52. Pausan. 9, 2, 5. Plut. V. Arist. 18. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 196. et Arn. docent, cur hoc templum non deletum fuerit.

*ἐπειδὴ Ἀθηναίων*] v. Pausan. 9, 6, 1. Herodot. 6, 108. Meier. de Bon. Damn. p. 53. adn. 166. Kluetz. de Foed. Boeot. p. 44 sqq. Conf. Thuc. 3, 61. extr. „Hoc foedus factum esse Ol. 65, 1. (520.) dicit Od. Muell. Dor. 1. p. 172. 184., at Ol. 65, 2. (519.) ponit Clinton. His obstare dicunt, quod Herodoto 6, 108. teste societas cum Atheniensibus iuncta sit regnante Cleomene, quem anno 491 mortuum idem Herodotus 5, 48. tradit, addens eum *οὐ πολλὸν χρόνον ἄρξαι*. Conf. Matth. Schultz. Appar. crit. rerum Gr. p. 22. Cuius libri censor in Bibl. Crit. *τρίτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ* pro *τρίτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ*, quod apud Thuc. est, legi voluit. At Clinton in Append. 3. p. 225. vers. Krueg. Cleomenem iam anno 519 regem fuisse, quamquam ab Herodoto 6, 108. in iis, quae de Plataeensibus in fidem Atheniensium traditis narrentur,

69 *Αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων αἱ Λεσβίοις βοηθοὶ ἐλθοῦσαι ὡς τότε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους, ἔκ τε τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι, καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες, πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν, καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ Κυλλήνῃ τρισκαίδεκα τριήρεις Λευκαδίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Βρασίδαν τὸν Τέλλιδος ξύμβουλον Ἀλκίδᾳ ἐπεληλυθότα. ἐβούλοντο γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὡς τῆς Λέσβου ἡμαρτήκεσαν, πλέον τὸ ναυτικὸν ποιήσαντες ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι στασιάζουσαν, δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον, πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικόν, ὅπως προφθάσωσι· καὶ παρεσκευάζοντο ὅ τε Βρασίδας καὶ ὁ Ἀλκίδας πρὸς ταῦτα.*

70 *Οἱ γὰρ Κερκυραῖοι ἐστασίαζον, ἐπειδὴ οἱ αἰχμάλωτοι ἦλθον αὐτοῖς οἱ ἐκ τῶν περὶ Ἐπίδαμνον ναυμαχιῶν ὑπὸ Κορινθίων*

non diserte *Rex*, sed tantum Cleomenes, Anaxandridae filius, dicatur, etiam loco Herodoti 3, 148. confirmare studet.“ Popp.

69. *ὡς τότε*] i. e. *quum eo, quo supra memoravi tempore* etc. Et verba *ἐκ τῶν Ἀθηναίων* etc. significant, Alcidam iam non solum a Salaminia et Paralo, sed etiam a navibus, post acceptum nuntium, naves Peloponnesiorum circa Delum versari, ex urbe missis in fuga pressum esse. Quare dicit *ἐπιδιωχθεῖσαι*, non *διωχθεῖσαι*, ut monui iam ad 3, 33. Mox ad *σποράδες* supple *γενόμεναι*. Paulo post structura haec est: *ἐβούλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι* (*ἐβούλοντο μὲν*), *δώδεκα ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων* (*ἐβούλοντο δὲ*), *ὅπως προφθάσωσι* i. e. *ἐβούλ. προφθάσαι* (conf. 3, 51.), *πρὶν πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικόν*. Quum posterioribus locis *ἐβούλοντο* repeti necesse non esset, *μέν* et *δέ* alio loco (illo, quo nunc sunt) poni opus fuit. Sin *ὅπως* post *βούλεσθαι* sequi nolis pro infinitivo, utrimque post *ἐβούλοντο* cogita *πλεῦσαι*. Obloquitur Popp., Lacedaemonios non ideo Corcyram navigare voluisse, ut pervenirent, priusquam Athenienses maiorem classem collegissent, sed sibi Corcyram conciliaturos fuisse, quod praevertissent. Recte; atque id tam lucidum est, ut scriptor non opus habuerit dicere *ὅπως προφθάσωσι καὶ τὴν πόλιν προσποιήσωνται*.

70. *ἐκ τῶν — ναυμαχιῶν*] vid. 1, 55. Mox *ὀκτακοσίων ταλάντων* etc. est. *quia octingenta talenta Corcyrensium hospites prius fideiusserant.* Genitiv. pendet a *διηγγυημένοι*. „Binae minae pretium erant, quo graviter armati milites, in pugna capti, inter Peloponnesios redimebantur. v. Herodot. 6, 79., ut pretium octingentorum talentorum pro ducentis ferme quinquaginta Corcyraeis (vid. 1, 55.) solutum incredibile videri possit. At tempore Demosthenis, quum solitum pretium redemtionis graviter armati militis non excedebat ternas ad quinas minas (v. Demosth. de Fals. Leg. p. 394. Reisk.), talentum traditur pretium fuisse privati hominis quamquam mediocrium fortunarum (v. Aeschin. de Fals. Leg. p. 274. R.), et legatus quidam Philippi narratur redemtus esse non minus novem talentis. (v. Epist. Philipp. ap. Demosth. p. 159. R.) Itaque ducentos quinquaginta ditissimorum civium Corcyrae i. e. opulentissimorum negotiatorum Graeciae (conf. 1, 25. 55.) credibile fit solvisse pretium paululum excedens terna talenta, quamquam pauperculus miles graviter armatus Peloponnesi, non plus possidens quam paulum agri, vulgo binis minis redemtus fuerit. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 77. 500.“ Arn. Aetatem Aeschinis et De-

ἀφεθέντες τῷ μὲν λόγῳ ὀκτακοσίων ταλάντων τοῖς προξένοις διηγγυημένοι, ἔργῳ δὲ πεπεισμένοι Κορινθίοις Κέρκυραν προςποιῆσαι. καὶ ἔπρασσον οὗτοι ἕκαστον τῶν πολιτῶν μετιόντες ὅπως ἀποστήσωσιν Ἀθηναίων τὴν πόλιν. καὶ ἀφικομένης Ἀττικῆς τε νεὼς καὶ Κορινθίας πρέσβεις ἀγουσῶν καὶ ἐς λόγους καταστάντων, ἐψηφίσαντο Κερκυραῖοι Ἀθηναίοις μὲν ξύμμαχοι εἶναι κατὰ τὰ ξυγκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι ὥςπερ καὶ πρότερον. καὶ ἦν γὰρ Πειθίας ἐθελοπρόξενός τε τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου προειστήκει, ὑπάγουσιν

mosthenis normam esse Thucydideae et pretium a temporibus, de quibus Herodotus loquitur, usque ad bellum Peloponnesiacum adeo auctum esse, sese credere negat Bloomf., qui propterea cum Valla *octoginta* talentorum summam redemtionis illorum Corcyrensium fuisse vult. Mox dativi τοῖς προξένοις sunt pro ὑπὸ τῶν προξένων. Deinde pro καὶ ξύμμαχοι exspectes καὶ ἐπίμαχοι. v. adn. ad 1, 44. In sequentibus haec structura est: καὶ Πειθίαν ὑπάγουσιν οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐς δίκην, ἦν γὰρ ἐθελοπρόξενός τε τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου προειστήκει. v. adn. ad 1, 72. De δήμου προστάταις v. Wachsm. Antt. Gr. 1, 2. Append. 1. p. 435. et de omni civitatis constitutione Corcyraeorum ibidem p. 92.

ἐθελοπρόξενος] Πρόξενοι, ut, quae a Grammaticis traduntur, universa complectar, homines dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hospitii ius cum alia civitate publicitus intercedebat: his id muneris erat praecipue iniunctum, ut sedulo prospicerent, ne quid publica istius civitatis res a civibus suis caperet detrimenti, legatos illius venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent, utque iis bene esset, procurarent. Valck. ad Ammon. de Diff. Vocab. p. 201. Προξένους conferas cum hominibus, quos nunc Residenten appellant, quatenus res peregrinae civitatis procurabant; quatenus autem in sua ipsorum civitate degentes negotia peregrinae civitatis curant, conferas eos cum viris, quos dicunt Handelsconsuln. Differentiam προξένου, ἐθελοπροξένου et ἰδιοξένου Poll. 3, 59. 60. explicat: καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἐθελοπρόξενος· ὁ μὲν πρόξενος, ὅταν πόλεως δημοσίᾳ προξενῇ τις ἐν ἄλλῃ πόλει (in sua ipsius civitate) ὤν, ὡς ὑποδοχῆς τε τῶν ἐκεῖθεν φροντίζειν καὶ προςόδου τῆς πρὸς τὸν δῆμον καὶ ἕδρας ἐν τῷ θεάτρῳ. (Conf. Greg. Cor. p. 552. Suid. in ἰδιόξενος.) ποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ ἐθελοπρόξενος, ὁ (οὐκ) ἀνάγραπτον τὴν προξενίαν ἔχων. Ἰδιόξενος δέ ἐστιν ὁ ἰδίᾳ τινὶ τῶν ξένων φίλῳ χρώμενος, ὡς Περικλῆς Ἀρχιδάμῳ (vid. 2, 13.) καὶ καταγωγῆς τε αὐτῷ προνοούμενος, καὶ τὰ ἄλλα συνδιοικούμενος, τῶν ἴσων δὲ καὶ αὐτός, εἴποτε παρ' ἐκεῖνον ἔλθοι, μεταλαμβάνων. Ubi Iungerm. legit οὐκ ἀνάγραπτον, ut qui ἑκὼν id munus susceperit, nullo *civitatis suae* peculiari iussu. Nam Kuhnio ἐθελοπρόξενος esse videtur, qui sua sponte alterius urbis legatos hospitio excipit, quamvis nondum *ab illa urbe* hospes agnitus sit, multo minus in tabulas publice relatum sit, hospitium cum illo contractum esse. „Quum vero, addit Kuhn., ius hospitii ἀνάγραπτον i. e. publico nomine perscriptum est in albo civitatis, tum demum fit πρόξενος.“ Cum Kuhnio consentiunt Wess. ad Diod. 13, 27. et Arn. Vol. 1. p. 259. Non item Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 731., qui ἐθελοπρόξενον eum intelligit, qui non sit *a sua civitate* alienae civitatis πρόξενος constitutus; προξένους eos, qui *a sua civitate* constituti sint, ut peregrinos curarent, qui proinde quodammodo magistratus fuerint. Idque ait significare Scholiastam Thucydidis ad praesentem locum: ἐθελοπρόξενος, ἀφ' ἑαυτοῦ γενόμενος καὶ μὴ κελευ-

αὐτὸν οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐς δίκην, λέγοντες Ἀθηναίοις τὴν Κέρκυραν καταδουλοῦν. ὁ δὲ ἀποφυγὼν ἀνθυπάγει αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους πέντε ἄνδρας, φάσκων τέμνειν χάρακας ἐκ τοῦ τε Διὸς τεμένους καὶ τοῦ Ἀλκίνου· ζημία δὲ καθ' ἑκάστην

σθεὶς ἐκ τῆς πόλεως. οἱ γὰρ πρόξενοι κελευόμενοι ἐκ τῆς ἑαυτῶν πόλεως ἐγένοντο. Attamen raros Boeckh. dicit esse hos proxenos magistratuum speciem habentes. His addo, aliquem Ulpianum ad Demosth. Mid. p. 374. πρόξενος — ἀπὸ τῆς πόλεως χειροτονούμενος ἐπὶ τῷ τοὺς πρεσβεύοντας ὑποδέχεσθαι testem rei a Boeckhio perhibitae advocare posse. Arn. p. 258. proxenos dicit munere suo gratis functos esse, quod aliter fuisse ex Inscriptione apud Mustoxidium Illustrazioni Corciresi (Mediol. 1811) Vol. 1. apparet: Ἔδοξε ταῖ Ἁλιαῖ, πρόξενον εἶμεν τᾶς πόλιος τῶν Κερκυραίων Φιλιστίωνα Θευδώρου Λόκρον, αὐτὸν καὶ ἐκγόνους· εἶμεν δὲ αὐτοῖς γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτασιν καὶ τὰ ἄλλα τίμια ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις γέγραπται· τὰν δὲ προξενίαν γράψαντας εἰς χάλκωμα ἀναθέμεν ὅπει κα δοκῇ προβούλοις προδίκοις καλῶς ἔχειν· τὸν δὲ ταμίαν δόμεν τὸ γενόμενον ἀνάλωμα· Φιλιστίωνα Θευδώρου Λόκρον...... Adde Inscriptiones nr. 1334. Vol. 1. Boeckh. C. I. p. 652 sq. nr. 1335. p. 653. nr. 1841. ibidem Vol. 2. nr. 1842. 43. 44. Praecipue digna est, quae hic memoretur, Inscr. nr. 1840., in qua fundi enumerantur, quos civitas Corcyrae in usum proxenorum paravit. Donatio ita fit, ut proxeni tantum usumfructum eorum agrorum, non dominium habeant. Conf. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 732. b. Hinc in illa inscriptione dicitur καρπεύειν ὅσα ἐπιτάδειοι ὦντι (pro ὅσα ἐπιτήδεων ᾖ αὐτοῖς). Enumerantur in ea nomina proxenorum, genus, modus et situs fundorum sc. arva, vineta etc. Proxeniam simul patet ex his inscriptionibus a parente in filium posterosque aliquando iure hereditario transiisse, sicut docuerat iam prius Koen. ad Greg. Cor. p. 552. Proxeniam alienae civitatis non raro principes viri suscipiebant, ut Nicias Syracusanorum teste Diod. 13, 56., Nymphodorus Atheniensium (Thuc. 2, 29.), Alexander Macedo, Amyntae fil., Atheniensium, Miltiades Lacedaemoniorum proxenus fuit, ut Koen. et Boeckh. monuerunt. Vid. Interpp. ad Hesych. s. v. πρόξενοι, Huellm. Init. H. Gr. p. 152. Valck. ad Ammon. 3, 10., ad Herodot. 6, 57. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 11. Wachsm. Antt. Gr. 1, 1. p. 122. C. Fr. Herm. Antt. Gr. p. 219. §. 116. Mox ἀποφυγών est *iudicio absolutus.*

καθ' ἑκάστην χάρακα] i. e. *statumina vitium*, nam ista significat ἡ χάραξ. v. Polluc. 1, 162. Thom. M. p. 911. ἡ χάραξ ἐπὶ ἀμπέλου — ὁ χάραξ ἐπὶ στρατοπέδου. v. Lobeck. ad Phryn. p. 61. Non autem ipsos palos sive canteria ex fano Iovis et Alcinoi, sed tantum materiam, unde statumina pararent, cecidisse cogitandi sunt, quantumvis Bloomf. obloquatur, qui me inscitiae rei arguit et talia statumina negat aliam fabricam requirere, quam ut rami poliantur et in altera parte extrema acuantur. Ego non memini, me usquam tales ramos laevigatos pro statuminibus usurpatos vidisse. In Germania et Francia fulcra faciunt vitibus ex ligno querno, qui pali durant quatuor annos, post quod temporis spatium, in utraque extremitate circumrasi et laevigati denuo fulciendis vitibus adhibentur, dum inversa extremitate humo figuntur. Haec statumina querna magni aestimantur: nihil magis afflixit vinitores in Campania Gallica, quam hi pali per milites foederatorum principum deleti, qui eis passim in alimentum ignium utebantur. Verum Heilm. quoque quaesivit, qui numerus palorum tantus excidi potuerit, ut, etiamsi multa singuli stateres aurei fuerint, quinque opulentissimi cives beatissimae insulae ad mendicitatem redigerentur? Ubi eum prae-

χάρακα ἐπέκειτο στατήρ. ὀφλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων διὰ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν, ὁ Πειθίας, ἐτύγχανε γὰρ καὶ βουλῆς ὤν, πείθει ὥςτε τῷ νόμῳ χρήσασθαι. οἱ δ' ἐπειδὴ τῷ τε νόμῳ ἐξείργοντο καὶ ἅμα ἐπυνθάνοντο τὸν Πειθίαν, ἕως ἔτι βουλῆς

terea errasse puto, quod non statumina, quorum multo maior numerus esse poterat, sed palos (Pfähle) caesos esse accepit (et quod ipsos palos, non palorum materiam). Nisi forte statuas, ad fanum vineta fuisse (nam ipse Thuc. 4, 90. ἄμπελον περὶ ἱερὸν memorat. v. Spanh. ad Callim. H. Pall. 61.), unde statumina auferrent, quae est Arnoldi opinio. „Illi, ait, quos Pithias persequebatur, conductores sacri agri, unde statumina tollebantur, fuisse putandi sunt et possessionem eius verisimile est eis a maioribus relictam esse, ita ut suum esse iudicarent propter longum usum et quasi praescriptione, sicut patricii Romani iniuriam sibi factam putabant, quum lex agraria eos possessione agri publici, quem per multas aetates, quamquam nulla lege usucapionis, sibi arrogaverant, cedere iussit. Itidem igitur nobiles Corcyraei, possessores sacri agri, quos consuevisse eo tanquam suo uti probabile est, quum repente accusati essent sacrilegii, quod caesis arboribus non suis, sed Dei, finem iuris excessissent, sicut patricii Romani non lege se defendere, sed vi, quae per iniuriam vindicaverant, tueri voluerunt." Bloomf. reos putat magno numero statuminum eguisse in suis vinetis, quae ampla videantur fuisse, quum Xen. H. Gr. 6, 2, 6. Corcyram uberem vino fuisse referat. Addere poterat Inscriptionem apud Boeckh. C. I. Vol. 2. nr. 1840., ubi vineta non solum in suburbanis urbis (ἐν τῷ πεδίῳ), sed etiam ἐν τᾷ νάσῳ i. e., ni fallor, in Ptychia insula. Hos palos igitur si per aliquot annos caedere ex alieno fundo, eodemque sacro continuaverint, pretium coniicit aestimatum ad normam eius numeri, quo per unum annum fraudulenter usi essent, maximam summam perficere potuisse. Bred. optimates reos ait videri permagnum numerum arborum cum palorum, tum statuminum in usum cecidisse, partim sibi, partim venditioni. Quod etsi cognitum fuerit, tamen aliquamdiu non animadversum a magistratu fuisse suspicatur, quia ubi non agatur reus, ibi iudicium nullum sit. „Fuitque fortasse, ait, in his potentibus familiis usitatus inde a longo tempore mos, ita quasi iure suo agere, quod delictum nullo cum eventu notari posset nisi ab adversariis ad insigne odium incensis eisdemque potentia minas exsequi valentibus. Quo ipso fieri potuit, ut numerus caesarum arborum valde incresceret." Conf. Mans. Spart. 2. Append. 4. p. 413. Porro stater et tetradrachmon idem sunt. Drachmae pretium aequat quinque nostrae monetae grossos et dimidium. Staterem intelligo argenteum Atticum. Nam stater aureus Atticus aestimabatur viginti drachmarum argenti. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 1. p. 16. 22. Sin stateribus aureis multati sunt (quod tamen Bloomfieldio minus probabile videtur, quia stater, nullo vocabulo addito, argenteum significare soleat, et aurei tam rarus usus sit, ut, si intelligeretur, adiectivum χρύσεος additum esset), multa efficitur in singula statumina quatuor imperialium et quindecim grossorum. Mox ὀφλόντων est *quum damnati essent.* Alii libri ὀφειλόντων, quod significaret *quum deberent.* v. Buttm. Gr. Ind. Verb. Anomal. Phryn. p. 463. Thom. M. p. 666. Et ὅπως ταξάμενοι etc. est *ut liceret sibi multam exsolvere pensionibus* sive in Fristen-Terminen.

βουλῆς] Miro errore vocem istam pro nominativo habens Suidas ex Scholiis scripsit: βουλῆς βουλῆντος κλίνεται παρὰ Θουκυδίδῃ· σημαίνει δὲ τὸν βουλευτήν. Id quod in lexica nostra manavit. Βουλῆς utro-

ἐστι, μέλλειν τὸ πλῆθος ἀναπείσειν τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους τε καὶ ἐχθροὺς νομίζειν, ξυνίσταντό τε καὶ λαβόντες ἐγχειρίδια ἐξαπιναίως ἐς τὴν βουλὴν ἐςελθόντες τόν τε Πειθίαν κτείνουσι καὶ ἄλλους τῶν τε βουλευτῶν καὶ ἰδιωτῶν ἐς ἑξήκοντα. οἱ δέ τινες τῆς αὐτῆς γνώμης τῷ Πειθίᾳ ὀλίγοι ἐς τὴν Ἀττικὴν τριήρη κατέφυγον ἔτι παροῦσαν. 71 δράσαντες δὲ τοῦτο καὶ ξυγκαλέσαντες Κερκυραίους εἶπον ὅτι ταῦτα καὶ βέλτιστα εἴη καὶ ἥκιστ' ἂν δουλωθεῖεν ὑπ' Ἀθηναίων, τό τε λοιπὸν μηδετέρους δέχεσθαι ἀλλ' ἢ μιᾷ νηὶ ἡσυχάζοντας, τὸ δὲ πλέον πολέμιον ἡγεῖσθαι. ὡς δὲ εἶπον, καὶ ἐπικυρῶσαι ἠνάγκασαν τὴν γνώμην. πέμπουσι δὲ καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας εὐθὺς πρέσβεις περί τε τῶν πεπραγμένων διδάξοντας ὡς ξυνέφερε καὶ τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας πείσοντας μηδὲν

que loco genitivus est. Verba *τῷ νόμῳ ἐξείργοντο* recte Schol. exponit: *ἐξέπιπτον τῆς βουλήσεως αὐτῶν*, *exciderunt auso*, ut pensionibus multam solverent lege iubente, ut praesens numeraretur. Quam veram esse interpretationem ipsa series narrationis docet. Qui *βουλῆς* supplent post *ἐξείργοντο*, ut sensus sit, reos curia exclusos esse, multo incommodius ex sequentibus id repetunt. Minus etiam accommodate Heilm. et Mans. Spart. 2. p. 81. 414. *ἐξείργοντο* intelligunt *patria expulsi sunt*. Manso praeterea in hoc lapsus est, quod Scholiastam dicit explicare, reos iure suffragii orbatos esse. At *βούλησις* non potest ius suffragii significare. Ad *τῆς αὐτῆς γνώμης* intellige *ὄντες*. v. Krueg. ad Dionys. p. 291.

71. *τό τε λοιπὸν — δέχεσθαι*] Supple *εἶπον*. De verbis *ἀλλ' ἢ μιᾷ νηί* v. Herm. ad Vig. p. 812. Porro recte Poppo accusativum *ἡσυχάζοντας* refert ad *τοὺς δεχομένους* (Corcyraeos), non ad *τοὺς δεχθέντας* coll. 2, 7. *τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας καὶ Ἀθηναίους δεχομένους μιᾷ νηί*. Deinde verba *ὡς ξυνέφερε* „sic intellige: sofort schickten sie auch Gesandte nach Athen, über das Gethane dort zu berichten, wie es ihr Vortheil forderte.“ Bred.

*τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας*] Thom. M. p. 281., ubi docet, *ἐκεῖ* locum, non autem motum significare, addit: *οἱ δὲ ἐναλλὰξ ἀμφότερα* (sc. *ἐκεῖ* et *ἐκεῖσε*) *γράφοντες ἁμαρτάνουσιν. Ὅμηρον γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους δοκίμους τῶν ποιητῶν καὶ Θουκυδίδην καὶ Πλάτωνα καὶ Δημοσθένην καὶ Ἀριστείδην εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, οὕτως ὡς ἔφημεν εὑρήσει χρωμένους*. Drakenb. adnotavit, Thucydidem tamen aliter h. l. locutum esse, ut qui *ἐκεῖ* cum verbo motum significante iunxerit. Poppo profitetur se dubitare, num *ἐκεῖ* apud probatos scriptores semper de commorando in loco ponatur, hoc certe loco *ἐκεῖ* ait satis natura perfecti excusari. v. Heind. ad Plat. Sophist. p. 427. coll. Matth. p. 1141 sq. et Thuc. 4, 14. *ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίαις ἐνέβαλλον*. 8, 11. *τὰ περὶ τὴν ἐν τῷ Πειραιῷ τῶν νεῶν καταφυγὴν ἠγγέλθη*. Similia sunt 3, 106. *ᾔσθοντο τοὺς ἐν Ὄλπαις Ἀμπρακιώτας ἥκοντας*. 1, 47. *ἦσαν δὲ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες*. Verbum *ἐμπίπτειν* Graeci nunquam aliter nisi cum *ἔν τινι* iungunt. v. Thuc. 7, 87. Interpp. ad Soph. Ant. 782. Herm. ad Tr. 1006. Mox *ἐπιστροφή* hunc sensum habet: *qui persuaderent, ne quid non accommodatum agerent, unde rerum conversio fieri posset* i. e. unde Corcyraei ab partibus optimatum, quas rei illi praevalidas in illa insula reddiderant, ad partes Atheniensium converterentur. Haec est *rerum conversio* (*ἐπιστροφή*). Ne cum Didotio intelli-

ἀνεπιτήδειον πράσσειν, ὅπως μή τις ἐπιστροφὴ γένηται. ἐλθόν- 72 των δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τούς τε πρέσβεις ὡς νεωτερίζοντας ξυλλαβόντες καὶ ὅσους ἔπεισαν κατέθεντο ἐς Αἴγιναν. ἐν δὲ τούτῳ τῶν Κερκυραίων οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα ἐλθούσης τριήρους Κορινθίας καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεων ἐπιτίθενται τῷ δήμῳ, καὶ μαχόμενοι ἐνίκησαν. ἀφικομένης δὲ νυκτὸς ὁ μὲν δῆμος ἐς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως καταφεύγει καὶ αὐτοῦ ξυλλεγεὶς ἱδρύθη καὶ τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα εἶχον· οἱ δὲ τήν τε ἀγορὰν κατέλαβον, οὗπερ οἱ πολλοὶ ᾤκουν αὐτῶν καὶ τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτῇ καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον. τῇ δ' ὑστε- 73 ραίᾳ ἠκροβολίσαντό τε ὀλίγα καὶ ἐς τοὺς ἀγροὺς περιέπεμπον

gas *animadversionem* (attention, considération, damit die Athener nicht aufmerksam gemacht werden), vetat vocula τις, quae sic abesse deberet.

72. ἐλθόντων δέ] Opineris, genitivum participii pro accusativo obiecti positum esse, sed quum alterum obiectum ad τοὺς πρέσβεις accesserit (καὶ ὅσους), genitivus e regulis syntaxis positus esse putandus est.

τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα] Hic potest non alius portus esse, quam qui hodie dicitur Porto Spilea, in septentriones obversus ab isthmo atque peninsula, in qua urbs sita est. Nomen habuisse videtur a fluvio Sta Barbara, qui in hunc portum exit, et quem Hyllum in antiquitate appellatum esse suspicor. Boeckh. C. I. Vol. 2. p. 23. nominatum putat ex tribu Ὑλλέων Dorica, in qua per omnes civitates Dorienses Heraclidae, et proinde etiam Bacchiadae, conditores Corcyrae, censebantur. Alii nomen derivant ab Hyllo, Herculis et Melitae filio. Apud Apollon. Rhod. 4. Argon. 1125. Ὑλλικὸς λιμὴν audit. Huic alter portus ex adverso iacet, orienti et continenti obversus, quemadmodum Thuc. describit. Conspirant pulchre dicta ab Homero Od. 6, 262. et Xenophonte. Falsum est, quod post Mansonem Spart. 2. p. 84. adn. Bred. dixit, portum Hyllaicum eundem portum videri, qui nunc Gouin dicitur, qui et remotior est ab arce, quae in quo colle sita fuit, eum ex Xenophonte H. Gr. 6, 2, 7. constat tantum quinque stadiis ab Urbe remotum fuisse, et tamen ex Thucydidis narratione liquet, arcem ad portum Hyllaicum sitam fuisse: narrat enim, populum una et portum et arcem una nocte obtinuisse, et portus Gouin dictus et ipse continenti atque orienti obversus est, quo tamen situ alter portus ad forum iacens ab Hyllaico portu discernitur. Adde quod c. 81. naves ex portu fori in Hyllaicum navigantes dicuntur περιπλεῦσαι, id quod revera fit navigando circum promontorium Sto Nicolò. Denique Scylax tres Corcyrae urbis portus fuisse tradit, quorum quem κάλλιστον dicit, eum probabile est portum fori, alterum Hyllaicum, tertium eum fuisse, qui ab austro et oriente urbis se inserit. Τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον ap. Thucydidem 3, 75. extr. puto eam insulam esse, quae nunc dicitur Condilonisi; Heraeum enim ipsum erat in dextro latere portus Hyllaici. Nam qui ex portu fori (circum promontorium St. Nicolai) in portum Hyllaicum navigant, proxime post superatum promontorium ad Heraeum deveniunt, ut patet ex narratione c. 81. Quae autem 4, 46. appellatur Ptychia insula, eam credibile est eandem esse, quam nunc dicunt St. Vido. Haec ut ad sensum oculorum demonstrarem, adieci tabulam Corcyrae expressam ex tabula adiecta Cardinalis Quirini Primordiis Corcyrae.

73. ἐς τοὺς ἀγρούς] Hi agri sunt eadem regio, quam Xen. l. c. dicit τὴν χώραν et Inscr. nr. 1840. ap. Boeckh. C. I. Vol. 2. τὸ πε-

*ἀμφότεροι τοὺς δούλους παρακαλοῦντές τε καὶ ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι· καὶ τῷ μὲν δήμῳ τῶν οἰκετῶν τὸ πλῆθος παρεγένετο ξύμμαχον, τοῖς δ' ἑτέροις ἐκ τῆς ἠπείρου ἐπίκουροι ὀκτακόσιοι.* 74 *διαλιπούσης δ' ἡμέρας μάχη αὖθις γίγνεται, καὶ νικᾷ ὁ δῆμος χωρίων τε ἰσχύι καὶ πλήθει προέχων· αἵ τε γυναῖκες αὐτοῖς τολμηρῶς ξυνεπελάβοντο βάλλουσαι ἀπὸ τῶν οἰκιῶν τῷ κεράμῳ καὶ παρὰ φύσιν ὑπομένουσαι τὸν θόρυβον. γενομένης δὲ τῆς τροπῆς περὶ δείλην ὀψίαν δείσαντες οἱ ὀλίγοι μὴ αὐτοβοεὶ ὁ δῆμος τοῦ τε νεωρίου κρατήσειεν ἐπελθὼν καὶ σφᾶς διαφθείρειεν, ἐμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας τὰς ἐν κύκλῳ τῆς ἀγορᾶς καὶ τὰς ξυνοικίας, ὅπως μὴ ᾖ ἔφοδος, φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας· ὥςτε καὶ χρήματα πολλὰ ἐμπόρων κατεκαύθη καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι, εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογὶ ἐπίφορος ἐς αὐτήν. καὶ οἱ μὲν παυσάμενοι τῆς μάχης ὡς ἑκάτεροι ἡσυχάσαντες τὴν νύκτα ἐν φυλακῇ ἦσαν· καὶ ἡ Κορινθία ναῦς τοῦ δήμου κεκρατηκότος ὑπεξανήγετο καὶ τῶν ἐπικούρων οἱ πολλοὶ ἐς τὴν ἤπειρον λαθόντες διεκομίσθησαν.* 75 *τῇ δ' ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικόστρατος ὁ Διιτρέφους Ἀθηναίων στρατηγὸς παραγίγνεται βοηθῶν ἐκ Ναυπάκτου δώδεκα ναυσὶ καὶ Μεσσηνίων πεντακοσίοις ὁπλίταις· ξύμβασίν τε*

*δίον* (*ἐν τῷ πεδίῳ*). Sita erat ab occasu urbis, inter urbem et Istonen montem. In eadem Inscript. memoratur *ἡ Ἡραΐς*, quae non potest alia regio esse, quam circuitus Heraei, quod c. 75. 81. memoratur. Praeterea ibidem hi loci insulae Corcyrae nominantur *πο* (*τ*) *τᾷ Κωμικοῦ*, *prope Comici* vel *aedes* vel *fundum*, ut interpretatur Boeckh. — *ἐν Σχινοῦρι*... *ἐν τῇ Ἀλλανίδι κώμᾳ* — *ἐμ Μολοχᾶντι* — *ἐν Μίνᾳ ἀπὸ τῶ πόρω ἐσχάτω* — *ἐπὶ Λιπάρᾳ*. Haec videntur nomina vicorum Corcyrae urbis.

74. *περὶ δείλην ὀψίαν*] i. e. um die Zeit des späten Nachmittages. v. Buttm. Lexil. 2. p. 185 sq. Mox *οἱ ὀλίγοι* sunt *optimates*. Propter verba *τοῦ νεωρίου* conf. Hom. Od. 6, 266.

*τὰς ξυνοικίας*] Aeschin. c. Timarch. p. 137. Reisk. *ὅπου μὲν γὰρ πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν· ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ, οἰκίαν.* Itaque *τὰς οἰκίας* praesenti loco refertur ad domos opulentorum, et *τὰς ξυνοικίας* ad domos tenuiorum civium, in quibus aliae partes ab aliis familiis tenebantur. Unde Thuc. addit *φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας* i. e. parcentes nec propriis domibus nec *ξυνοικίαις* pauperum vicinorum. Arn. v. Ammon. de Differ. Vocab. p. 102 sq. Valck. conf. Od. Muell. s. v. Attica ap. Ersch. et Grub. Encyclop. p. 240. et Plut. V. Sull. 1. Mox de verbis *ἐκινδύνευσε διαφθαρῆναι* v. Matth. p. 1044. b. et de *ὡς ἑκάτεροι* ibidem p. 1284.

ductus emendavi *προειδόμενος* et *ὥςτε αὐτός*. Quod autem attinet ad illum usum particularum *μή* et *μηδέ* pro *οὐ* et *οὐδέ* parum h. l. commodum, is hoc modo excusari posse videtur, quod scriptor, structura ad sensum facta, sic orationem continuasse putandus est, quasi non *ἀξιῶ* praecessisset, sed *προςήκει μοι προειδομένῳ αὐτῶν ξυγχωρεῖν* vel simile quid, post quod *μή* et *μηδέ* prorsus ex norma inferretur. Quae ratio tanto probabilior fiet cogitanti, etiam *ἡγεῖσθαι* sequi, quod item magis convenit cum *προςήκει μοι*, quam cum *ἀξιῶ*, quippe quo praemisso, si verum spectes, *ἡγεῖσθαι* supervacaneum sit, quia notio verbi *ἡγεῖσθαι* in ipso verbo *ἀξιῶ* per se inclusa est. „*Προϊδομένους* si desideres (nam tacent de nostro grammaticae), adi Lucian. Toxar. 39. Aristid. 1. p. 149. sive apud Phot. 2. p. 403. Sed etiam Schaef. Appar. Demosth. Vol. 2. p. 645.“ Popp. De sententia conferri possunt verba 1, 84. *παιδευόμενοι νομίζειν τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι καὶ τὰς προςπιπτούσας τύχας, οὐ λόγῳ διαιρετάς* et Periclis verba 1, 140. *ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι, ἢ καὶ τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων*. Ceterum Vall. interpretatus *contentionis insania* Stephano legisse videtur *μωρίᾳ φιλονεικιῶν*. Dein *τοῦτο παθεῖν* intellige *τὸ ἡσσᾶσθαι*. „Veteres editiones iungunt *ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν*, recentiores *ποιῆσαι, ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν — παθεῖν*. Popp. ait, si sententia esset *idem mecum sponte facere*, scribi debere *ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν*. At sensus potius hic est *idem mecum facere obsequentes sensui proprio recti verique*, facere nullo alio adigente nisi ipsorum iudicio. Idque ipsum verba *ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν* dicunt.“ Arn. Mox *χώρας περιῤῥύτου* poeticum sermonem attingit. Vid. Demetr. De Elocut. Sect. 113. p. 49. Schaefer. coll. Hom. Od. τ, 172. Herodot. 1, 174. Alcman. Fragm. 33. p. 50. Welck. Denique „Dio Cass. 2. p. 1005. imitans verba *ὄνομα ἓν κεκλημένους* dicit *ἓν ὄνομα κοινὸν κεκτημένους*. Neque tamen *κεκλημένους* sollicitandum. Vid. Matth. §. 420. p. 769. b.“ Popp.

Καμαριναίοις Μοργαντίνην εἶναι ἀργύριον ταχτὸν τοῖς Συρακοσίοις ἀποδοῦσιν· οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων ξύμμαχοι παρακαλέσαντες αὐτῶν τοὺς ἐν τέλει ὄντας εἶπον ὅτι ξυμβήσονται καὶ αἱ σπονδαὶ ἔσονται κἀκείνοις κοιναί. ἐπαινεσάντων δὲ αὐτῶν ἐποιοῦντο τὴν ὁμολογίαν, καὶ αἱ νῆες τῶν Ἀθηναίων ἀπέπλευσαν μετὰ ταῦτα ἐκ Σικελίας. ἐλθόντας δὲ τοὺς στρατηγοὺς οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν φυγῇ ἐζημίωσαν Πυθόδωρον καὶ Σοφοκλέα, τὸν δὲ τρίτον Εὐρυμέδοντα χρήματα ἐπράξαντο, ὡς ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν. οὕτω τῇ παρούσῃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι ἠξίουν σφίσι μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ δυνατὰ ἐν ἴσῳ καὶ τὰ ἀπορώτερα μεγάλῃ τε ὁμοίως καὶ ἐνδεεστέρᾳ παρασκευῇ κατεργάζεσθαι. αἰτία δ' ἦν ἡ παρὰ λόγον τῶν πλειόνων εὐπραγία αὐτοῖς ὑποτιθεῖσα ἰσχὺν τῆς ἐλπίδος.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Μεγαρῆς οἱ ἐν τῇ πόλει πιεζόμενοι 66 ὑπό τε Ἀθηναίων τῷ πολέμῳ ἀεὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον δὶς ἐςβαλ-

65. *Μοργαντίνην εἶναι*] Morgantine oppidum erat inter Syracusas et Catanen situm. Oppidum autem inter Syracusas et Catanen situm Camarinaei tenere non poterant, quare aut in nomine vel Morgantinae vel Camarinaeorum, pro quibus Catanaeos exspectaveris, necesse est erratum sit, aut praeter notissimam illam Morgantinam alius obscurior eiusdem nominis locus inter Syracusas et Camarinam fuerit oportet. Popp. Idem Motucae seu Motychae agri, de quo Mannert. Geogr. Sic. p. 342., nomen hic latere suspicatur. Aliam Morgantinen inter Syracusas et Camarinam sitam fuisse, Arnoldi opinio est, quia Morgetes quondam latum tractum terrae in interioribus Siciliae possederint. Idem sentit Bloomf., quia Catanaei neutrarum partium belligerantium fuisse videantur, quum Camarinaeos constet ex 3, 86. adversarios Syracusanorum extitisse. Schol. Morgantinen scribit *Σικελικὸν πόλισμα* fuisse, probante Bloomf., nam, ait, procul dubio condita fuit, sicut altera Morgantine ad Simaethum inter Syracusas et Catanam, a Morgetibus, populo Italiae, unde non multo post Siculos in Siciliam traiecerat, et partes quasdam interioris Siciliae occupaverat. Et Morgantinam illam, quae coniectura ponitur, suspicatur sitam fuisse alicubi in interioribus insulae, in confiniis agri Syracusarum et Camarinae. Addit alteram Morgantinam non recte a quibusdam ad ostia Simaethi poni.

*κἀκείνοις κοιναί*] Schol. *οἷον τοῖς Ἀθηναίοις, ἵνα, ἐάν τις βουληθῇ ἀπὸ Σικελίας πλεῦσαι κατ' αὐτῶν, συμβαλλόμενος Πελοποννησίοις, κωλύωσιν αὐτόν.* Bloomf. opinatur, inducias Leontinis, Rheginis et aliis sociis Atheniensium communes fuisse dici, id quod per pronomen *ἐκείνοις* non licet. Mox in verbis *τῇ τε παρούσῃ εὐτυχίᾳ* particulam *τε* cum Poppone abesse malis. Verba *τῶν πλειόνων εὐπραγίᾳ* Schol. recte explicat per *ἐν τοῖς πλείστοις πράγμασιν εὐπραγίᾳ*.

66. *Μεγαρῆς*] De turbis civilibus Megarensium, inde ab hoc cap. narratis v. Od. Muell. Dor. 2. p. 166 sqq. Reing. Megar. p. 149 sqq. 164 sqq. Alii libri deinde *ἐςβαλλόντων*, alii vel *ἐμβαλόντων* vel *ἐμβαλλόντων*. *Ἐμβάλλειν* apud Thuc. de irruptione in agrum hostilem dici, negat Popp. Conf. 3, 80. 89. 105. „Erat decreto publico cautum, ut *στρατηγοί* Atheniensium patrium iusiurandum iurantes insuper iurarent *ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι.* Plut. V. Pericl. c. 30.“ Duk. Unde Did. suspicatur, verbum *ἐμβάλλειν* ex

λόντων πανστρατιᾷ ἐς τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ τῶν σφετέρων φυγάδων τῶν ἐκ Πηγῶν, οἳ στασιασάντων ἐκπεσόντες ὑπὸ τοῦ πλήθους χαλεποὶ ἦσαν λῃστεύοντες, ἐποιοῦντο λόγους ἐν ἀλλήλοις ὡς χρὴ δεξαμένους τοὺς φεύγοντας μὴ ἀμφοτέρωθεν τὴν πόλιν φθείρειν. οἱ δὲ φίλοι τῶν ἔξω τὸν θροῦν αἰσθόμενοι φανερῶς μᾶλλον ἢ πρότερον καὶ αὐτοὶ ἠξίουν τούτου τοῦ λόγου ἔχεσθαι. γνόντες δὲ οἱ τοῦ δήμου προστάται οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἐσόμενον ὑπὸ τῶν κακῶν μετὰ σφῶν καρτερεῖν, ποιοῦνται λόγους δείσαντες πρὸς τοὺς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὺς Ἱπποκράτην τε τὸν Ἀρίφρονος καὶ Δημοσθένην τὸν Ἀλκισθένους, βουλόμενοι ἐνδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ νομίζοντες ἐλάσσω σφίσι τὸν κίνδυνον ἢ τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ σφῶν κατελθεῖν. ξυνέβησάν τε πρῶτα μὲν τὰ μακρὰ τείχη ἑλεῖν Ἀθηναίους, ἦν δὲ σταδίων μάλιστα ὀκτὼ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν Νίσαιαν τὸν λιμένα αὐτῶν, ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν ἐκ τῆς Νισαίας οἱ Πελοποννήσιοι, ἐν ᾗ αὐτοὶ μόνοι ἐφρούρουν βεβαιότητος ἕνεκα τῶν Μεγάρων, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄνω πόλιν πειρᾶσθαι ἐνδοῦναι· ῥᾷον δ' ἤδη ἔμελ-

formula illa iurisiurandi in praesentem locum transisse. Arn. comparat Arist. Ach. 761., ubi civis Megarensis conqueritur, sibi per has annuas irruptiones ne caput unum quidem allii relinqui. Addit, Acharnenses fabulam primum actam esse circ. octodecim mensibus ante res, quae hic narrantur i. e. Febr. 425. Adde Thuc. 2, 31. Paulo post τὸν θροῦν dicit *sermones*, *rumores*, ut docet Duk. ex adnotatione Graevii ad Lucian. Revivisc. p. 391. Rursus ita auctor 5, 7. 30. et saepius. Verba μετὰ σφῶν non possunt alio referri, quam ad τοὺς δήμου προστάτας, et τὰ κακά, quae dicit, sunt mala ab Atheniensium annuis incursionibus timenda, quibus demagogi verebantur ne plebs subigeretur. „Ea vexatio futurum esse putabant, ut ita plebem accenderet et simul deprimeret mentes eorum, ut cupidi futuri sint, otium quocunque modo redimendi, et vel revocandi exules optimates, et sic suos ipsorum ductores destituturi sint." Arn. Porro Strab. 9. p. 391. Nisaeam dicit a Megaris remotam fuisse δέκα καὶ ὀκτὼ σταδίους. Thucydidem ex Strabone corrigendum putat Mannert. Geogr. Gr. p. 344., quum Sponius Nisaeam a Megaris duo mill. Italica distare dicat. Contra ex Thucydide Strabonem correctum vult Reingan. Megar. p. 120 sq. 180., quia Foucherot. in delineatione Salaminis insulae et Gell. Itin. Gr. p. 16. cum Thucydide faciant. Bloomf., si quid mutandum sit, emendat δέκα ἢ ὀκτώ. Arn. Vol. 2. p. 396. octo stadia ait 227 cubitis (yards) minus intervallum esse, quam milliare Angl. At in ora maritima Megarae, qualis nunc est, non reperitur locus, quia Megara absit plus milliare Angl., neque locus, qui cogitari potest Nisaea fuisse, qui Megara absit minus milliare Angl. unum et dimidium. „Unde sequitur, addit, distantiam a Thucydide proditam magnas difficultates parere; et stadia illa octodecim Strabonis melius conveniunt cum statu, qualis repertus est, litoris et cum ipsa narratione Thucydidis, quam quod nunc apud eum legitur; certe Brasidam ad Megara accedentem latuisse facilius ad intelligendum est, si inter illum et Athenienses intervallum duorum mill. Angl. fuit, quam si modo 1533 cubitorum in planis terrarum." Mox de verbis ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν v. Matth. p. 999. Deinde verba αὐτοὶ μόνοι Schol. ita accipit: ἤτοι ἐκτὸς τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ὧν εἶχον ἔξωθεν τῆς Πελοποννήσου. Imo Peloponnesii soli, exclusis Megarensibus. Denique τὴν ἄνω πόλιν Megara dicit.

λον προςχωρήσειν τούτου γεγενημένου. οἱ οὖν Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ 67
ἀπό τε τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις,
ὑπὸ νύκτα πλεύσαντες ἐς Μινώαν τὴν Μεγαρέων νῆσον ὁπλί-
ταις ἑξακοσίοις ὧν Ἱπποκράτης ἦρχεν ἐν ὀρύγματι ἐκαθέζοντο,
ὅθεν ἐπλίνθευον τὰ τείχη καὶ ἀπεῖχεν οὐ πολύ· οἱ δὲ μετὰ
τοῦ Δημοσθένους τοῦ ἑτέρου στρατηγοῦ Πλαταιῆς τε ψιλοὶ καὶ
ἕτεροι περίπολοι ἐνήδρευσαν ἐς τὸν Ἐνυάλιον, ὅ ἐστιν ἔλασσον
ἄποθεν. καὶ ᾔσθετο οὐδεὶς εἰ μὴ οἱ ἄνδρες οἷς ἐπιμελὲς ἦν
εἰδέναι τὴν νύκτα ταύτην. καὶ ἐπειδὴ ἕως ἔμελλε γίγνεσθαι,
οἱ προδιδόντες τῶν Μεγαρέων οὗτοι τοιόνδε ἐποίησαν. ἀκάτιον
ἀμφηρικὸν ὡς λῃσταὶ ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν

67. *ἐπλίνθευον τὰ τείχη*] ut fecerant Athenienses antea lateres parando ex hac fossa, quum Minoam munirent 3, 51. Ea fossa erat in insula Minoa, sed *ἀπεῖχεν οὐ πολύ* sc. a longis muris, quos expugnaturi erant. De *περιπόλοις* sive circitoribus dixi ad 2, 46. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 305. b. negat hos *περιπόλους* esse ephebos. „Nam si ephebi, ait, *περίπολοι* fuerunt, non ideo omnes *περίπολοι* sunt ephebi. *Περίπολοι* sunt *circitores*, *speculatores*, quibus opus cuive exercitui, etiamsi nulli ephebi adsint: quos *περιπόλους* quum Thucydides cum *ψιλοῖς Πλαταιεῦσι* componat et hoplitis opponat, patet illos *περιπόλους* fuisse leviter armatos, quum tamen ephebi panoplia usi sint.“ Idem sentire videtur Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 401. 48. b. Mox *τὸν Ἐυάλιον* habet Lugd. cum glossa *τοῦ Ἄρεος ναόν*, F. *τὴν Ἐν.* Mosqu. *τὸ Ἐνάλιον.* Popponi legendum videtur *τὸ Ἐνυάλιον* sive (coll. Lobeck. ad Phryn. p. 370.) *Ἐνυαλιεῖον.* Haack. *τὸν Ἐνυαλίου* aliquando coniiciebat. Dixeram, morem fuisse veterum, deum pro dei templo ponere, quare hic *τὸν Ἐνυάλιον* idem significare putaram quod *τὸ ἱερὸν τοῦ Ἐνυαλίου.* Respondit Popp., „nisi dubia verba *παρὰ τοῦ Νίσου* 4, 118. huc referas, nusquam alibi ita loqui Thucydidem.“ Tametsi quum memorati usus in antiquitate tam multa exempla sint (v. adn. ad 4, 118.); quid vetat, ne Thucydidem quoque eius participem faciamus? Et Popp. oblitus est *τὸν Μαλόεντα.* Gravius est, quod idem addit, *ὅς* non *ὅ* sequi debuisse, nisi forte quis dicat, structuram ad sensum factam esse. „At difficultas praesentis loci inest in praepositione *ἐς*, quia non verum est, nomen dei sic usurpari, ut prorsus synonymum sit cum templo eius. Quum loquuntur de cultu dei et de templo eius oraculi obtinendi causa adito, consentaneum est, scriptores loqui de deo tanquam persona; at tum oratio conformatur convenienter cum notione personae dei, et praepositio *παρά* usurpatur loco praepositionis *ἐς*, ut aditus ad praesentem deum significetur.“ Non probo, nam sicut *ἐς βασιλέα* dictum reperimus pro *in regiam*, ita *ἐς τὸν Ἐνυάλιον* dicere licebit pro *παρὰ τὸν Ἐνυάλιον*, nec *παρά* hic aptum esset, quum non adirent Enyalium, sed in eius fano se absconderent. Ceterum Enyalium hoc non in Minoa, sed in continente situm fuisse, apparet ex proxime narratis, et erat *ἔλασσον ἄποθεν*, sc. a longis muris, quos tunc aggressuri erant, non a Megaris, cuius urbis aggressionem demum c. 68. post captos longos muros (*ἑαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν*) narrare instituit. Fallitur ergo Reingan. Megar. p. 34. Deinde *ἀκάτιον ἀμφηρικόν* Schol. interpretatur *πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεσσόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίᾳ ἐρέττει.* Memorat vocem Pollux 1, 82.

*ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες*] i. e. *quum ex longo inde tempore portam aperiendam sive per largitionem sive alio persuadendi modo curassent, ut piraticam factitantes.* Hoc ideo iis commodum praesenti occa-

τῶν πυλῶν εἰώθεσαν ἐπὶ ἁμάξῃ πείθοντες τὸν ἄρχοντα διὰ τῆς τάφρου κατακομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν· καὶ πρὶν ἡμέραν εἶναι πάλιν αὐτὸ τῇ ἁμάξῃ κομίσαντες ἐς τὸ τεῖχος κατὰ τὰς πύλας ἐσῆγον, ὅπως τοῖς ἐκ τῆς Μινώας Ἀθηναίοις ἀφανὴς δὴ εἴη ἡ φυλακή, μὴ ὄντος ἐν τῷ λιμένι πλοίου φανεροῦ μηδενός. καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ἤδη ἦν ἡ ἅμαξα, καὶ ἀνοιχθεισῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς ὡς τῷ ἀκατίῳ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐγίγνετο γὰρ ἀπὸ ξυνθήματος τὸ τοιοῦτον, ἰδόντες ἔθεον δρόμῳ ἐκ τῆς ἐνέδρας, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ξυγκλῃσθῆναι πάλιν τὰς πύλας καὶ ἕως ἔτι ἡ ἅμαξα ἐν αὐταῖς ἦν κώλυμα οὖσα προσθεῖναι· καὶ αὐτοῖς ἅμα καὶ οἱ ξυμπράσσοντες Μεγαρῆς τοὺς κατὰ τὰς πύλας φύλακας κτείνουσι. καὶ πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Δημοσθένην Πλαταιῆς τε καὶ περίπολοι ἐσέδραμον οὗ νῦν τὸ τροπαῖόν ἐστι, καὶ εὐθὺς ἐντὸς τῶν πυλῶν, ᾔσθοντο γὰρ οἱ ἐγγύτατα Πελοποννήσιοι, μαχόμενοι τοὺς προσβοηθοῦντας οἱ Πλαταιῆς ἐκράτησαν, καὶ τοῖς τῶν Ἀθηναίων ὁπλίταις ἐπιφερομένοις βεβαίους τὰς πύλας παρέσχον. 68 ἔπειτα δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἤδη ὁ ἀεὶ ἐντὸς γιγνόμενος χωρεῖ ἐπὶ τὸ τεῖχος.

sione accidebat, quod, si tunc ipsum primum aperiendam curassent, praefectum militarem, qui aperiri sinebat, magis intentum observatores habituri fuissent. Sic vero cum in consuetudinem abiisset, res a praefecto negligebatur. Porta autem, quam simulati illi piratae recludendam curaverunt, non fuit Megarae aut Nisaeae, sed longorum murorum, in quibus per insidias occupandis Athenienses tum maxime versabantur. Id hinc quoque patet, quod praefectum militarem Peloponnesiorum Nisaeae, qui unus ibi imperabat, precibus adeunt. Naviculam noctu *διὰ τῆς τάφρου* ad mare transportant: quippe per fossam, quae praeter longum murum ducta erat, in qua fossa minus periculi erat ne conspiceretur. Hinc ad mare perveniebat, ubi in litore extra portum Nisaeae in aquam immittebatur, ne ab Atheniensibus interciperetur, qui in Minoa stationem habentes aditus in portum potentes essent. Pergit scriptor *ὅπως ἀφανὴς εἴη ἡ φυλακή* i. e. damit die in Minoa stehenden Athener nicht wissen möchten, wovor sie sich in Acht zu nehmen hätten. Optime explanat Schol. *καὶ αὖθις πρὸς ἡμέρας ἀνέφερον αὐτὸ ἐς τὸ τεῖχος, ὅπως ἀφανὲς δῆθεν ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις τί χρὴ φυλάττεσθαι. οὐ γὰρ ὄντος οὐδενὸς ἐν τῷ Μεγαρικῷ λιμένι πλοίου φανεροῦ, διὰ τὸ ἐντὸς τειχῶν μεθ' ἡμέραν κρύπτεσθαι τὸ ἀκάτιον, ἄπορον ἦν γνῶναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑφ' ὧντινων λῃστεύονται.* Et *ἐν τῷ λιμένι* ait, sc. inter Minoam et Nisaeam. v. Thuc. 3, 51. Mox in verbis *ἤδη ἦν — καί* Reisk. pro *ἤδη* coniecit *ἧδε*. „Sed *ἤδη* cohaeret cum proximo *καί*. Conf. Bornem. ad Xen. Anab. 4, 2, 12.“ Popp. Ad *προσθεῖναι* supple *τὰς θύρας*. Deinde in verbis *τοὺς κατὰ τὰς πύλας φύλακας* articulum *τάς* Haack. ex aliquot libris inseruit; recte: nam „*κατὰ πύλας* aut *in singulis portis* significaret, aut *in aliqua porta*, ut 2, 4. 5, 7.“ Popp. Verbis *ᾔσθοντο γάρ* „explicatur verbum *μαχόμενοι*, *quamquam necopinato superveniebant, Athenienses non sine certamine porta potiebantur, nam Peloponnesiorum praesidium temporis consmen animadvertebat, ut aliquantisper resisteret.*“ Arn.

68. *ἐπὶ τὸ τεῖχος*] i. e. *ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις* longi muri. v. Thuc. 3, 22. *τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπὶ τὸ τεῖχος ὥρμησεν*, ubi v. adn. Verborum *φοβηθέντες — νομίσαντες* structura aut deleto *τε* post *νυκτί* haec

καὶ οἱ Πελοποννήσιοι φρουροὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀντισχόντες ἠμύνοντο ὀλίγοι, καὶ ἀπέθανόν τινες αὐτῶν, οἱ δὲ πλείους ἐς φυγὴν κατέστησαν φοβηθέντες, ἐν νυκτί τε πολεμίων προςπεπτωκότων καὶ τῶν προδιδόντων Μεγαρέων ἀντιμαχομένων, νομίσαντες τοὺς ἅπαντας σφᾶς Μεγαρέας προδεδωκέναι. ξυνέπεσε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γνώμης κηρῦξαι τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα. οἱ δ᾽ ὡς ἤκουσαν, οὐκέτι ἀνέμενον, ἀλλὰ τῷ ὄντι νομίσαντες κοινῇ πολεμεῖσθαι κατέφυγον ἐς τὴν Νίσαιαν. ἅμα δὲ ἕῳ ἑαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει Μεγαρέων θορυβουμένων οἱ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πράξαντες καὶ ἄλλοι μετ᾽ αὐτῶν, πλῆθος ὃ ξυνῄδει, ἔφασαν χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας καὶ ἐπεξιέναι ἐς μάχην. ξυνέκειτο δὲ αὐτοῖς τῶν πυλῶν ἀνοιχθεισῶν ἐςπίπτειν τοὺς Ἀθηναίους, αὐτοὶ δὲ διάδηλοι ἔμελλον ἔσεσθαι, λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι, ὅπως μὴ ἀδικῶνται. ἀσφάλεια δὲ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγίγνετο τῆς ἀνοίξεως· καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος κατὰ τὸ ξυγκείμενον τετρακιςχίλιοι ὁπλῖται

est: *φοβηθέντες ἐν νυκτὶ πολεμίων προςπεπτωκότων, καὶ τῶν προδιδόντων Μεγαρέων ἀντιμαχουμένων νομίσαντες* etc., aut servato *τε* haec: *φοβηθέντες, ἐν νυκτί τε πολεμίων προςπεπτωκότων καὶ, τῶν προδιδόντων Μεγαρέων ἀντιμαχουμένων, νομίσαντες* etc. Hoc alterum si sequaris, cum Haackio duo fontes timoris Peloponnesiorum statuendi sunt, alter quod impetus ab hostibus nocturnus fiebat, alter quod putabant, cunctos Megarenses se prodidisse. Haec duo coordinata sunt, alterum elatum per genitivum consequentiae, alterum per participii nominativum: *νυκτί τε προςπεπτωκότων — καὶ νομίσαντες.* v. adn. ad 4, 29. init. Eius autem opinionis de proditione cunctorum Megarensium causa interponitur verbis *τῶν προδιδόντων Μεγαρέων ἀντιμαχουμένων.* Itaque *καί* iungendum est cum *νομίσαντες.* Paulo post ordo verborum hic est: *τὸν βουλόμενον Μεγαρέων ἰέναι θησόμενον* (i. e. *καὶ τίθεσθαι*) *ὅπλα μετὰ Ἀθηναίων.* De formula *τίθεσθαι τὰ ὅπλα* v. adn. ad 2, 2. Schoem. Obss. p. 13. ita interpretatur: *proclamavit, ut, cui videretur, iret Atheniensibus se iuncturus.* De formula *ὁ βουλόμενος* v. Locell. ad Xen. Ephes. p. 168. Reisk. Indic. Graec. Demosth. p. 166. Infinitivus *ἰέναι* pendet a *κηρῦξαι,* quia in *κηρύσσειν* sensus inest verborum *κηρύξαντα κελεῦσαι.* v. Schoem. l. c. p. 14 sq. „Talis proclamatio, opinor, fiebat, ubi urbs occupata erat non invita parte civium, ut Thebae 2, 2.“ Bloomf.

*ἑαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν*] Longos muros intelligit. Hinc demum narratur de conamine in ipsam urbem Megaram facto. Verba *ἄλλοι μετ᾽ αὐτῶν, πλῆθος* „intelligi et defendi possunt, si *πλῆθος* etc. per appositionem accipias. Tamen Abreschii et Reiskii coniectura *ἄλλο μετ᾽ αὐτῶν πλῆθος, ὃ ξυνῄδει* tam facilis et cuivis obvia est, ut si vel uno et altero probato codice niteretur, non dubitarem eam recipere.“ Haack. Mox legebatur *οἱ τὴν νύκτα πορευόμενοι,* at *οἱ* om. nonnulli libri, nec ferri potest articulus, quum sensus esse debeat *equites nocturno itinere advenerant,* cum articulo hic sit: *ii equites, qui noctu iter faciebant, advenerant.* Dein est *ἀνοίγειν τὰς πύλας* sc. Megarae, et *λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι,* „quod nullam suspicionem excitaturum erat, nam ad omne opus contentione laboriosum ungebantur.“ Arn. Paulo post Bekk. *οὐδὲ ἐς κίνδυνον* malebat.

τῆς Μεγαρίδος ὄνομα τοῦτο ἔχουσα ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Γερανείᾳ, καὶ αὐτὸς ἔχων ἦλθεν ἑπτακοσίους μὲν καὶ δισχιλίους Κορινθίων ὁπλίτας, Φλιασίων δὲ τετρακοσίους, Σικυωνίων δὲ ἑξακοσίους, καὶ τοὺς μεθ' αὐτοῦ ὅσοι ἤδη ξυνειλεγμένοι ἦσαν, οἰόμενος τὴν Νίσαιαν ἔτι καταλήψεσθαι ἀνάλωτον. ὡς δὲ ἐπύθετο, ἔτυχε γὰρ νυκτὸς ἐπὶ τὸν Τριποδίσκον ἐξελθών, ἀπολέξας τριακοσίους τοῦ στρατοῦ πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι προςῆλθε τῇ τῶν Μεγαρέων πόλει λαθὼν τοὺς Ἀθηναίους ὄντας περὶ τὴν θάλασσαν, βουλόμενος μὲν τῷ λόγῳ καὶ ἅμα εἰ δύναιτο ἔργῳ τῆς Νισαίας πειρᾶσαι, τὸ δὲ μέγιστον, τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν ἐςελθὼν βεβαιώσασθαι. καὶ ἠξίου δέξασθαι σφᾶς, λέγων ἐν ἐλπίδι εἶναι ἀναλαβεῖν Νίσαιαν.

71 αἱ δὲ τῶν Μεγαρέων στάσεις φοβούμεναι, οἱ μὲν μὴ τοὺς φεύγοντας σφίσιν ἐςαγαγὼν αὐτοὺς ἐκβάλῃ, οἱ δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο ὁ δῆμος δείσας ἐπιθῆται σφίσι, καὶ ἡ πόλις ἐν μάχῃ καθ' αὑτὴν οὖσα ἐγγὺς ἐφεδρευόντων Ἀθηναίων ἀπόληται, οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἀμφοτέροις ἐδόκει ἡσυχάσασι τὸ μέλλον περιιδεῖν· ἤλπιζον γὰρ καὶ μάχην ἑκάτεροι ἔσεσθαι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν προςβοηθησάντων, καὶ οὕτω σφίσιν ἀσφαλεστέρως ἔχειν, οἷς τις εἴη εὔνους, κρατήσασι προςχωρῆσαι. ὁ δὲ Βρασίδας ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀνεχώρησε πάλιν ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα.

72 Ἅμα δὲ τῇ ἕῳ οἱ Βοιωτοὶ παρῆσαν, διανενοημένοι μὲν καὶ πρὶν Βρασίδαν πέμψαι βοηθεῖν ἐπὶ τὰ Μέγαρα ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος τοῦ κινδύνου, καὶ ἤδη ὄντες πανστρατιᾷ Πλαταιᾶσιν, ἐπειδὴ δὲ καὶ ἦλθεν ὁ ἄγγελος, πολλῷ μᾶλλον ἐῤῥώσθησαν, καὶ ἀποστείλαντες διακοσίους καὶ δισχιλίους ὁπλίτας καὶ ἱππέας ἑξακοσίους τοῖς πλείοσιν ἀπῆλθον πάλιν. παρόντος δὲ ἤδη ξύμπαντος τοῦ στρατεύματος, ὁπλιτῶν οὐκ ἔλασσον ἑξακισχιλίων, καὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν μὲν ὁπλιτῶν περὶ τὴν Νίσαιαν ὄντων καὶ τὴν θάλασσαν ἐν τάξει, τῶν δὲ ψιλῶν ἀνὰ τὸ πεδίον ἐσκεδασμένων, οἱ ἱππῆς οἱ τῶν Βοιωτῶν ἀπροςδοκήτοις ἐπιπεσόντες τοῖς ψιλοῖς ἔτρεψαν ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ἐν γὰρ τῷ πρὸ τοῦ οὐδεμία βοή-

Geraneae orientalem. Vid. Reingan. Megar. p. 106 sqq. De verbis *ἐν ἐλπίδι εἶναι ἀναλαβεῖν* v. Matth. p. 951. init.

71. *οἱ μέν*] i. e. ii, qui imperio populari studebant, — *οἱ δέ* i. e. inimici popularis imperii et amici exulum. v. cap. 66.

*οἷς τις εἴη εὔνους*] Laur. D. E. I. corr. Cl. *οἷς. τι εἴη εὔνουν* D. I. *τισιν εὔνους* E. cum *ὅς* super *οἷς* et *τις* s. v. Vulgo *ὅς τις*. Correxit Heilm. „Scripseris etiam *ὅςτις εἴη εὔνους, κρατήσαντι*." Popp.

72. *ἐν γὰρ πρὸ τοῦ*] His verbis explicatur, cur equites Boeotorum leviter armatis Atheniensium supervenire necopinato potuerint. Mox Aem. Port. *προςελάσαντας* coniecit, cui coniecturae Popp. dixit obstare proximum *καὶ ἀποκτείναντες*. Vulgatam ita tuetur: „sententia est, ait, Athenienses prope Nisaeam, quam tenebant, consulto se recepisse, ut hostes eodem pellicerent." Dativum *πρὸς αὐτῇ τῇ Νισαίᾳ* requiri Arn. ait, nam verbum *προςελάσαντες*, quum impetum equitatus significat, non posse alium sensum habere, quam *impetum in hostes facere*. Boeoti Athenienses Nisaeam usque propulerant, quum

θειά πω τοῖς Μεγαρεῦσιν οὐδαμόθεν ἐπῆλθεν. ἀντεπεξελάσαντες δὲ καὶ οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐς χεῖρας ᾔεσαν, καὶ ἐγένετο ἱππομαχία ἐπὶ πολύ, ἐν ᾗ ἀξιοῦσιν ἑκάτεροι οὐχ ἥσσους γενέσθαι. τὸν μὲν γὰρ ἵππαρχον τῶν Βοιωτῶν καὶ ἄλλους τινὰς οὐ πολλοὺς πρὸς αὐτὴν τὴν Νίσαιαν προσελάσαντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἀποκτείναντες ἐσκύλευσαν, καὶ τῶν τε νεκρῶν τούτων κρατήσαντες ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν καὶ τροπαῖον ἔστησαν· οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ βεβαίως οὐδέτεροι τελευτήσαντες ἀπεκρίθησαν, ἀλλ' οἱ μὲν Βοιωτοὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν Νίσαιαν.

73 Μετὰ δὲ τοῦτο Βρασίδας καὶ τὸ στράτευμα ἐχώρουν ἐγγυτέρω τῆς θαλάσσης καὶ τῆς τῶν Μεγαρέων πόλεως, καὶ καταλαβόντες χωρίον ἐπιτήδειον παραταξάμενοι ἡσύχαζον, οἰόμενοι σφίσιν ἐπιέναι τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τοὺς Μεγαρέας ἐπιστάμενοι περιορωμένους ὁποτέρων ἡ νίκη ἔσται. καλῶς δὲ ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν, ἅμα μὲν τὸ μὴ ἐπιχειρεῖν προτέρους μηδὲ μάχης καὶ κινδύνου ἑκόντας ἄρξαι, ἐπειδή γε ἐν φανερῷ ἔδειξαν ἑτοῖμοι ὄντες ἀμύνεσθαι, καὶ αὐτοῖς ὥσπερ ἀκονιτὶ τὴν νίκην δικαίως ἂν τίθεσθαι, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ πρὸς τοὺς Μεγαρέας ὀρθῶς ξυμβαίνειν. εἰ μὲν γὰρ μὴ ὤφθησαν ἐλθόντες, οὐκ ἂν ἐν τύχῃ γίγνεσθαι σφίσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἂν ὥσπερ ἡσσηθέντων στερηθῆναι εὐθὺς τῆς πόλεως· νῦν δὲ κἂν τυχεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουληθέντας ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ἀμαχεὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς ὧν ἕνεκα ἦλθον. ὅπερ καὶ ἐγένετο. οἱ γὰρ Μεγαρῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο μὲν παρὰ τὰ μακρὰ

hi conversa acie vicissim illos incurrerunt et nonnullos occiderunt. Idem monet, *βεβαίως* cum *τελευτήσαντες* iungendum esse; *cum eventu, qui certamen decerneret, non discesserunt.*

73. *περιορωμένους*] Veteres Grammatici explicant per *καραδοκοῦντας, προσδοκῶντας.* v. Wess. ad Diod. 13, 4. Verba *ἅμα μέν* respondent sequentibus *ἐν τῷ αὐτῷ δέ.* „Cum Lacedaemonii animadvertissent, Megarenses circumspectare, qui victurus esset, ut ad eum ipsi concederent, utrumque bene sibi successurum putarunt, et cunctationem, donec illi aggrederentur, quum ipsi ad pugnam se paratos esse ostendissent, et victoriae opinionem, si forte Athenienses vel ipsi proelium detrectarent; eandem autem ob causam etiam cum Megarensibus bene pacem se inituros sperabant." Haack. Deinde in his: *οὐκ ἂν ἐν τύχῃ γίγνεσθαι* verbum impersonaliter accipiendum, hoc sensu: *eventum sibi non incertum et ancipitem futurum fuisse, sed quasi victi essent, statim se urbem Megarensium amissuros fuisse.* Et genitivus *ἡσσηθέντων* pro nominativo positus, quem structura postulat. Idem enim subiectum participii est, quod infinitivi *στερηθῆναι.* Verba *κἂν τυχεῖν μὴ βουληθέντας* Arn. convertit might chance to be unwilling i. e. *evenire posse ut nolint* et provocat ad Matth. §. 553. δ. p. 1085. Mox *ἀμαχεί* optimi libri pro vulgata *ἀμαχητί.* „Omnibus his locis Thucydidis 1, 143. 5, 7. 7, 14. 8, 105. est *ἀμαχεί.*" Duk. conf. Blomf. ad Aesch. Prom. 216.

*οἱ γὰρ Μεγαρῆς — ἐς λόγους ἔρχονται*] Vulgo verbis *οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ* etc. novum caput incipiebant. Perperam; nam series orationis haec est: *οἱ γὰρ Μεγαρῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι* etc. — *οὕτω δή* — *οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς — ἀνοίγουσι τὰς πύλας.*

τείχη ἐξελθόντες, ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοὶ μὴ ἐπιόντων, λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοὶ μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίν-

Subiectum sententiae primariae, quia multa interposita sunt, post haec verba interposita alio modo et quidem accuratius definitum repetitur: *οἱ Μεγαρῆς — οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς.* Conf. 1, 18. *ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναίων τύραννοι κατελύθησαν — μετὰ δὲ τῶν τυράννων κατάλυσιν* etc. Interpositorum haec structura est: *ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο μὲν παρὰ τὰ μακρὰ τείχη ἐξελθόντες, ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοὶ μὴ ἐπιόντων — χρόνον δὲ ἐπισχόντες, καὶ ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον πρότερον* (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *ἐς τὴν Νίσαιαν καὶ αὖθις οἱ Πελοποννήσιοι ὅθενπερ ὡρμήθησαν.* Subiectum *οἱ Ἀθηναῖοι* post *ἀπῆλθον* consulto repetitum est propter plurima, quae interposita facile efficere potuerunt, ut lecturi subiectum non in mente retinerent. Et „*καί*, quod ante *ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων* etc. est, iniuria nonnullis suspectum. Mutata constructione defendi vidit Kistem.“ Popp. Sententia interposita *λογιζόμενοι — τολμᾶν* scriptor exponit, quibus de causis duces Atheniensium proelium committere noluerint. De nominativo *λογιζόμενοι* Schol. dubitationem movit, qui *ἐνήλλακται*, ait, *ἡ πτῶσις, ἀντὶ τοῦ λογιζομένων καὶ τῶν ἐκείνων στρατηγῶν, τουτέστι τῶν Ἀθηναίων.* At rite nominativo usus est, quia in praegressis *ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοί* Athenienses subiectum sunt et in eo subiecto partim iam continetur subiectum verbi *λογιζόμενοι*, quod est *στρατηγοί* Atheniensium. v. adn. ad c. 118. prop. fin. In verbis *ἐπειδὴ καὶ τὰ πλείω αὐτοῖς* etc. Heilm. pronomen *αὐτοῖς* refert ad Peloponnesios: zumal da jene bisher in verschiedenen Unternehmungen glücklich gewesen. Rectius Arn. ad Athenienses referens ita exponit: „siquidem plus dimidium consilii exsecuti essent et capta Nisaea Megarenses prorsus a mari seclusissent.“ Apte Did. confert Xen. H. Gr. 6, 4, 22. *ἀπέτρεπεν αὐτοὺς ὁ Ἰάσων διδάσκων, ὡς καλοῦ ἔργου γεγενημένου* (locutio similis huic: *ἐπειδὴ καὶ τὰ πλείω αὐτοῖς προεκεχωρήκει*), *οὐκ ἄξιον αὐτοῖς εἴη διακινδυνεῦσαι* (simile his: *μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίνδυνον*), *ὥστε ἢ ἔτι μείζω καταπρᾶξαι* (simile his: *ἢ λαβεῖν νικήσαντας Μέγαρα*), *ἢ στερηθῆναι καὶ τῆς γεγενημένης νίκης* (simile his: *ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαφθῆναι*). Pro *τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ* F. C. Reg. (G.) offerunt *τῷ πλείστῳ τ. ὁπλ.* Thom. M. p. 155. habet *τῷ μεγίστῳ τοῦ ὁπλ.* „Non est cur discedamus a vulgata. Sic 3, 89. in proelio adversus Aetolos dicit periisse Atheniensium centum viginti *ὁπλίτας, βελτίστους ἄνδρας.*“ Duk. Verborum *καὶ τῶν παρόντων μέρος ἑκάστων* patet hunc sensum esse: Lacedaemoniis et ceteris sociis magnum esse exercitum et alibi et circa Megara, cuius singulas partes hic periclitari velle, quum ne clade quidem accepta amissuri essent omnia, sed aliae copiae superessent, Atheniensibus autem periculum subiri cum flore ac robore iuventutis universo. Etenim Brasidas ex magna copiarum multitudine selegerat tantum trecentos, quibuscum dimicaret, reliquis circum Sicyona et Corinthum relictis. Vid. c. 70. Itidemque Boeoti fecerant, qui quum et ipsi magno cum exercitu praesto fuissent, parte domum dimissa parte Megara approperaverant, ut modo narravit c. 72. Schol. *οἱ δὲ Πελοποννήσιοι πολλὴν μὲν ἔχοντες δύναμιν αὐτόθι, ἀφ' ἑκάστης δὲ πόλεως αὐτοῖς ὀλίγου μέρους παρόντος, οὐκ ἐφοβοῦντο τὴν ἧτταν νομίζοντες εἰ καὶ κατὰ κράτος ἡττηθεῖεν, οὐ μεγάλως βλάψειν τὰς πατρίδας.* Atqui verborum, ut vulgo leguntur, *τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν* non potest alius sensus esse, nisi hic: *Peloponnesiis vero universi exercitus et praesentium partem unamquamque periclitari merito velle audere*, qualis sensus ab argumento toto

δυνον, ἐπειδὴ καὶ τὰ πλείω αὐτοῖς προεκεχωρήκει, ἄρξασι μάχης πρὸς πλείονας αὐτῶν ἢ λαβεῖν νικήσαντας Μέγαρα ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαφθῆναι, τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἑκάστων κινδυνεῦον εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν, χρόνον δὲ ἐπισχόντες, καὶ ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον πρότερον οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Νίσαιαν καὶ αὖθις οἱ Πελοποννήσιοι ὅθενπερ ὡρμήθησαν· οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ αὐτῷ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων ἄρχουσιν οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς, ὡς ἐπικρατήσαντι καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐκέτι ἐθελησάντων μάχεσθαι, θαρσοῦντες μᾶλλον ἀνοίγουσί τε τὰς πύλας καὶ δεξάμενοι καταπεπληγμένων ἤδη τῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πραξάντων ἐς λόγους ἔρχονται. καὶ ὕστερον ὁ μὲν διαλυθέντων τῶν ξυμμάχων κατὰ πόλεις 74 ἐπανελθὼν καὶ αὐτὸς ἐς τὴν Κόρινθον τὴν ἐπὶ Θρᾴκης στρα-

narrationis abhorret, ut taceam, plane sic otiosum esse alterum verborum, vel *ἐθέλειν* vel *τολμᾶν*. Scriptor autem hoc velle putandus est: Peloponnesios, *quum* universi eorum exercitus et *singulorum*, qui adsint, pars *periclitetur*, consentaneum esse proelium committere velle. Qui sensus non aliter efficietur, quam si corrigas: *τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος* ἑ κ ά σ τ ω ν κ ι ν δ υ ν ε ῦ ο ν *εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν*. Ita iuxta se posita vides *ξυμπάσης τῆς δυνάμεως* et *τῶν παρόντων ἑκάστων*, *totum* Peloponnesiorum exercitum, et *singulos*, unde ille constabat, populos, et nota extat positio contrariorum per *ξύμπαντες* et *ἕκαστοι*, de qua Popp. Obss. p. 196. egit. Reisk. pro *ἕκαστον* legi volebat *ἐλάχιστον*, ceteris servatis. Popp., si *καί* deleri possit, praefert legi *ἑκάστοις*, secutus Aristidem 2. p. 142. *τοῖς πολεμίοις μέρος ἑκάστοις κινδυνεύειν*. Idem in Ephemn. Hall. negabat se intelligere, quomodo componi opus sit universum exercitum et Peloponnesios, quum hi pars illius fuerint, adeoque notione universi exercitus inclusi. At totus exercitus et singuli populi propterea recte discernuntur, quod Boeotorum (ut his utar), vel aliorum flos iuventutis adesse poterat totus, ideoque hi ipsi periculum metuere poterant (etiamsi reliqui non metuebant), ideoque periculum pugnae abhorrere. Bened. legi volebat: *τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τῶν παρόντων μέρος ἑκάστων κινδυνεύειν εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν*. „Quod si ita fit, ait Popp., pro *ἑκάστων* legi potest etiam *ἑκάστοις*, hoc sensu: bei jenen aber sey ein Theil der gesammten Macht der Einzelnen (sive bei den Einzelnen), ganz natürlich geneigt nach Verhältniss der Anwesenden etwas aufs Spiel zu setzen.“ Ubi tum *ἐκ τῶν παρόντων* dictum volunt analogice cum *ἐκ τῶν ὑπαρχόντων*, *ἐκ τῶν δυνατῶν*. At *ἐκ τῶν παρόντων* nihil videtur significare posse, nisi *pro praesenti rerum statu*. Extat altera coniectura Reiskii, delentis *καί*, quod si ita fit, retinent *ἕκαστον*, hoc sensu: bei jenen aber sey jeder einzelne Theil der gesammten Macht aller Anwesenden ganz natürlich geneigt, zu wagen, der Gefahr sich auszusetzen. Neque *καί* Heilm. expressit. Porro Poppo tuetur vulgatam *κινδυνεύειν*, hunc dicens sensum esse: sie wären geneigt zu wagen sich der Gefahr auszusetzen i. e. sie wären geneigt, eine Schlacht zu wagen. Quanto autem rectius est hoc: sie wären geneigt zu wagen (es auf eine Entscheidung ankommen zu lassen), weil blos ein Theil nicht nur der gesammten Macht sondern auch der Anwesenden sich in die Gefahr zu begeben hätte. Ubi non solum dicitur, Peloponnesios audere velle, sed etiam (id quod caput rei est), cur velint.

τείαν παρεσκεύαζεν, ἵναπερ καὶ τὸ πρῶτον ὥρμητο· οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει Μεγαρῆς, ἀποχωρησάντων καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐπ' οἶκον, ὅσοι μὲν τῶν πραγμάτων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους μάλιστα μετέσχον, εἰδότες ὅτι ὤφθησαν εὐθὺς ὑπεξῆλθον, οἱ δὲ ἄλλοι κοινολογησάμενοι τοῖς τῶν φευγόντων φίλοις κατάγουσι τοὺς ἐκ Πηγῶν, ὁρκώσαντες πίστεσι μεγάλαις μηδὲν μνησικακήσειν, βουλεύσειν δὲ τῇ πόλει τὰ ἄριστα. οἱ δὲ ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐγένοντο καὶ ἐξέτασιν ὅπλων ἐποιήσαντο, διαστήσαντες τοὺς λόχους ἐξελέξαντο τῶν τε ἐχθρῶν καὶ οἳ ἐδόκουν μάλιστα ξυμπρᾶξαι τὰ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἄνδρας ὡς ἑκατόν, καὶ τούτων πέρι ἀναγκάσαντες τὸν δῆμον ψῆφον φανερὰν διενεγκεῖν, ὡς κατεγνώσθησαν, ἔκτειναν, καὶ ἐς ὀλιγαρχίαν τὰ μάλιστα κατέστησαν τὴν πόλιν. καὶ πλεῖστον δὴ χρόνον αὕτη ὑπ' ἐλαχίστων γενομένη ἐκ στάσεως μετάστασις ξυνέμεινεν.

74. ὁρκώσαντες] Pravi nonnulli libri ὁρκίσαντες. Conf. 8, 75. ὥρκωσαν πάντας. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 361.

ἐξέτασιν ὅπλων] Similis res simili consilio facta describitur a Xenophonte H. Gr. 2, 4, 8. quum Triginta Tyranni Atheniensium homines quosdam suspectos Eleusine in custodiam dari cupiebant. Praetextu exercitum recensendi totam multitudinem incolarum, unde victimae legendae erant, congregabant uno loco; tum, ut mos erat Graecorum militum, semper arma in unum congesta componere, priusquam praetores eos alloquebantur, opportunitas aderat armis potiendi, et non obsistentem comprehendendi, quicunque suspectus esset, quum coram praetore sine hastis scutisque apparere tenerentur. Parva manus vel mercenariorum vel ipsorum optimatum et asseclarum eorum hanc opem praestabat. Accedit quod cives recensebantur in diversis partibus urbis, id quod hic significatur verbis διαστήσαντες τοὺς λόχους, ut facilius opprimi et facultate una resistendi privari possent. Arn. Et ψῆφον φανερὰν ferre iubebantur, quia sic minus timendum erat, ne rei absolverentur, iis qui suffragia ferebant, verentibus contra voluntatem principum dominantis factionis palam suffragia ferre. Aptissime Arn. comparat Lys. c. Agor. p. 467. Reisk. οἱ μὲν γὰρ τριάκοντα ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν βάθρων· δύο δὲ τράπεζαι ἐν τῷ πρόσθεν τῶν τριάκοντα ἐκείσθην· τὴν δὲ ψῆφον οὐκ εἰς καδίσκους, ἀλλὰ φανερὰν ἐπὶ τὰς τραπέζας ταύτας ἔδει τίθεσθαι· τὴν μὲν καθαιροῦσαν ἐπὶ τὴν ὑστέραν, τὴν δὲ σώζουσαν ἐπὶ τὴν προτέραν.

αὕτη — μετάστασις] Popponi articulus ἡ post αὕτη excidisse videbatur. At „γενομένη est *licet facta*, quae est causa, cur articulus non possit ante participium positus esse.“ Blum. in Schol. Script. (Strals. 1825.) p. 2. Mox γενομένη maxima pars librorum. Vulgatam νεμομένη Kistem. interpretatur *administrata* sive *confecta mutatio status*. „Sed dubito, num possit hanc significationem idoneis quidem exemplis ex profanis Graecorum scriptoribus confirmare. Quamvis enim νέμεσθαι de civitate et de civibus dicatur, qui reguntur, tamen minus consuetum est, ut repentina rerum mutatio νέμεσθαι dicatur. Praeterea illud additamentum ἐκ στάσεως praesenti loco longe melius ad lectionem γενομένη quadrat, et plane separatum manebit a reliquis verbis, si lectionem vulgatam νεμομένη retinemus. Denique satis apparet, quam facile librarii utramque lectionem γενομένη et νεμομένη commutare potuerint, quum inprimis illud ξυνέμεινε, quod statim haec verba excipit, longe maiorem huic vocabulorum confusioni occasionem

75 Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους τῆς Ἀντάνδρου ὑπὸ τῶν Μυτιληναίων, ὥςπερ διενοοῦντο, μελλούσης κατασκευάζεσθαι, οἱ τῶν ἀργυρολόγων Ἀθηναίων στρατηγοὶ Δημόδοκος καὶ Ἀριστείδης, ὄντες περὶ Ἑλλήςποντον, ὁ γὰρ τρίτος αὐτῶν Λάμαχος δέκα ναυσὶν ἐς τὸν Πόντον ἐςεπεπλεύκει, ὡς ᾐσθάνοντο τὴν παρασκευὴν τοῦ χωρίου, καὶ ἐδόκει αὐτοῖς δεινὸν εἶναι μὴ ὥςπερ τὰ Ἄναια ἐπὶ τῇ Σάμῳ γένηται, ἔνθα οἱ φεύγοντες τῶν Σαμίων καταστάντες τούς τε Πελοποννησίους ὠφέλουν ἐς τὰ ναυτικὰ κυβερνήτας πέμποντες καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει Σαμίους ἐς ταραχὴν καθίστασαν καὶ τοὺς ἐξιόντας ἐδέχοντο, οὕτω δὴ ξυναγείραντες ἀπὸ τῶν ξυμμάχων στρατιὰν καὶ πλεύσαντες μάχῃ τε νικήσαντες τοὺς ἐκ τῆς Ἀντάνδρου ἐπεξελθόντας ἀναλαμβάνουσι τὸ χωρίον πάλιν. καὶ οὐ πολὺ ὕστερον, ἐς τὸν Πόντον ἐςπλεύσας Λάμαχος, ἐν τῇ Ἡρακλεώτιδι ὁρμήσας ἐς τὸν Κάληκα ποταμὸν ἀπόλλυσι τὰς ναῦς ὕδατος ἄνωθεν γενομένου καὶ κατελθόντος αἰφνιδίου τοῦ ῥεύματος. αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ πεζῇ διὰ Βιθυνῶν Θρᾳκῶν, οἵ εἰσι πέραν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀφι-

praeberet. Etiam Vallae liber lectionem γενομένη exhibuisse videtur. Nam convertit *hic status ex seditione secutus* etc. Admitto igitur lectionem γενομένη." Bened. v. Od. Muell. Dor. 2. p. 168.

75. ἀργυρολόγων] sc. νεῶν. v. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 2. p. 128 sqq. Mox κυβερνήτας timebant, ne Mytilenaei Antandro mitterent, „quia Peloponnesiis eorum magna necessitas erat, ut apparet ex 1, 143. init., ubi Pericles de Atheniensibus: κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς, i. e. non arcessendi nobis tales sunt foris, ut Peloponnesiis." Bloomf. Mox Popp. post ὕστερον interpungendum esse vidit, quia Lamachus non paulo post captam Antandrum in Pontum navigavit; sed iam antea hoc fecerat, ut modo dictum est verbis Λάμαχος ἐς τὸν Πόντον ἐςεπεπλεύκει. „Falsa, addit, in Thucydidis exemplaribus interpunctio etiam Diodorum in errorem induxit, qui 12, 72. scribit: μετὰ δὲ ταῦτα, i. e. post captam Antandrum, Λάμαχος ὁ στρατηγὸς ἔχων δέκα τριήρεις ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον καὶ καθορμισθεὶς εἰς Ἡράκλειαν, περὶ τὸν ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Κάχητα πάσας τὰς ναῦς ἀπέβαλε." Mox E. καὶ ἐν τῇ Ἡρακλεώτιδι, quo Popp. negat opus esse, coll. Matth. §. 557. p. 1099. 3. Deinde pars librorum ὁρμήσας, pars ὁρμίσας. Utrumque recte dixeris, si iungas cum sequenti τὰς ναῦς. Vid. adn. ad 6, 49. „Calex (quem Eustath. ad Dionys. Perieg. 793. Caleta appellat), procul dubio nihil fuit, nisi torrens, vel certe originem habet in montibus tam prope a mari, ut inundatio eius fieri posset repentina et violentissima, et fluctus probabile est, sicut *fiumari* in Sicilia, tam ingentes delapsos esse, una stirpes et saxorum fragmenta volventes, ut naves in ipsis ostiis in litus tractae facile vel in mare averterentur vel contunderentur." Arn. Chaleca eum rivum esse dicunt, qui nunc Chelit. Mox de Chalcedone dubitatur, sic sit an Calchedon scribendum: Popp. adiri iubet Passov. ad Parthen. p. 61., et se ad Xen. Anab. 6, 6, 38. coll. Goettl. ad Aristot. Polit. p. 323. Arn. verum putat Καλχηδόνα, et provocat ad Eckhel. de Doctr. Nummor. Vol. 2. p. 411., addens non aliter legi apud Herodot. 4, 144., at scriptores Atticos, certe libros eorum scriptos, itemque Romanos amplexos esse Χαλκηδόνα.

κνεῖται ἐς Χαλκηδόνα, τὴν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου Μεγαρέων ἀποικίαν.

76 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει καὶ Δημοσθένης Ἀθηναίων στρατηγὸς τεσσαράκοντα ναυσὶν ἀφικνεῖται ἐς Ναύπακτον, εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκ τῆς Μεγαρίδος ἀναχώρησιν. τῷ γὰρ Ἱπποκράτει καὶ ἐκείνῳ τὰ Βοιώτια πράγματα ἀπό τινων ἀνδρῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπράσσετο, βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον καὶ ἐς δημοκρατίαν ὥςπερ οἱ Ἀθηναῖοι τρέψαι· καὶ Πτοιοδώρου μάλιστ' ἀνδρὸς φυγάδος ἐκ Θηβῶν ἐξηγουμένου τάδε αὐτοῖς παρεσκευάσθη. Σίφας μὲν ἔμελλόν τινες προδώσειν· αἱ δὲ Σῖφαι εἰσὶ τῆς Θεσπικῆς γῆς ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ ἐπιθαλασσίδιοι. Χαιρώνειαν δέ, ἣ ἐς Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον πρότερον καλούμενον νῦν δὲ Βοιώτιον ξυντελεῖ, ἄλλοι ἐξ Ὀρχομενοῦ ἐνεδίδοσαν, καὶ οἱ Ὀρχομενίων φυγάδες ξυνέπρασσον τὰ μάλιστα, καὶ ἄνδρας ἐμισθοῦντο ἐκ Πελοποννήσου· ἔστι δὲ ἡ Χαιρώνεια ἔσχατον τῆς Βοιωτίας πρὸς τῇ Φανότιδι τῆς Φωκίδος, καὶ Φωκέων μετεῖχόν τινες. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔδει Δήλιον καταλα-

76. *τὸν κόσμον*] Gr. *τὴν πολιτείαν*. Duk. affert Thuc. 8, 48. *ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταστήσας*. Ceterum de rebus hic narratis dignus, qui conferatur Od. Muell. Orchom. p. 417. coll. p. 476. Verbum *ξυντελεῖ* significat, Chaeroneam et suum agrum habuisse et suis legibus usam esse, tributa tamen pependisse potentiori Orchomeno et arma cum ea ferre per necessariam societatem obstrictam fuisse, nec suo nomine misisse legatos ad consilia foederis Boeotici. vid. ibidem p. 211. 403. De situ Delii perspicuus locus est Livii 35, 51. Mox vulgo *κινούμενοι* legebatur: boni libri *κινούμενα*. „Quum verbum *βοηθήσωσιν* non minus pertineat ad *ἕκαστοι*, quam ad *ἀθρόοι*, *κινούμενα* causam continet, quamobrem ad suam quisque urbem properaverit, quum Siphae, Chaeronea et Delium eodem tempore moverentur. Accedit, quod infra c. 89. de hac eadem re agens Thuc. dicit *οἱ πράσσοντες οὐδὲν ἐκίνησαν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν*. Cui vulgata placeat, non multum lucretur loco 5, 8. *ὡς εἶδε κινουμένους τοὺς Ἀθηναίους*." Haack. Ad *ἕκαστοι* supple *βοηθήσωσι*, repetens ex *ξυμβοηθήσωσι*. Deinde nonnulli libri *νεωτερίζοιτό τι*, vulgo *νεωτερίζοι τι*. „Adnotat Dionys. p. 796 sq., Thucydidem interdum uti activis pro passivis, ut *κωλύει* pro *κωλύεται*, et *ἐπιμιγνύντες* pro *ἐπιμιγνύμενοι*. Si librorum scriptura hic sine vitio est, eodem referri debet *νεωτερίζοι* pro *νεωτερίζοιτο*. Nam passivam significationem esse in aperto est. Mihi tamen hoc suspectum fit, et nonnihil dubito, an ultima syllaba verbi *νεωτερίζοιτο* exciderit propter affinitatem sequentis voculae *τι*. Cap. 42. *φοβούμενοι μὴ σφίσι τι νεωτερισθῇ τῶν κατὰ τὴν χώραν*." Duk. *Νεωτερίζοι* qui defendit, Bau. comparat Latinum *mutare*, *movere*, *vertere* v. c. *odor nihil mutat, anno vertente, terra movit* et intelligit *ἑαυτό*, sed verbi *νεωτερίζειν* affert nulla exempla. Haack. Arn. subiectum verbi *νεωτερίζοι* putat esse *ἡ πεῖρα*. Ambiguus item sensus est vocis *ἀποστροφῆς*, de qua Schol.: *καὶ οὔσης ἑκάστοις οὐκ ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος καταφυγῆς τοῖς τῶν Ἀθηναίων λησταῖς, διὰ τὸ πλησίον εἶναι τὰ στρατεύματα τῶν Ἀθηναίων, καὶ δύνασθαι αὐτοῖς βοηθεῖν, ἄν τι πάθωσιν ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν*. Consentit Arn. Mihi sensus esse videtur: *quum a sua cuique civitate non procul abire liceret*, propterea mox addit: *τοῖς δὲ* (Boeotis) *οὐκ οὔσης ἀθρόας τῆς δυνάμεως*.

βεῖν τὸ ἐν τῇ Ταναγραίᾳ πρὸς Εὔβοιαν τετραμμένον Ἀπόλλωνος ἱερόν, ἅμα δὲ ταῦτα ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ γίγνεσθαι, ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσιν ἐπὶ τὸ Δήλιον οἱ Βοιωτοὶ ἀθρόοι, ἀλλ' ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἕκαστοι κινούμενα. καὶ εἰ κατορθοῖτο ἡ πεῖρα καὶ τὸ Δήλιον τειχισθείη, ῥᾳδίως ἤλπιζον, εἰ καὶ μὴ παραυτίκα νεωτερίζοιτό τι τῶν κατὰ τὰς πολιτείας τοῖς Βοιωτοῖς, ἐχομένων τούτων τῶν χωρίων καὶ ληστευομένης τῆς γῆς καὶ οὔσης ἑκάστοις διὰ βραχέος ἀποστροφῆς οὐ μενεῖν κατὰ χώραν τὰ πράγματα, ἀλλὰ χρόνῳ τῶν Ἀθηναίων μὲν προσιόντων τοῖς ἀφεστηκόσι, τοῖς δὲ οὐκ οὔσης ἀθρόας τῆς δυνάμεως, καταστήσειν αὐτὰ ἐς τὸ ἐπιτήδειον. ἡ μὲν οὖν ἐπιβουλὴ τοιαύτη παρεσκευάζετο. ὁ δὲ Ἱπποκράτης αὐτὸς μὲν ἐκ τῆς πόλεως 77 δύναμιν ἔχων ὁπότε καιρὸς εἴη ἔμελλε στρατεύειν ἐς τοὺς Βοιωτούς, τὸν δὲ Δημοσθένην προαπέστειλε ταῖς τεσσαράκοντα ναυσὶν ἐς τὴν Ναύπακτον, ὅπως ἐξ ἐκείνων τῶν χωρίων στρατὸν ξυλλέξας Ἀκαρνάνων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλέοι ἐπὶ τὰς Σίφας ὡς προδοθησομένας· ἡμέρα δ' αὐτοῖς εἴρητο ᾗ ἔδει ἅμα ταῦτα πράσσειν. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης ἀφικόμενος, Οἰνιάδας δὲ ὑπό τε Ἀκαρνάνων πάντων κατηναγκασμένους καταλαβὼν ἐς τὴν Ἀθηναίων ξυμμαχίαν, καὶ αὐτὸς ἀναστήσας τὸ ξυμμαχικὸν τὸ ἐκείνῃ πᾶν, ἐπὶ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους στρατεύσας πρῶτον καὶ προςποιησάμενος, τἆλλα ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας ὅταν δέῃ ἀπαντησόμενος.

Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους πορευόμενος 78 ἑπτακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἐπειδὴ ἐγένετο ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Τραχῖνι, καὶ προπέμψαντος αὐτοῦ ἄγγελον ἐς Φάρσαλον παρὰ τοὺς ἐπιτηδείους, ἀξιοῦντος διάγειν ἑαυτὸν καὶ τὴν στρατιάν, ἦλθον ἐς Μελιτίαν τῆς Ἀχαΐας Πάναιρός τε καὶ Δῶρος καὶ Ἱππολοχίδας καὶ Τορύλαος καὶ Στρόφακος πρόξενος ὢν Χαλκιδέων, τότε δὴ ἐπορεύετο. ἦγον δὲ καὶ ἄλλοι Θεσσαλῶν αὐτὸν καὶ ἐκ Λαρίσης Νικονίδας, Περδίκκᾳ ἐπιτήδειος ὤν. τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διιέναι ἄνευ ἀγωγοῦ, καὶ μετὰ ὅπλων γε δή· καὶ τοῖς πᾶσί γε ὁμοίως Ἕλλησιν ὕποπτον καθεστήκει τὴν τῶν πέλας μὴ πείσαντας διιέναι· τοῖς τε Ἀθηναίοις ἀεί ποτε τὸ πλῆθος τῶν Θεσσαλῶν εὔνουν ὑπῆρχεν. ὥςτε εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ

77. *Οἰνιάδας δέ*] E. *Οἰν. τε*, quod malim deleto proximo *τε*, cui tantum per duram traiectionem locus est. Popp., qui idem monuit, virgulam vulgo male post *τἆλλα* legi. Huc post *προςποιησάμενος* retrahendam esse vidit Heilm. „Nam, ait Popp., quaenam sint *τἆλλα*, quibus Demosthenes potitus sit, quum, ex quo Ambraciotae victi erant, praeter Aetolos, qui non potuissent tam obiter significari, et Leucadios, quos postea quoque Atheniensium hostes videmus, nemo extra Oeniadas et Agraeos (conf. 3, 111. 114.) in his regionibus superesset, qui Atheniensibus esset infestus. Ceterum *αὐτούς* ad *προςποιησάμενος* supplendum esse apparet."

ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τὸ ἐγχώριον οἱ Θεσσαλοί, οὐκ ἄν ποτε προῆλθεν. ἐπεὶ καὶ τότε πορευομένῳ αὐτῷ ἀπαντήσαντες ἄλλοι τῶν τἀναντία τούτοις βουλομένων ἐπὶ τῷ Ἐνιπεῖ ποταμῷ ἐκώλυον, καὶ ἀδικεῖν ἔφασαν ἄνευ τοῦ πάντων κοινοῦ πορευόμενον. οἱ δὲ ἄγοντες οὔτε ἀκόντων ἔφασαν διάξειν, αἰφνίδιόν τε παραγενόμενον ξένοι ὄντες κομίζειν. ἔλεγε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Βρασίδας τῇ Θεσσαλῶν γῇ καὶ αὐτοῖς φίλος ὢν ἰέναι, καὶ Ἀθηναίοις πολεμίοις οὖσι καὶ οὐκ ἐκείνοις ὅπλα ἐπιφέρειν, Θεσσαλοῖς τε οὐκ εἰδέναι καὶ Λακεδαιμονίοις ἔχθραν οὖσαν ὥστε τῇ ἀλλήλων γῇ μὴ χρῆσθαι, νῦν τε ἀκόντων ἐκείνων οὐκ ἂν προελθεῖν, οὐδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι, οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἴργεσθαι. καὶ οἱ μὲν ἀκούσαντες ταῦτα ἀπῆλθον. ὁ δὲ κελευόντων τῶν ἀγωγῶν πρίν τι πλέον ξυστῆναι τὸ κωλῦσον ἐχώρει οὐδὲν ἐπισχὼν δρόμῳ. καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἐκ τῆς Μελιτίας ἀφώρμησεν, ἐς Φάρσαλόν τε ἐτέλεσε καὶ ἐστρατοπεδεύσατο ἐπὶ τῷ Ἀπιδανῷ ποταμῷ, ἐκεῖθεν δὲ ἐς Φάκιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐς Περαιβίαν. ἀπὸ δὲ τούτου ἤδη οἱ μὲν τῶν Θεσσαλῶν ἀγωγοὶ πάλιν ἀπῆλθον, οἱ δὲ Περαιβοὶ αὐτὸν ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν κατέστησαν ἐς Δῖον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς, ὃ ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας πρὸς Θεσσαλοὺς πόλισμα κεῖται. τούτῳ τῷ τρόπῳ Βρασίδας Θεσσαλίαν φθάσας διέδραμε πρίν τινα κωλύειν παρασκευάσασθαι, καὶ ἀφίκετο ὡς Περδίκκαν καὶ ἐς τὴν Χαλκιδικήν.

79 ἐκ γὰρ τῆς Πελοποννήσου, ὡς τὰ τῶν Ἀθηναίων εὐτύχει, δείσαντες οἵ τε ἐπὶ Θρᾴκης ἀφεστῶτες Ἀθηναίων καὶ Περδίκκας ἐξήγαγον τὸν στρατόν, οἱ μὲν Χαλκιδῆς νομίζοντες ἐπὶ σφᾶς πρῶτον ὁρμήσειν τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἅμα αἱ πλησιόχωροι πόλεις αὐτῶν αἱ οὐκ ἀφεστηκυῖαι ξυνεπῆγον κρύφα, Περδίκκας δὲ πολέμιος μὲν οὐκ ὢν ἐκ τοῦ φανεροῦ, φοβούμενος δὲ καὶ αὐτὸς τὰ παλαιὰ διάφορα τῶν Ἀθηναίων καὶ μάλιστα βουλόμενος Ἀῤῥιβαῖον τὸν Λυγκηστῶν βασιλέα παραστήσασθαι. ξυνέβη δὲ αὐτοῖς, ὥστε ῥᾷον ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἐξαγαγεῖν, ἡ τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῷ παρόντι κακο-

78. τὸ ἐγχώριον] i. e. κατὰ τὸ ἐγχώριον sc. ἔθος. Duk. Dionys. p. 799. habet τῷ ἐπιχωρίῳ, contra auctoritatem omnium librorum Thucydidis. Atque Dionysii scripturam non librariis deberi, ipse docet scribens καὶ γὰρ ἐνταῦθα οὐδέτερον πεποίηκε τὸ θηλυκόν. ἦν δὲ τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς λέξεως τοιόνδε τι· ὥστε εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τῇ ἐπιχωρίῳ οἱ Θεσσαλοί. Scripturam Dionysii i Herm. in Censura Obss. Popp. explicari posse dicit: wenn die Thessaler sich nicht der Monarchie (imo der willkührlichen Herrschaft) mehr, denn der Democratie (imo einer gesetzlichen Verfassung) als einheimischer Verfassung bedienten. Sed commodior vulgata est. De civitatum Thessaliae forma v. Od. Muell. Dor. 2. p. 68. Wachsm. 1, 1. p. 129 sq.

ἐτέλεσε] Phot. ἐτέλεσε, κατήνυσε. Θουκ. etc. Popp. adiri iubet Markl. ad Eurip. Suppl. 1142. Wessel. ad Diod. 16, 18. Mox de ὑπηκόοις Θεσσαλῶν v. Od. Muell. Dor. 1. p. 25. et inprimis 2. p. 65.

79. ἐκ — τῆς Πελοποννήσου — ἐξήγαγον] Recte ἐξήγαγον pro

πραγία. τῶν γὰρ Ἀθηναίων ἐγκειμένων τῇ Πελοποννήσῳ καὶ 80 οὐχ ἥκιστα τῇ ἐκείνων γῇ ἤλπιζον ἀποστρέψαι αὐτοὺς μάλιστα, εἰ ἀντιπαραλυποῖεν πέμψαντες ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους αὐτῶν στρατιάν, ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων τρέφειν τε καὶ ἐπὶ ἀποστάσει σφᾶς ἐπικαλουμένων. καὶ ἅμα τῶν Εἱλώτων βουλομένοις ἦν ἐπὶ προφάσει ἐκπέμψαι, μή τι πρὸς τὰ παρόντα τῆς Πύλου ἐχομένης νεωτερίσωσιν. ἐπεὶ καὶ τόδε ἔπραξαν, φοβούμενοι αὐτῶν τὴν νεότητα καὶ τὸ πλῆθος· (ἀεὶ γὰρ τὰ πολλὰ Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Εἵλωτας τῆς φυλακῆς πέρι μάλιστα καθεστήκει·) προεῖπον αὐτῶν ὅσοι ἀξιοῦσιν ἐν τοῖς πολεμίοις γεγενῆσθαι σφίσιν ἄριστοι, κρίνεσθαι, ὡς ἐλευθερώσοντες, πεῖραν ποιούμενοι καὶ ἡγούμενοι τούτους σφίσιν ὑπὸ φρονήματος, οἵπερ καὶ ἠξίωσαν πρῶτος ἕκαστος ἐλευθεροῦσθαι, μάλιστα ἂν καὶ ἐπιθέσθαι. καὶ προκρίναντες ἐς δισχιλίους οἱ μὲν ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον ὡς ἠλευθερωμένοι, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἠφάνισάν τε αὐτοὺς καὶ οὐδεὶς ᾔσθετο ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστος διεφθάρη. καὶ τότε προθύμως τῷ Βρασίδᾳ αὐτῶν ξυνέπεμψαν ἑπτακοσίους ὁπλίτας, τοὺς δ' ἄλλους ἐκ τῆς Πελοποννήσου μισθῷ πείσας ἐξήγαγεν. αὐτόν τε Βρασίδαν 81 βουλόμενον μάλιστα Λακεδαιμόνιοι ἀπέστειλαν, προὐθυμήθησαν

ἐπήγαγον, quia magna difficultas erat, Peloponnesios ex Peloponneso amovendo adducere. Arn.

Bas. et I. Vulgo ἐμβοήσαντας et παρασχόντας, quibus in m. α est superscr. B. ἐμβοήσαντες pariter cum α super ες. „Vulgatum quamquam cum στρατόν recte coniungeretur, tamen ob ἀθρόον damnandum esse patet. Nam hoc non posse cum Haackio pro ἀθρόως, quod ipsum adverbium nec Thuc. habet nec in tali nexu Xenophon, accipi consuetudo linguae satis docet. Nec prosa oratio veterum scriptorum, si pauca notissima adiectiva excipimus, talem singularis (nam de plurali v. Krueg. ad Xen. Anab. 6, 1, 15.) neutrius generis adiectivorum usum fert. Conf. Buttm. Gr. med. §. 115. 4. (ed. 13.) Thuc. 5, 58. 6, 49.“ Popp. Idem Obss. p. 239. in singularibus βοήσαντα et παρασχόντα duo esse monuerat, quae dubitationem moveant. Primum enim pluralis unde ortus sit, non intelligi, qui exquisitior sit, quam quem librariis tribuas, nisi forte contrarium probes ex fine cap. 100. Deinde participia ἐμβοήσαντας sive ἐμβοήσαντα et παρασχόντας sive παρασχόντα cum ἀναστήσαντες commode coniungi non posse. „Ita enim, ait, Brasidas diceretur milites excitasse, quum clamorem sustulissent et metum Toronaeis incussissent, quasi clamor prius sublatus et urbis incolae prius in timorem coniecti essent, quam Peloponnesii ad oppidum accessissent.“ Quare emendat καὶ ὁ Βρασίδας — ἔθει δρόμῳ, ἀναστήσας τὸν στρατόν· ἐμβοήσαντές τε ἀθρόοι καὶ ἔκπληξιν — παρασχόντες, οἱ μὲν κατὰ τὰς πύλας εὐθὺς ἐςέπιπτον, οἱ δὲ κατὰ δοκοὺς τετραγώνους etc. Ad haec respondeas, rursus non intelligi, qui ex tam plana oratione mutatio facta sit in accusativum, qui difficilior sit, cum στρατόν iunctus, quam quem librariis tribuas; neque obstare aoristos, quominus oratio recte conformata dicatur, si singulares adsciscas. Etenim quum milites prope urbem accessissent, paulisper adstiterunt, signum irruptionis exspectantes. Quo dato clamore sublato, per eumque oppidanis terrore iniecto, Brasidas raptim milites duxit. De formula κατ' ἄκρας vid. Dorv. ad Charit. p. 574. Heyn. ad Hom. Il. Vol. 6. p. 505. Blomf. ad Aesch. Choeph. 679. Matth. p. 1152. 3. a. Mox τὸ πλῆθος est die Mehrzahl sive der Hauptheil seiner Truppen, ὁ δὲ ἄλλος ὅμιλος multitudo est militum incompositorum, Macedonum et Thracum, qui spe rapinae ad exercitum accesserant, in nullam rem intenti. Denique iidem sunt, quos c. 104. narrat, traiecto Strymone continuo ad praedationes discurrisse.“ Bloomf.

113. οἱ μέν τινες — αὐτῶν] Pronomen traiectum est. v. Heind. ad Plat. Phaedon. p. 166. Haack. falso iungit αὐτῶν cum ἐν χερσίν. Proximorum haec sententia est: „aufugerunt in Lecythum castellum, quod tenebant ipsi soli, occupata extrema Toronae parte, quae *in angusto isthmo* in mare porrecta et ab reliqua urbe intercepta erat. Non igitur urbs erat Lecythus, sed pars Toronae extrema eiusque castellum.“ Popp. Verba ἐν — ἰσθμῷ Arn. aliter accipit, hanc structuram

ἐς τὰς ναῦς, αἳ ἐφρούρουν δύο, καταφυγόντες διασώζονται ἐς τὴν Λήκυθον τὸ φρούριον, ὃ εἶχον αὐτοί, καταλαβόντες ἄκρον τῆς πόλεως ἐς τὴν θάλασσαν ἀπειλημμένον ἐν στενῷ ἰσθμῷ. κατέφυγον δὲ καὶ τῶν Τορωναίων ἐς αὐτοὺς ὅσοι ἦσαν σφίσιν

114 ἐπιτήδειοι. γεγενημένης δὲ ἡμέρας ἤδη καὶ βεβαίως τῆς πόλεως ἐχομένης ὁ Βρασίδας τοῖς μὲν μετὰ τῶν Ἀθηναίων Τορωναίοις καταπεφευγόσι κήρυγμα ἐποιήσατο τὸν βουλόμενον ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἐξελθόντα ἀδεῶς πολιτεύειν, τοῖς δὲ Ἀθηναίοις κήρυκα προςπέμψας ἐξιέναι ἐκέλευεν ἐκ τῆς Ληκύθου ὑποσπόνδους καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔχοντας ὡς οὔσης Χαλκιδέων. οἱ δὲ ἐκλείψειν μὲν οὐκ ἔφασαν, σπείσασθαι δὲ σφίσιν ἐκέλευον ἡμέραν τοὺς νεκροὺς ἀνελέσθαι. ὁ δὲ ἐσπείσατο δύο. ἐν ταύταις δὲ αὐτός τε τὰς ἐγγὺς οἰκίας ἐκρατύνατο καὶ Ἀθηναῖοι τὰ σφέτερα. καὶ ξύλλογον τῶν Τορωναίων ποιήσας ἔλεξε τοῖς ἐν τῇ Ἀκάνθῳ παραπλήσια, ὅτι οὐ δίκαιον εἴη οὔτε τοὺς πράξαντας πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως χείρους οὐδὲ προδότας ἡγεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ δουλείᾳ οὐδὲ χρήμασι πεισθέντας δρᾶσαι τοῦτο, ἀλλ' ἐπὶ ἀγαθῷ καὶ ἐλευθερίᾳ τῆς πόλεως· οὔτε τοὺς μὴ μετασχόντας οἴεσθαι μὴ τῶν αὐτῶν τεύξεσθαι· ἀφῖχθαι γὰρ οὐ διαφθερῶν οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην οὐδένα. τὸ δὲ κήρυγμα ποιήσασθαι τούτου ἕνεκα τοῖς παρ' Ἀθηναίους καταπεφευγόσιν, ὡς ἡγούμενος οὐδὲν χείρους τῇ ἐκείνων

esse existimans: *ἐς τὴν θάλασσαν ἀνέχον, καὶ ἀπειλημμένον ἐν στενῷ ἰσθμῷ.* „Cum verbis *ἀπειλημμένον ἐν ἰσθμῷ*, ait, compara 6, 1. *ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ διείργεται*, et 7, 8. *τὴν γνώμην μηδὲν ἐν τῷ ἀγγέλῳ ἀφανισθεῖσαν.* Notio praepositionis haec videtur esse, causam Lecythi a Torone et Siciliae a continente separatae sitam fuisse illic in angusto isthmo, hic in angusto freto, quae utrimque interveniebant.“ Vere, opinor; nam *ἐν* saepe nihil aliud significat, nisi *per.* Vid. Matth. §. 577. p. 1141. Mox in verbis *σφίσιν ἐπιτήδειοι*, quum Thucydides pronomen reflexivum *σφῶν* nunquam cum demonstrativo *αὐτῶν* permutet, desideres potius *αὐτοῖς.* „At hic inde a verbis *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι*, quod est subiectum, ad Athenienses omne narrationis argumentum spectat, et sub finem capitis eosdem, tamquam notionem primariam, scriptor mente retinuit, ut, licet iam ad aliud subiectum oratio transierit, tamen ad illud primarium subiectum pronomen *σφίσιν* in enunciato relativo referatur. Conf. 1, 30. *μέχρις οὗ Κορίνθιοι περιόντι τῷ θέρει πέμψαντες ναῦς καὶ στρατιάν, ἐπεὶ σφῶν οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν, ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος, φυλακῆς ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος καὶ τῶν ἄλλων πόλεων, ὅσαι σφίσι φίλιαι ἦσαν.* Ac praesentis quidem loci haud prorsus eadem ratio, sed non multo diversa. Quod quo evidentius appareat, verba proxime antecedentia ita fere accipienda, quasi dixisset: (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *ὑπεδέξαντο καὶ τῶν Τορωναίων καταφυγόντας, ὅσοι ἦσαν σφίσιν ἐπιτήδειοι.* Cuius verbi *ὑποδέχεσθαι* notionem quod hac explicatione intulimus, id ne quis incommodo sententiae factum putet, monemus, Toronensium horum perfugium munitum locum fuisse, quem Athenis tenebant (*διασώζονται ἐς τὴν Λήκυθον, τὸ φρούριον, ὃ εἶχον αὐτοί*). Talem igitur reflexionem, in qua magis sententia, quam constructio verborum valet, etiam Latini agnoscunt. Vid. Grotef. Gr. Lat. §. 136. b. c. (ed. 2.)“ Blum. Script. Scholast. p. 18.

φιλίᾳ· οὐδ' ἂν σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς τῶν Λακεδαιμονίων δοκεῖν ἧσσον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, ὅσῳ δικαιότερα πράσσουσιν, εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι, ἀπειρίᾳ δὲ νῦν πεφοβῆσθαι. τούς τε πάντας παρασκευάζεσθαι ἐκέλευεν ὡς βεβαίους τε ἐσομένους ξυμμάχους, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἤδη ὅ,τι ἂν ἁμαρτάνωσιν αἰτίαν ἕξοντας· τὰ δὲ πρότερα οὐ σφεῖς ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἐκείνους μᾶλλον ὑπ' ἄλλων κρεισσόνων, καὶ ξυγγνώμην εἶναι, εἴ τι ἠναντιοῦντο. καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα εἰπὼν καὶ παραθαρσύνας, διελθουσῶν τῶν 115 σπονδῶν τὰς προςβολὰς ἐποιεῖτο τῇ Ληκύθῳ· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἠμύναντό τε ἐκ φαύλου τειχίσματος καὶ ἀπ' οἰκιῶν ἐπάλξεις ἐχουσῶν. καὶ μίαν μὲν ἡμέραν ἀπεκρούσαντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ μηχανῆς μελλούσης προςάξεσθαι αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἀφ' ἧς πῦρ ἐνήσειν διενοοῦντο ἐς τὰ ξύλινα παραφράγματα, καὶ προσιόντος ἤδη τοῦ στρατεύματος, ᾗ ᾤοντο μάλιστα αὐτοὺς προςκομιεῖν τὴν μηχανὴν καὶ ἦν ἐπιμαχώτατον, πύργον ξύλινον ἐπ' οἴκημα ἀντέστησαν, καὶ ὕδατος ἀμφορέας πολλοὺς καὶ πίθους ἀνεφόρησαν καὶ λίθους μεγάλους, ἄνθρωποί τε πολλοὶ ἀνέβησαν. τὸ δὲ οἴκημα λαβὸν μεῖζον ἄχθος ἐξαπίνης κατερράγη, καὶ ψόφου πολλοῦ γενομένου τοὺς μὲν ἐγγὺς καὶ ὁρῶντας τῶν Ἀθηναίων ἐλύπησε μᾶλλον ἢ ἐφόβησεν, οἱ δὲ ἄποθεν, καὶ μάλιστα οἱ διὰ πλείστου, νομίσαντες ταύτῃ ἑαλωκέναι ἤδη τὸ χωρίον φυγῇ ἐς τὴν θάλασσαν καὶ τὰς ναῦς ὥρμησαν. καὶ 116 ὁ Βρασίδας ὡς ᾔσθετο αὐτοὺς ἀπολείποντάς τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὸ γιγνόμενον ὁρῶν, ἐπιφερόμενος τῷ στρατῷ εὐθὺς τὸ τείχισμα λαμβάνει, καὶ ὅσους ἐγκατέλαβε διέφθειρε. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τοῖς τε πλοίοις καὶ ταῖς ναυσὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐκλιπόντες τὸ χωρίον ἐς Παλλήνην διεκομίσθησαν· ὁ δὲ Βρασίδας,

114. *οὐδ' ἂν — εὔνους ἂν*] Heilm. scriptum vult *οὐδ' αὖ*. Particulam *ἂν* in una eademque sententia, praesertim post parenthesin, iterari non rarum. Vid. Matth. §. 600. Herm. ad Vig. p. 814. Greg. Cor. p. 43. ibique interpp. Mox idem *τῶν Λακεδαιμονίων* post *σφῶν* deleri vult; temere hoc quoque. Articulum *τό* in verbis *τὸ ἀπὸ τοῦδε* om. pauci quidam libri. At v. Matth. §. 283. De *σφεῖς* v. Buttm. Gr. med. §. 142. adn. 3. (ed. 13.)

115. *ἄποθεν*] an *ἄπωθεν* rectius scribatur, dubitant. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 9.

116. *καὶ — ὁρῶν*] i. e. *ὡς τε ᾔσθετο καὶ ὡς ἑώρα τὸ γιγνόμενον*. Mox *ὅτε ἔμελλε βάλλειν* Cass. Aug. It. Vat. [T. Arn.] Vulgo *προςβάλλειν*, et *πρός* etiam in H. s. v. al. man. Pal. *προςβαλεῖν*. Simplex si verum, subaudiendum est *ταῖς μηχαναῖς*. Conf. 8, 84. *ὥρμησαν ἐγκραγόντες ἐπὶ τὸν Ἀστύοχον ὥςτε βάλλειν*. Vel supplendum *τῷ πυρί*, quae est Arnoldi sententia, quia machina instituta erat *πῦρ ἐνήσειν*. „At puto, ait, Popponem recte vulgatam *προςβάλλειν* restituisse: certe *βάλλειν* non potest eandem significationem habere, quam verbum compositum.“ Et *ἀνασκευάσας* est *sublata aedificiorum supellectile; ἀνῆκε reliquit deo sacrandum*. Herodot. 2, 65. *τῶν εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρά*. „Sacrando tam amplum spatium Brasidae consilium fuisse videtur impedire, ne hostis Lecytho forte recuperato adversus Lacedaemonios uteretur.“ Bloomf.

ἔστι γὰρ ἐν τῇ Ληκύθῳ Ἀθηνᾶς ἱερόν, καὶ ἔτυχε κηρύξας, ὅτε ἔμελλε προςβάλλειν τῷ ἐπιβάντι πρώτῳ τοῦ τείχους τριάκοντα μνᾶς ἀργυρίου δώσειν, νομίσας ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἢ ἀνθρωπείῳ τὴν ἅλωσιν γενέσθαι, τάς τε τριάκοντα μνᾶς τῇ θεῷ ἀπέδωκεν ἐς τὸ ἱερὸν καὶ τὴν Λήκυθον καθελὼν καὶ ἀνασκευάσας τέμενος ἀνῆκεν ἅπαν. καὶ ὁ μὲν τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἅ τε εἶχε τῶν χωρίων καθίστατο καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεβούλευε. καὶ τοῦ χειμῶνος διελθόντος ὄγδοον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ.

**117** Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Ἀθηναῖοι ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς ἐκεχειρίαν ἐποιήσαντο ἐνιαύσιον, νομίσαντες Ἀθηναῖοι μὲν οὐκ ἂν ἔτι τὸν Βρασίδαν σφῶν προςαποστῆσαι οὐδὲν πρὶν παρασκευάσαιντο καθ' ἡσυχίαν, καὶ ἅμα εἰ καλῶς σφίσιν ἔχοι, καὶ ξυμβῆναι τὰ πλείω, Λακεδαιμόνιοι δὲ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἡγούμενοι ἅπερ ἔδεισαν φοβεῖσθαι, καὶ γενομένης ἀνακωχῆς κακῶν καὶ ταλαιπωρίας μᾶλλον ἐπιθυμήσειν αὐτοὺς πειρασαμένους ξυναλλαγῆναί τε καὶ τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας σπονδὰς ποιήσασθαι καὶ ἐς τὸν πλείω χρόνον. τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας περὶ πλείονος ἐποιοῦντο κομίσασθαι, ὡς ἔτι Βρασίδας εὐτύχει· καὶ ἔμελλον ἐπὶ μεῖζον χωρήσαντος αὐτοῦ

117. ἐκεχειρίαν] Falsus est Schol. Aristoph. Equ. 793., qui ait Aristophanem eo ipso loco ad istas inducias spectare. Spectat potius ad pacem 4, 15 — 20. memoratam et ad legationem, cuius caput Archeptolemus erat, de quo v. adn. ad 4, 16. extr. Gravius etiam erravit Bloomf., inducias praesentis loci confundens cum pace Niciae, quam constat demum post Cleonis obitum conclusam esse. Mox ξυμβῆναι τὰ πλείω est einen Definitivfrieden schliessen. Arn. confert 4, 30. ἕως ἄν τι περὶ τοῦ πλέονος ξυμβαθῇ et ibi Scholiastam: ἕως τέλειαι σπονδαὶ γένωνται καὶ παντὸς τοῦ πολέμου ἀπαλλαγή. Idem „ἐς τὸν πλείω χρόνον, ait, significat illud longius temporis spatium plurium annorum, in quos pax fieri solebat, contrarie brevi tempori induciarum."

ὡς ἔτι Βρασίδας] Schol. Aristoph. Pac. 478. ἕως ὅ τε. Ἕως utique amplectendum iudicarunt Reisk. et Bekk. Nec Popponi ὡς videtur significare posse *dum*. „Si germanum est, ait, debet *quia* valere, ut c. 79. ὡς τὰ τῶν Ἀθηναίων εὐτύχει, δείσαντες ἐξήγαγον. At ne particula quidem *quia* sensus aptus efficitur. Imo sensus hic esse debere videtur: pluris faciebant illos recipere, quam ad maiora Brasidam sic progredi pati, ut illis priventur, ad caedem Atheniensium ira commota." Propter quod conferri iubet c. 41. init. κομισθέντων δὲ τῶν ἀνδρῶν, οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλευσαν δεσμοῖς μὲν αὐτοὺς φυλάσσειν, μέχρι οὗ τι ξυμβῶσιν· ἢν δ' οἱ Πελοποννήσιοι πρὸ τούτου ἐς τὴν γῆν ἐμβάλλωσιν, ἐξαγαγόντες ἀποκτεῖναι. Consentit Arn.; ὡς cum Poppone melius converti *quia* (*quia Brasidas usque prospere pugnabat*), hunc enim usitatiorem sensum voculae ὡς esse. At scriptor non dicit ὡς, sed ὡς ἔτι, ut mihi sensus esse videatur: quum adhuc Brasidas fortuna prospera utebatur, tum Lacedaemonios pluris fecisse viros captivos recipere, quam vel ante vel postea, ubi spes eorum victoriae non tanta esset, neque adeo tantum virorum desiderium. Proximis καὶ ἔμελλον hoc mihi scriptor videtur dicere: futurum fuisse, ut, postquam Brasidas in maius profecisset, et sua arma cum potestate Atheniensium exaequasset, Lacedaemonii viris in insula captis privarentur, quippe in captivitate retentis (non occisis, ut Popp. opinatur, non ac-

καὶ ἀντίπαλα καταστήσαντος τῶν μὲν στέρεσθαι, τοῖς δ' ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνόμενοι κινδυνεύειν καὶ κρατήσειν. γίγνεται οὖν ἐκεχειρία αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις ἥδε.

Περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ 118 Πυθίου δοκεῖ ἡμῖν χρῆσθαι τὸν βουλόμενον ἀδόλως καὶ ἀδεῶς

curate inspecto cap. 41. init.); utque cum ceteris militibus, quibus tunc uterentur, ex aequo contra Athenienses pugnantes in periculum discrimenque summae belli adducerentur. Itaque τῶν refero ad viros in Sphacteria captos, τοῖς δέ autem ad milites, quibus contra Athenienses utebantur praeter viros in Sphacteria captos. Porro haec explicatio postulat, ut pro κρατήσειν legatur κρατήσεσθαι. Vulgatam certe patet corruptam esse. Reisk. igitur coniecit καὶ προσπταίσειν, Coraes καὶ μὴ κρατήσειν, Haack. εἰ κρατήσειαν, pro quo dicendum fuisse εἰ κρατήσοιεν vel potius εἰ κρατήσουσι, ut Schol. habet, Popp. monuit. Idemque proposuit, quod ego praetulerim, καὶ κρατήσεσθαι. Arn. de h. l. ita sentit: *probabile esse, si Brasidas arma Spartanorum cum Atheniensium exaequasset, fore ut cives suos Sphacteriae captos amittant, quamquam quod ad Athenienses attinet, pares congressi cum iis sperare poterant, sese victores discessuros.* Ubi plura monenda sunt: nam ἀμύνεσθαί τινι sensu *pugnandi contra aliquem* Thucydideum non est. Excusat quidem Arn. dicens, ἀμυνόμενοι idem esse, quod μαχόμενοι τοῖς Ἀθηναίοις ἵνα ἀμύνωνται αὐτούς, verum „ἀμύνεσθαι dici ut ἀγωνίζεσθαι, μάχεσθαι et similia, nemo demonstravit. Habent quidem τούς δ' ἐκ D. E., sed τούς natura illorum librorum non commendatur." Popp. Praeterea probarem, τοῖς δέ ad Athenienses referri, si ex adverso Spartani positi essent; multo facilius per τῶν μὲν — τοῖς δέ duo genera militum Spartanorum inter se referuntur. Neque *quamquam*, quod Arn. infersit, in Graecis est. Denique κινδυνεύειν a Thucydide non dicitur, nisi de re mala, quae timendum est ne accidat; itaque non potest esse, ut Arn. interpretatur, to have a fair chance.

118. Formula induciarum, ab Atheniensibus cum Lacedaemoniis factarum. Inde ab initio leges sive capita proponuntur, quibus Lacedaemonii inducias fieri voluerunt; inde a verbis Ἔδοξε τῷ δήμῳ. Ἀκαμαντίς etc. verba Atheniensium sequuntur, quibus conditiones a Spartanis propositas ratas habuerunt. Vide de hac formula et in universum de formulis ac praescriptionibus senatusconsultorum, decretorum et populiscitorum Schoem. De Comit. Athen. p. 131. „Dobraeus existimat, omnia capita huius pacti Athenis conscripta et deinceps ordine a Lacedaemoniis rata habita esse; post ea sequi formulam, qua totum Athenienses comprobant, verbis ἔδοξε τῷ δήμῳ. Contra plurima pars commentatorum in hac opinione sunt, Lacedaemonios totam formulam composuisse et singula eius capita confirmasse; posthac eam Athenas missam esse, ut ab Atheniensibus quoque sanciretur. Proinde totum putant inde ab initio capitis usque ad verba ἐνιαυτὸν ἔσονται continere inducias rite a Lacedaemoniis perscriptas et ratas factas: post quae verba deinde sequitur approbatio Atheniensium. Hoc firmatur verbis, quae proxime praecedunt auctoritatem Atheniensium: εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι, ἰόντες ἐς Λακεδαίμονα διδάσκετε. Mihi quidem res ita se habuisse videtur. Induciae primum proponebantur ab Atheniensibus, quantum quidem colligas ex c. 117. Legati, non tamen plena potestate induti, Spartam mittebantur rem ibi transacturi, et conditiones exponebantur, de quibus inter legatos et magistratus Spartanorum conveniret. Sic per Spartanos sancita Athenas remittebantur, ut per Athenienses rata fierent, hac cum

*κατὰ τοὺς πατρίους νόμους. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις ταῦτα δοκεῖ καὶ τοῖς ξυμμάχοις τοῖς παροῦσι· Βοιωτοὺς δὲ καὶ Φω-*

postulatione, ut, si non acciperentur, legati cum plena potestate Spartam mitterentur, ne mora fieret per pactum ad Spartanos remittendum, ab iis denuo perpendendum et rursus Athenas perferendum, ut populiscito Atheniensium ratum fieret. Ac quum capita primum Spartae constituta essent et hinc Athenas, tanquam a magistratibus Spartanis proposita, venissent, verba formulae Lacedaemoniis mandantur, ut satis declarare videntur usus nominis Coryphasii loco Pyli, et verba *ἡμᾶς* atque *αὐτούς* in capite de Cytheris." Arn.

I. *Περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ*] Primo hoc capite Atheniensibus aliquid conceditur, quum Delphi rebus Lacedaemoniorum vehementer omni tempore studerent, ut Atheniensibus difficillimum futurum fuisset, bello saeviente aditum ad templum habere. Alterum caput de aerario sacro recte a Bloomfieldio intelligitur hoc consilio receptum esse, ne Lacedaemonii pecunias Delphicas in suos usus converterent, quemadmodum eos ineunte bello facere in animo habuisse cognoscimus ex 1, 121. Ut paucis absolvam, mens duorum priorum capitum haec est, ut genti Graecorum commune templum Delphicum esse declaretur, et non uni Doricae stirpi, quae semper Lacedaemoniorum voluntas fuerat." Id. Mox vulgo est *ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις*. At *ἄλλοις* om. libri bene multi; quod quamquam inutile videatur, tamen temere ortum esse Popponi improbabile videtur, qui se ad Xen. Cyrop. 3, 2, 18. et Ind. Anab. conferri iubet. Aug. sic habet: *περὶ μὲν οὖν τούτων ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις, κ α τ ὰ τ α ῦ τ α· τ ά τ ε δ ὲ ἔ δ ο ξ ε Λ α κ ε δ α ι μ ο ν ί ο ι ς κ α ὶ τ ο ῖ ς ξ υ μ μ ά χ ο ι ς*. Habent haec etiam F. [et T. Arn.], nisi quod *τάδε* pro *τάτε δέ* et *τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις* praebent. „Et sane simile additamentum aliquis desideret, quum in vulgata *τούτων* ad sequentia debeat pertinere, cui explicationi nec particulae *μὲν οὖν* favent, nec ipsa verba *περὶ τούτων ἔδοξε*, quae si interpretere *convenerunt de his, ut* etc., non *ἔδοξε*, sed *ὡμολόγησαν* vel simile verbum exspectes. Heilm. quidem convertit: in Ansehung unserer gegenwärtigen Händel finden die Lacedaemonier — für gut. Sed *περὶ τούτων* quomodo *de rebus* seu *certaminibus praesentibus* significet, non perspicimus. Facillime etiam repetita *Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς* (*ἄλλοις*) *ξυμμάχοις* effecerint, ut nonnulla hic exciderent." Popp. Lugd. *περὶ μὲν οὖν τούτων τ ά δ ε ἔδοξε*, quo dicta a Poppone quodammodo comprobantur, siquidem verba *τάδε ἔδοξε* videntur reliquiae esse sententiae, quam Aug. F. [et T. Arn.] supplent. Tametsi in hoc supplemento aegre vocabulo *ἔτι* vel simili (velut *ἔτι δὲ τάδε ἔδοξεν*) careri, recte Popp. addidit. „Haack. iungit verba *ἐπὶ τῆς αὐτῶν — ἑκατέρους* cum *ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται οἱ Ἀθηναῖοι*, hoc sensu, Lacedaemonios illa duo de Delphis concedere sub hac lege, ut Athenienses *statum quo*, qui dicitur comprobent i. e. ut quae utraeque partes possident, ea retineant. At, opinor, si sic esset, legeremus *εἰ ποιοῖντο*, non *ἐὰν ποιῶνται*." Arn. Imo, si Haackii rationem sequaris, ita desideres: *περὶ μὲν οὖν τούτων τ ά δ ε ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις, ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται* etc. Verum restat alia via, vulgatam tuendi, si structuram sic fieri velis: *περὶ μὲν οὖν τούτων ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται οἱ Ἀθηναῖοι, ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις ἐπὶ τῆς αὐτῶν μένειν ἑκατέρους* etc. Quamquam ne hoc quidem satisfacit, quia hac collocatione verborum res ita proponitur, quasi ex duobus prioribus capitibus omnia reliqua pendeant, et in illis duobus summa rerum insit. Porro pauci quidam libri *ἐπὶ τοῖς αὐτῶν*, quocum Duk. confert c. 105. *τὸν μὲν βουλόμενον ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ μέ-*

*κέας πείσειν φασὶν ἐς δύναμιν προςκηρυκευόμενοι. περὶ δὲ τῶν χρημάτων τῶν τοῦ θεοῦ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως τοὺς ἀδικοῦντας ἐξευρήσομεν, ὀρθῶς καὶ δικαίως τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι καὶ ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς καὶ τῶν ἄλλων οἱ βουλόμενοι, τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι πάντες. περὶ μὲν οὖν τούτων ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις, ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τῆς αὐτῶν μένειν ἑκατέρους ἔχοντας ἅπερ νῦν ἔχομεν, τοὺς μὲν ἐν τῷ Κορυφασίῳ ἐντὸς τῆς Βουφράδος καὶ τοῦ Τομέως μένοντας, τοὺς δὲ ἐν Κυθήροις μὴ ἐπιμισγομένους ἐς τὴν ξυμμαχίαν, μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, τοὺς δὲ ἐν Νισαίᾳ καὶ Μινώᾳ μὴ ὑπερβαίνοντας τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν Πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου ἐπὶ τὸ Ποσειδώνιον, ἀπὸ δὲ*

*νειν.* At ibi bona seu facultates designari, monet Popp. coll. 8, 86. Buphras et Tomeus, qui paulo post leguntur, nomina sunt montium, ut videtur, in continente prope Pylum (Coryphasium). Certe apud Stephanum Byz. legitur *Τομαῖον ὄρος παρὰ τὸ Κορυφάσιον τῆς Πύλου, ἐοικὸς σμίλῃ* (scalpro), ubi initium loci Stephani Popp. docere ait, legendum esse *Τομεύς*. Buphradis negat praeterea apud veteres mentionem fieri, addens Buphradem et ipsum montem factum esse a Boccagio in Tabula Messeniae, itemque a Reichardo, adde ab Od. Muellero in Tabula Peloponnesi, cui tamen in Dor. 2. p. 455. cum aliis fluvius fuisse videtur, quemadmodum etiam Tomeus.

*ἐς τὴν ξυμμαχίαν*] Abstractum pro concreto, pro *ἐς τὸ ξυμμαχικόν* sive *ἐς τοὺς ξυμμάχους*. Heilm. monet verborum 2, 9. *αὕτη μὲν ἡ ξυμμαχία τῶν Λακεδαιμονίων — ἡ ξυμμαχία τῶν Ἀθηναίων — ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων*. Dein minusculam literam in *πυλῶν* (in verbis *ἀπὸ τῶν πυλῶν*) maiusculae primus substituit Bekk. Nam sensus esse videtur *porta, quae ducit* per moenia Nisaeae *ab Niso*. Porro pro *τῶν παρὰ τοῦ* Cass. Aug. (sed hic a corr., videtur fuisse *παρά*), F. D. I. E. Lugd. Vind. [T. Arn.] *τῶν ἀπὸ τοῦ*, „quod aut verum est, aut vim saltem eius praepositio *παρά* habet. Diiudicandum hoc quodammodo ex proximo nomine; nam cum *Νίσου* melius convenit *παρά*, cum *Νισαίου* melius *ἀπό*." Popp. Etenim pro *τοῦ Νίσου* Cass. Aug. (sed hic a corr.) F. D. I. Lugd. Vind. Mosqu. [T. Arn.] *τοῦ Νισαίου*, quod non improbatur Popponi, qui interpretatur *portae, quae a Nisi sacello ducit ad Neptuni templum*. Vulgata dubitat, num ita explicanda sit: *a porta, quae a Niso nomen habet*. Haack. coniecit *παρὰ τῷ Νίσου* i. e. *quae est apud aedem Nisi*. Mihi Nisus heros pro Nisi fano et pro regione oppidi, in qua hoc fanum erat, dictus esse videtur. Quamvis enim Popp. obloquatur, antiquos quidem deorum nomina pro templis ponere, at praeter locos Thuc. 1, 128. 4, 67., etiam alio nomine suspectos, apud Thucydidem nulla huius usus exempla esse, oblitus esse videtur, totam regionem Syracusarum urbis ibique exstructum fanum Fortunae a nomine Deae Tycam appellata fuisse. Conf. adn. ad 4, 67. Paulo post *καὶ τὴν νῆσον* puta Minoam, non, ut Bloomf. opinatur, Sphacteriam, et supple *καὶ τὴν νῆσον, ἥνπερ ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι, ἔχοντας μένειν Ἀθηναίους*. Bred. supplere volebat *μένειν Μεγαρέας*. At quid Megarensibus est cum Minoa, quam Athenienses ceperant, neque iis ereptam esse usquam legimus. Vid. 3, 51. Et volebant Lacedaemonii, ut paulo superius est, *μένειν ἑκατέρους* (Spartanos et Athenienses), *ἔχοντας ἅπερ νῦν ἔχομεν*. Mox vulgo *μήτε ἐπιμισγομένους*, quod quomodo tam diu ferri potuerit, Popp. miratur.

*τοῦ Ποσειδωνίου εὐθὺς ἐπὶ τὴν γέφυραν τὴν ἐς Μινῴαν, (μηδὲ Μεγαρέας καὶ τοὺς ξυμμάχους ὑπερβαίνειν τὴν ὁδὸν ταύτην,) καὶ τὴν νῆσον, ἥνπερ ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι, ἔχοντας, μηδὲ ἐπιμισγομένους μηδετέρους μηδετέρωσε· καὶ τὰ ἐν Τροιζῆνι, ὅσαπερ νῦν ἔχουσι καὶ οἷα ξυνέθεντο πρὸς Ἀθηναίους. καὶ τῇ θαλάσσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν, Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πλεῖν μὴ μακρᾷ νηί, ἄλλῳ δὲ κωπήρει πλοίῳ, ἐς πεντακόσια τάλαντα ἄγοντι*

*καὶ τὰ ἐν Τροιζῆνι*] Supple (quamvis durum sit, sed res non aliter patitur) *ἔχοντας μένειν Λακεδαιμονίους ὅσαπερ νῦν ἔχουσι καί* etc. Mans. Spart. 2. p. 135. not. 1. et post eum Bred. cogitaverunt de supplendo hic quoque *Μεγαρέας*. At quid Megarensibus esset cum Troezene? Alii supplent *ἔχοντας μένειν Ἀθηναίους ὅσαπερ νῦν ἔχουσι*, quod sane propterea commodius esset, quod in superioribus quoque idem subiectum (Athenienses) est. Sed quid tum fiet verbis *καὶ οἷα ξυνέθεντο πρὸς Ἀθηναίους?* Quinam erunt isti *πρὸς Ἀθηναίους ξυνθέμενοι?* et quam dura futura esset variatio subiectorum in verbis *ὅσα περ ἔχουσι* (Athenienses), et *οἷα ξυνέθεντο* (nescio qui) *πρὸς Ἀθηναίους!* Quod autem qui supplent *ἔχοντας μένειν Ἀθηναίους*, provocant ad Thucydidem 1, 115., ubi Athenienses narrantur Troezenem Lacedaemoniis reddidisse induciis post Periclis bellum Euboicum factis, et addunt, partem Troezenis deinde recuperasse, abutuntur loco Thuc. 4, 45. *ἀφίκοντο* (Athenienses) *ἐς Μεθώνην τὴν μεταξὺ Ἐπιδαύρου καὶ Τροιζῆνος. καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς Χερσονήσου ἰσθμὸν ἐτείχισαν, ἐν ᾧ ἡ Μεθώνη ἐστί, καὶ φρούριον καταστησάμενοι ἐλῄστευον τὸν ἔπειτα χρόνον.* Nam Troezen extra Chersonesum istam sita fuit, atque ex 4, 21. et sqq. constat, Cleonem a Lacedaemoniis frustra redditionem Troezenis et aliorum locorum postulasse, quae Athenienses iis illis induciis post Periclis bellum Euboicum conclusis concesserant. Ad hasque ipsas inducias refero verba *οἷα ξυνέθεντο* i. e. in der Art, wie sich hierüber die Lacedaemonier im 30jährigen Frieden (1, 115.) mit den Athenern vertragen hatten. — Non iam dubito, dici posse *ἐν Τροιζῆνι* pro *ἐν Τροιζηνίᾳ*, neque enim secus legitur *ἐν Ἐπιδαύρῳ* pro *ἐν Ἐπιδαυρίᾳ* 5, 80. et *ἐν Ἐρετρίᾳ* pro *ἐν Ἐρετραίᾳ* 8, 95. si sequaris libros, qui praeter Dan. omnes illud habent. Atque Methonen (Methanam) agri Troezeni fuisse, perspicue dicit Pausan. 2, 34, 1.

*ἄλλῳ δὲ κωπήρει*] i. e. *navibus remigio actis, praeterquam navibus longis*. v. Dorv. ad Charit. p. 294. „Similiter navigatio Persarum restricta est, idque tam utile navali suo imperio Athenienses esse duxerunt, ut, quum Persarum auxilio quammaxime egerent, nihil de illa restrictione remittere vellent 8, 56. At inserendo verba *κωπήρει πλοίῳ* etc. et restringendo summam amphorarum et navigationem intra litora Peloponnesi et sociorum includendo aliud praeterea spectabant, ut mercaturam Peloponnesi, inprimis cursus eorum maritimos in Orientem, in Aegyptum Phoeniciamque tollerent, qui fieri non possent nisi per naves onerarias velis actas.“ Arn.

*ἐς πεντακόσια τάλαντα*] Magnitudo navium frumentariarum modiis aestimabatur, vinariarum amphoris, quae alias merces vehebant in pondere consistentes, talentis vel centumpondiis sive centenariis; dicit Salmas. in Obss. ad Ius Att. et Rom. p. 734. Duk. v. inprimis Barthelem. Voy. d. j. Anach. Vol. 7. p. 264. „Quingenta talenta circiter 450 centumpondia (Centner), sive ex gravissimis sc. Aegineticis aestimes, 475 centumpondia exaequant.“ Bred. Postremo τέλος

μέτρα. κήρυκι δὲ καὶ πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις ὁπόσοις ἂν δοκῇ περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου καὶ δικῶν ἐς Πελοπόννησον καὶ Ἀθήναζε σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. τοὺς δὲ αὐτομόλους μὴ δέχεσθαι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μήτε ἐλεύθερον μήτε δοῦλον, μήτε ἡμᾶς μήτε ὑμᾶς. δίκας τε διδόναι ὑμᾶς τε ἡμῖν καὶ ἡμᾶς ὑμῖν κατὰ τὰ πάτρια, τὰ ἀμφίλογα δίκῃ διαλύοντας ἄνευ πολέμου. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις ταῦτα δοκεῖ· εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι, ἰόντες ἐς Λακεδαίμονα διδάσκετε· οὐδενὸς γὰρ ἀποστήσονται ὅσα ἂν δίκαια λέγητε, οὔτε οἱ Λακεδαιμόνιοι οὔτε οἱ ξύμμαχοι. οἱ δὲ ἰόντες τέλος ἔχοντες ἰόντων, ᾗπερ καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς κελεύετε. αἱ δὲ σπονδαὶ ἐνιαυτὸν ἔσονται. ἔδοξε τῷ δήμῳ. Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης

ἔχοντες est mit Vollmacht versehen. Schol. ἀντὶ τοῦ αὐτοκράτορες ὄντες.

II. ἔδοξε τῷ δήμῳ] Si qui cum Atheniensibus paciscerentur, debebant illi pacta primum rata habere; tum a populo Attico aut confirmabantur aut reiiciebantur; quod de Symbolis (von den Staatsverträgen) monstravit Schoem. in opere de Re Iudiciar. Atheniensium. Conf. potissimum Or. de Halones. p. 78., ubi κυροῦν est de confirmandis decretis, non de iudicio. Idem in σπονδαῖς faciendis observatum esse docet hoc exemplum Thucydidis." Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 112.

Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε] Primus Clisthenes populum Atticum in decem tribus descripsit, senatumque multiplicavit, quinquagenis ex singulis tribubus senatoribus sortitis, ut universorum numerus efficeretur quingentorum. Quinquageni autem illi uniuscuiusque tribus senatores decimam anni partem senatui comitiisque praesidebant, Prytanum per id tempus nomine insigniti. Quare quum, quo tempore hoc populiscitum factum est, tribus Acamantis prytanes dedisset, praescriptio haec est: Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε. Tempus illud, per quod prytanes erant, tricenorum quinorum aut senorum, pro lunaris anni modo, dierum, Prytania dicebatur. Praesidebant autem singulae senatorum tribus non certo quodam et definito ordine, sed eo, qui sorte evenisset. Sed prytanes ipsi munera sua non simul omnes, sed per vices obibant, in quinas decurias sorte distributi, quarum singulae septenos dies reliquis omnibus praesidebant, et praesides vel πρόεδροι ab re appellabantur. His autem praesidibus ad singulos e septenis dies singuli praeerant Epistatae item sorte ducti, penes quos arcis et aerarii claves erant. Iam vero praesides illi cum Epistata et in senatu et in comitiis res consultandas proponebant, et ubi satis erat disceptatum, senatum populumve in suffragium mittebant. Sed adiuncti iis erant ex reliquis novem tribubus, quarum non erat eo tempore prytania, singuli viri, ab Epistata sorte ducti, qui et ipsi Proedri appellabantur, suumque habebant Epistatam et quorum officium erat, videre ut in ipsa consultatione rite omnia et legitimo ordine fierent. Schoem. De Comit. Athen. p. XV. Conf. Boeckh. Staatsh. d. Ath. Vol. 2. p. 411. Wachsm. Antt. Gr. 2, 1. p. 435. C. Fr. Herm. Antt. Gr. §. 127.

ἐγραμμάτευε] Scribae erant tum senatus tum populi, tum alii, qui ἀντιγραφεῖς dicebantur τῆς βουλῆς aut τῆς διοικήσεως, quos *conscriptores* latine dixeris. Ex illis unus erat γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν, quaque prytania a senatoribus sorte ductus, cuius munus Pollux fuisse

εἶπε, τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν· καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν, ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἰόντας ὡς ἀλλήλους πρέσβεις καὶ κήρυκας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καθ' ὅτι ἔσται ἡ κατάλυσις τοῦ πολέμου. ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς

dicit, ut psephismata aliasque literas publicas custodiret, ea nimirum, quae per suam prytaniam scripta essent. Hunc fuisse illum putat Schoem., qui oratoribus aderat in conscribendis psephismatis, eiusque nomen ante archontem Euclidem psephismatis praescribebatur. Vid. de Comit. Athen. p. 318. Porro Laches, qui sequitur, est nomen eius, qui rogationem tulit (εἶπε), cuiusque rogatu populus inducias faciendas decrevit. Vid. ibidem c. 8. p. 281 sqq.

ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν] i. e. *initium induciarum esto ab hac die*, qui est usus loquendi Graecorum in actis publicis, de quo v. Boeckh. C. I. Vol. 1. p. 29. med. Ad verbum est: *hic dies incipit foedus*, v. ibidem p. 877. Conf. Thuc. 5, 19. Demosth. Timocr. p. 713. Reisk. coll. Arn. ad praesentem locum Thuc.

τετράδα ἐπὶ δέκα] Difficultas hoc in loco inesse visa est, quod in mentione induciarum ab Atheniensibus cum Spartanis initarum Elaphebolionis mensis diem 14 cum mensis Spartani Gerastii die 12 scriptor c. 119. init. aequiparet, itemque Elaphebolionis diem ab fine sextum cum mensis Spartani Artemisii die a fine quarto in mentione pacis biennio post factae 5, 19. Namque ponere scriptorem

diem 14 Elaphebol. = 12 Gerast.
diem 24 Elaphebol. = 26 Artemis.,

unde, si Elaphebolionem componas cum Gerastio, effici, diem 26 Elaphebolionis respondere diei 24 Gerastii, nec posse convenire cum mensis Artemisii die quocunque. Ideler. Handb. d. Chronol. Vol. 1. p. 362. „Nemo, ait, mirabitur, si biduo inter se discrepant menses (Spartanus et Atticus), quorum uterque phasibus lunae computaretur. Differentia autem mensium Laconicorum, quos duos Attico uni Elapheboliori aequiparat, indicio est, Lacedaemoniis alium cyclum intercalarem fuisse, quam Atticis.“ At praesenti loco per Elaphebolionem Atticum et Gerastium Laconicum diversa tempora declarantur, neque Attico mensi Elapheholioni mensis Laconicus Gerastius respondet. Etenim Elaphebolione Lacedaemoniorum legati *Athenis* cum Atheniensibus pacem concluserunt: ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος i. e. pax initium habeto hoc ipso die (quo in concione Atheniensium conclusa est). Mense Gerastio Lacedaemoniorum socii pacem a Lacedaemoniis antea Athenis initam et ipsi iureiurando firmarunt *Spartae*. Seorsum Spartani pacem concluserunt, seorsum socii Spartanorum conclusam firmaverunt. Hoc serius factum est, unde probabile fit, Gerastium proximum mensem fuisse post Artemisium; nam ultra mensem pacis per socios confirmationem dilatam esse vix crediderim, quum Atheniensium propter Brasidae profectus, quos timebant, plurimum interesset, eam quantocius firmari. Socios autem seorsum pacem firmasse, non caret exemplo: sic Philippus rex Macedonum pacem Philocrateam cum Atheniensibus per legatos suos Athenis conclusit, serius rogante Demosthene legatio quinque virorum in Macedoniam missa est, qui regem et socios regis firmandae eiusdem pacis causa iusiurandum adigerent. Vid. Prolegg. ad Demosth. Oratt. de Rep. habitas 2. p. 3—16.

πρυτάνεις πρῶτον περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους καθ' ὅτι ἂν ἐςίῃ ἡ πρεσβεία περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου· σπείσασθαι δὲ αὐτίκα μάλα τὰς πρεσβείας ἐν τῷ δήμῳ τὰς παρούσας ἦ μην ἐμμενεῖν ἐν ταῖς σπονδαῖς τὸν ἐνιαυτόν.

119 Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὤμοσαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραστίου δωδεκάτῃ. ξυνετίθεντο δὲ καὶ ἐσπένδοντο Λακεδαι-

*τοὺς στρατηγοὺς — τοὺς πρυτάνεις*] His accusativis usus est, quia haec subiecta ex parte insunt in notione subiecti verbi primarii *βουλεύσασθαι*. Nam sensus idem est, ac si dixisset *ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας Ἀθηναίους, στρατηγοὺς καὶ πρυτάνεις, βουλεύσασθαι Ἀθηναίους*, pro *ἐκκλησίαν δὲ ποιησάντων τῶν στρατηγῶν καὶ πρυτανέων βουλεύσασθαι Ἀθηναίους*. Mox verba *καθ' ὅτι ἂν ἐςίῃ* etc. intelligo auf welche Basis eine Gesandtschaft wegen Beendigung des Krieges die Unterhandlungen eröffnen solle. Atque sic video etiam Bloomfieldium accepisse: to consider whether and on what terms an embassy for peace may be admitted. Arn. ita intelligit: „populus deliberato, utrum certus quidam numerus virorum, plena potestate instructorum, iubeatur cum Spartanis transigere (id quod Lacedaemonii postulaverant in transactionibus, dum Sphacteria obsidebatur c. 22.), an legati Spartanorum in concione publica conditiones ferant.“ Verum quum Athenienses illud prius dicta occasione tam indignabundi reiecissent, non credibile est, eos hoc tempore dubios fuisse, utrum horum duorum, quae Arn. dicit, praeferendum sit. Porro *τὰς πρεσβείας τὰς παρούσας* intellige legatos, qui Athenis aderant Spartanorum et sociorum, ex quibus certe non aderant legati Boeotorum, Phocensium atque aliorum, qui serius Spartae pacem firmabant c. 119. Boeotis et Phocensibus se persuasuros, ut pacem ineant, initio instrumenti pacis hoc ipso capite ineunte Lacedaemonii pollicentur. Phocenses enumerantur inter socios Spartanorum ineunte bello 2, 9. „Hos socios Athenienses amiserant inde a pugna apud Coroneam, post quam factio optimatum superior evasit non solum in Boeotia, sed etiam in terris vicinis.“ ARN. Vol. 2. p. 192.

119. *καὶ ὤμοσαν*] Cass. Vat. Laur. F. C. Reg. (G.) cod. Bas. Gr. D. E. Vind. m. Ar. Chr. Dan. marg. Steph. Sed Cass. Lugd. Vind. m. Ar. Chr. Dan. [T. ARN.] marg. Steph. post *ξυνέθεντο* collocant, quem ordinem Popp. 1, 1. p. 304. probavit. Vulgo *ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι, Ἀθηναίοις* etc. Virgulam post *ξύμμαχοι* posuit Bekk., quasi verba *καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι* in parenthesi essent. At ex iis, quae ad finem proxime praecedentis capitis disputavi, apparebit, comma post *ξυμμάχοις* delendum, et *καὶ ὤμοσαν καὶ οἱ ξύμμαχοι* legendum esse. Nec *καὶ ὤμοσαν*, nec *καὶ ὡμολόγησαν* agnoscunt Cl. Ven. atque teste Bekk. etiam Aug. Sensus est: *Haec pacti sunt Lacedaemonii et fidem iureiurando dederunt etiam socii* (Lacedaemoniorum, qui non iam Athenis praestitissent), *Atheniensibus et sociis* (Atheniensium) *mensis Laconici Gerastii die duodecimo.* Nomina, quae sequuntur, pleraque perperam scribi a Scholiasta Aristoph. Equ. 791. eumque hinc corrigendum esse, Duk. monuit. Ex his Spartani legati iam Athenis iureiurando civitatem suam obstrinxerant paci in annum servandae; sociorum legati, qui quidem adfuerant, Athenis; ceteri Spartae iurabant; duces Atheniensium et Athenis fidem iureiurando dederant Spartanis et legatis, quotquot aderant sociorum, tum iidem Spartam profecti sociis reliquis vicissim iureiurando nomen Atheniensium obstringebant. *Ἐχετιμίδα* in Pal. rec. manu superscr. In Chr. *Ἐχεμενίδα*. Schol. Aristoph. Equ. 791. *Ἐχετιμίδης*. Vid. Valck.

μονίων μὲν οἵδε, Ταῦρος Ἐχετιμίδα, Ἀθήναιος Περικλείδα, Φιλοχαρίδας Ἐρυξιδαΐδα, Κορινθίων δὲ Αἰνέας Ὠκύτου, Εὐφαμίδας Ἀριστωνύμου, Σικυωνίων δὲ Δαμότιμος Ναυκράτους, Ὀνάσιμος Μεγακλέους, Μεγαρέων δὲ Νίκασος Κεκάλου, Μενεκράτης Ἀμφιδώρου, Ἐπιδαυρίων δὲ Ἀμφίας Εὐπαΐδα, Ἀθηναίων δὲ οἱ στρατηγοὶ Νικόστρατος Διιτρέφους, Νικίας Νικηράτου, Αὐτοκλῆς Τολμαίου. ἡ μὲν δὴ ἐκεχειρία αὕτη ἐγένετο, καὶ ξυνῄεσαν ἐν αὐτῇ περὶ τῶν μειζόνων σπονδῶν διὰ παντὸς ἐς λόγους.

120 Περὶ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας αἷς ἐπήρχοντο, Σκιώνη ἐν τῇ Παλλήνῃ πόλις ἀπέστη ἀπ' Ἀθηναίων πρὸς Βρασίδαν. φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τοῦτο τῷ χειμῶνι ᾧ ἐχρήσαντο Ἀχαιοί, καὶ αὐτοῦ οἰκῆσαι. ἀποστᾶσι δ' αὐτοῖς ὁ Βρασίδας διέπλευσε νυκτὸς ἐς τὴν Σκιώνην, τριήρει μὲν φιλίᾳ προπλεούσῃ, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄποθεν ἐφεπόμενος, ὅπως εἰ μέν τινι τοῦ κέλητος μείζονι πλοίῳ περιτυγχάνοι, ἡ τριήρης ἀμύνοι αὐτῷ, ἀντιπάλου δὲ ἄλλης τριήρους ἐπιγενομένης οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ ἐν τούτῳ αὑτὸν διασώσειν. περαιωθεὶς δὲ καὶ ξύλλογον ποιήσας τῶν Σκιωναίων ἔλεγεν ἅ

ad Theocr. 1, 125. Vol. 1. p. 42. Heind. Pro Ἐρυξιδαΐδα idem ad Herodot. 4, 150. corrigit Ἐρυξιλαΐδα.

120. *αἷς ἐπήρχοντο*] Schol. *εἰς ἀλλήλους ἑκάτεροι.* „Ἐπέρχεσθαι, ubi dicitur vel de duobus hominibus, vel de duabus partibus, est *commeare, invicem visere, adire*, ut ἐπιγαμία est *connubium*, ἐπεργασία et ἐπινομία *commercium agrorum et pascuorum.*". Addere poterat ἐπιχρῆσθαι, *vicissim uti* 1, 41. init. Pro *Παλλήνῃ* vitiose legebatur *Πελλήνῃ*, quamquam constat, Chersonesum, in qua Scione erat, Pallenam dictam esse. At *Πελληνῆς* qui sequuntur, cives Pellenae, urbis Achaicae, sunt. Pausan. 7, 26. *Πελληνεῖς — Ἀχαιῶν οἰκοῦσιν ἔσχατοι.* Steph. Byz. *Πελλήνη, πόλις Ἀχαΐας.* Incolae Pallenae Thraciae Chersonesi *Παλληναῖοι* audiunt, ut docuit Valck. ad Theocr. Adon. p. 352. A. Latini *Pellenenses* et *Pallenaei*.

*ἀμύνοι αὐτῷ*] Libri quam plurimi *αὐτῇ*. *Αὐτή* legi voluit Bened., quam scripturam Herm. de solo triremis adspectu intelligit. „Brasidas, ait, parvo intervallo navi celoce sequitur. Cui si alia navis non triremis quidem, sed tamen grandior forte obviam venerit, *ipsa* navis longae sive triremis, quae Brasidam comitatur, *specie* terretur, neque audet celocem aggredi. Ita auxiliatur *τριήρης αὐτή*, *solus triremis adspectus.* Sin occurret navis longa, quae par sit triremi Brasidae, non in celocem impetum faciet, sed in maius navigium." Sed ita Popp. potius *αὐτὴ ἡ ὄψις τῆς τριήρους* requirit, et „ᾗ in *αὐτῇ*, ait, fortasse ex diversa scriptura verbo *ἀμύνοι* superscripta ortum sit. Sed totum hoc pronomen, quod Polyaen. Strateg. 7, 47. omisit, et ab interpretibus addi potuit, nobis suspectum." Arnoldi sententia est, si *αὐτῇ* verum sit, intelligendum esse *ultro*: „contra minorem navem, ait, triremis ultro itura est auxilium ei ferens; contra grandiorem coacta erit pugnare, quia illa se aggredietur." Et provocat ad Herm. in Vig. adn. 123. b. §. 4.

τε ἐν τῇ Ἀκάνθῳ καὶ Τορώνῃ, καὶ προςέτι φάσκων ἀξιωτάτους αὐτοὺς εἶναι ἐπαίνου, οἵτινες τῆς Παλλήνης ἐν τῷ ἰσθμῷ ἀπειλημμένης ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων Ποτίδαιαν ἐχόντων καὶ ὄντες οὐδὲν ἄλλο ἢ νησιῶται αὐτεπάγγελτοι ἐχώρησαν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν καὶ οὐκ ἀνέμειναν ἀτολμίᾳ ἀνάγκην σφίσι προςγενέσθαι περὶ τοῦ φανερῶς οἰκείου ἀγαθοῦ· σημεῖόν τ' εἶναι τοῦ καὶ ἄλλο τι ἂν αὐτοὺς τῶν μεγίστων ἀνδρείως ὑπομεῖναι, εἰ τεθήσεται κατὰ νοῦν τὰ πράγματα· πιστοτάτους τε τῇ ἀληθείᾳ ἡγήσεσθαι αὐτοὺς Λακεδαιμονίων φίλους καὶ τἄλλα τιμήσειν. καὶ 121 οἱ μὲν Σκιωναῖοι ἐπήρθησάν τε τοῖς λόγοις καὶ θαρσήσαντες πάντες ὁμοίως, καὶ οἷς πρότερον μὴ ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα, τόν τε πόλεμον διενοοῦντο προθύμως οἴσειν καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ' ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο καὶ δημοσίᾳ μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα, ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν τε καὶ προςήρχοντο ὥςπερ ἀθλητῇ. ὁ δὲ τό τε παραυτίκα φυλακήν τινα αὐτοῖς ἐγκαταλιπὼν διέβη πάλιν καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ στρατιὰν πλείω ἐπεραίωσε, βουλόμενος μετ' αὐτῶν τῆς τε Μένδης καὶ τῆς Ποτιδαίας ἀποπειρᾶσαι, ἡγούμενος καὶ τοὺς Ἀθηναίους βοηθῆσαι ἂν ὡς ἐς νῆσον, καὶ βουλόμενος φθάσαι· καί τι αὐτῷ καὶ ἐπράσσετο ἐς τὰς πόλεις ταύτας προδοσίας πέρι. καὶ ὁ μὲν ἔμελλεν ἐγχειρήσειν ταῖς πόλεσι ταύταις. ἐν 122

121. *προςήρχοντο ὥςπερ ἀθλητῇ*] Vocem non capiunt interpretes, ideoque addidi *officii causa*. Locum mirifice illustrat Pind. Pyth. 4, 425. *πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα φίλας ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ μιν ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις ἀγαπάζοντο.* Attius Meleagr. *Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent.* Huc spectant illa deplorata et intellecta adhuc nemini Prisciani verba 18. p. 1202. *προςήρχοντο ὡς ΔΕΔΕΝΓΗΗ*, lege *ὥςπερ ἀθλητῇ*. Valer. Fl. 4, 324. *at manus omnis heroum densis certatim amplexibus urguent: armaque ferre iuvat, fessasque attollere palmas.* Conf. Oppian. Halieut. 1, 199. Wass. Pollux 3, 152. pro *προςήρχοντο* habet *προςήεσαν* et memoria lapsus Xenophontem pro Thucydide nominat. Vide ibi interpretes. *Προςήρχοντο* quosdam interpretari *tanquam victorem athletam salutandi et honorandi causa adibant*, iam Steph. ad h. l. adnotavit. *Ἀθλητὴν* hic Olympionicen interpretatur Muret. V. L. 15, 7. Sed ad omnes hieronicas pertinere potest. Duk. Quantum Graeci admirati sint virtutem in omni genere solennium ludorum spectatam, luculenter apparet ex narratione Herodoti de Democede, fugitivo regis Persarum medico, qui mandatum ad regem dedit, ut appareret, esse ipsum quoque in patria spectatum virum, Milonem luctatorem sibi filiam despondisse uxorem. Arn. Charito p. 132, 5. cum pugilibus deductis in stadium cum *pompatico favore* (ut Apuleius vocat) comparat Chaeream et Dionysium in tribunal manu advocatorum et faventis populi deductum. Sed hoc aliud est neque comparari licet cum honorifica deductione et salutatione, quae fiebat, postquam iam victoriam adepti et *ἱερονῖκαι* declarati erant. Verum quando primum pugiles intrabant, ab amicis et populo favente quisque in stadium deducebantur, ut monuit Dorv. p. 513.

*βοηθῆσαι ἂν — νῆσον*] Schol. *ἤγουν ὡς ναυτικοὺς ταχέως ἂν ἐλθεῖν εἰς βοήθειαν.*

*τούτῳ δὲ τριήρει οἱ τὴν ἐκεχειρίαν περιαγγέλλοντες ἀφικνοῦνται παρ' αὐτόν, Ἀθηναίων μὲν Ἀριστώνυμος, Λακεδαιμονίων δὲ Ἀθήναιος. καὶ ἡ μὲν στρατιὰ πάλιν διέβη ἐς Τορώνην, οἱ δὲ τῷ Βρασίδᾳ ἀνήγγελλον τὴν ξυνθήκην, καὶ ἐδέξαντο πάντες οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι Λακεδαιμονίων τὰ πεπραγμένα. Ἀριστώνυμος δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις κατῄνει, Σκιωναίους δὲ αἰσθόμενος ἐκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν ὅτι ὕστερον ἀφεστήκοιεν, οὐκ ἔφη ἐνσπόνδους ἔσεσθαι. Βρασίδας δὲ ἀντέλεγε πολλά, ὡς πρότερον, καὶ οὐκ ἀφίει τὴν πόλιν. ὡς δ' ἀπήγγειλεν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Ἀριστώνυμος περὶ αὐτῶν, οἱ Ἀθηναῖοι εὐθὺς ἑτοῖμοι ἦσαν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Σκιώνην. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πρέσβεις πέμψαντες παραβήσεσθαι ἔφασαν αὐτοὺς τὰς σπονδάς, καὶ τῆς πόλεως ἀντεποιοῦντο Βρασίδᾳ πιστεύοντες, δίκῃ τε ἑτοῖμοι ἦσαν περὶ αὐτῆς κρίνεσθαι. οἱ δὲ δίκῃ μὲν οὐκ ἤθελον κινδυνεύειν, στρατεύειν δὲ ὡς τάχιστα, ὀργὴν ποιούμενοι εἰ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις ἤδη ὄντες ἀξιοῦσι σφῶν ἀφίστασθαι, τῇ κατὰ γῆν Λακεδαιμονίων ἰσχύϊ ἀνωφελεῖ πιστεύοντες. εἶχε δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια περὶ τῆς ἀποστάσεως μᾶλλον ᾗ οἱ Ἀθηναῖοι ἐδικαίουν· δύο γὰρ ἡμέραις ὕστερον ἀπέστησαν οἱ Σκιωναῖοι. ψήφισμά τ' εὐθὺς ἐποιήσαντο, Κλέωνος γνώμῃ πεισθέντες, Σκιωναίους ἐξελεῖν τε καὶ ἀποκτεῖναι. καὶ τἆλλα ἡσυχάζοντες ἐς τοῦτο παρεσκευάζοντο.*

**123** *Ἐν τούτῳ δὲ Μένδη ἀφίσταται αὐτῶν, πόλις ἐν τῇ Παλλήνῃ, Ἐρετριέων ἀποικία. καὶ αὐτοὺς ἐδέξατο ὁ Βρασίδας, οὐ νομίζων ἀδικεῖν, ὅτι ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ φανερῶς προςεχώρησαν· ἔστι γὰρ ἃ καὶ αὐτὸς ἐνεκάλει τοῖς Ἀθηναίοις παραβαίνειν τὰς σπονδάς. διὸ καὶ οἱ Μενδαῖοι μᾶλλον ἐτόλμησαν, τήν τε τοῦ Βρασίδου γνώμην ὁρῶντες ἑτοίμην, τεκμαιρόμενοι καὶ ἀπὸ τῆς Σκιώνης ὅτι οὐ προὐδίδου, καὶ ἅμα τῶν πρασσόντων σφίσιν ὀλίγων τε ὄντων καὶ ὡς τότε ἐμέλλησαν οὐκέτι ἀνέντων ἀλλὰ περὶ σφίσιν αὐτοῖς φοβουμένων τὸ κατάδηλον καὶ καταβιασαμένων παρὰ γνώμην τοὺς πολλούς. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι εὐθὺς πυθόμενοι, πολλῷ ἔτι μᾶλλον ὀργισθέντες, παρεσκευάζοντο ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς πόλεις. καὶ Βρασίδας προςδεχόμενος τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν ὑπεκκομίζει ἐς Ὄλυνθον τὴν Χαλκιδικὴν παῖδας καὶ γυναῖκας τῶν Σκιωναίων καὶ Μενδαίων, καὶ τῶν Πελοποννησίων*

122. *κατῄνει*] i. e. Aristonymus ceteris quidem assentiebatur et socios induciis non teneri concedebat etc., qui ante illas defecerant. Ad *ἀνωφελεῖ* Schol. supplet *ἐν θαλάσσῃ*. Biduo post factas inducias Scionaeos descivisse dicit, i. e. die 16 Elapheb. Ol. 89, 1. (d. 26 Mart. 423.)

123. *φανερῶς*] Schol. *ἀντὶ τοῦ ἑκουσίως, ἄνευ προδοσίας*. Mox *τότε* in verbis *ὡς τότε ἐμέλλησαν* refertur ad tempus ante auditas inducias, quae modo iis nuntiatae erant. „*Et simul quia illi ex eorum numero, qui defectionem paraverant, e factione optimatum erant, et quum semel, ut ante* (cap. 121.) *memoravi, rem aggressi essent, noluerunt postea rem coeptam deserere.*“ Arn.

αὐτοῖς πεντακοσίους ὁπλίτας διέπεμψε καὶ πελταστὰς τριακοσίους Χαλκιδέων, ἄρχοντά τε τῶν ἁπάντων Πολυδαμίδαν. καὶ οἱ μὲν τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς ὡς ἐν τάχει παρεσομένων τῶν Ἀθηναίων κοινῇ εὐτρεπίζοντο.

